TOMVS OCTAVꝰ

RERV̄ POLONAR

ANN̄ORVM

1 5 3 0

1 5 3 1

1 5 3 2



Tomus octauus legationum: responsionum, literarũ regiarum, rerũq[ue] Polonicarum

Sub diuo Sigismundo primo Rege Poloniae per sapientiss. Senatorem Petrum Tomiczki Ep[iscopu]m Cracouien. Regni Poloniae Vicecancell: actarum consultarum dictarum scriptarum.

Per me Stanislaum gorski eius in Cancell[ari]a scriptorem collectarum et in tomos Tredecim Digestarum.



Continet annos 1530
1531
1532.

Annus domini 1530.

Sub finem anni 1529 ad diem sancti
Andree apostoli indictus agiq; ceptus
est Conuentus generalis in Piotrkow
et usq; in Ianuario anni sequentis finitus.

5

Litere Contributionum in Conuentu decretarum .1530.

Sigismundus Rex Poloniae.

Vniversis et singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis Regni nri caeterisque subditis nostris quibuscunque tam terrestribus quam Ciuitatum et Oppidorum honoribus et officiis insignitis, ad quorum noticiam praesentes lrae nostrae peruenerint, et praesertim in Palatinatu   et districtibus eius consistentibus, sincere et fidelibus nobis dilectis, salutem et gratiam regiam, Reuerendiss: ac Reueren in Christo patres, necnon Magnifici, Generosi, Famati, et Prouidi sincere nobis et fideles dilecti, Iam nulli incognitum est, aucto in immensum perpetuo et anniuersario hoste nro Tartaro, et Turcorum Imperatore viribus et conatibus suis omnibus, in nrum et Hungariae Regnum, ac alia finitima dominia conuerso, quantum discrimen et periculum ipsi regno nro immineat, cui nos oportune consulere volentes, Conuentum hunc generalem Piotrkouien institueramus, in quo pro seruandis praesidijs in terris Russiae, decretae sunt Contributiones infrascriptae, quas tametsi omni vti sensu volenti constare potest sufficere non posse, cum alijs in minoribus necessitatibus et periculis Regni maiores decernebantur, quae nihilominus egre ad tutandos fines suppetebant, tamen cum ita visum est, nos ex eisdem Contributionibus defensionem, vti maxime et quoad fieri poterit, sarcire curabimus, neque aliquid officii nostri quantum vires sufficient praetermittemus, quo res publica seruari et defendi possit, id quod omnibus erit testatum quo minus accedente aliquo metu et discrimine, quod omen Deus auertat, iure a quoque culpari poterimus,

Sunt autem hae ipsae Contributiones

Inprimis Coloni seu Kmethones, tam villarū nostrarū regiarū q̄ omnium Spiritualiū & Seculariū subditorū nostrorū, de quolibet Manso seu laneo possessionato quatuordecim grossos, de medio Laneo septem grossos, et reliquū pro quantitate laneorū, ad duas tēporis rathas infrascriptas soluere debent, secundū antiquas quitaciās, siue ipsi lanei, in antiquis quitancijs descripti et cōtenti, sint possessionati siue deserti, Hoc est octo grossos pro dominica Oculi proxima, ita q̄ omnes soluant et contribuant, incipiendo á dominica Oculi, vsq̄ ad dominicā Iudica, sub poena dupli, quae exigi debet ab omnibus negligentibus, aut soluere non curantibus, mox post dominicā praedictam Iudica, Sex vero grossos reliquos, pro festo sancti Laurentij proximo soluent,

Item Burgrabii terrestres et Exactores, qui quondā abusu publicas Contributiones pro Regni defensione decretas, de bonis suis non soluebant, contribuere debent de omnibus bonis suis quae habent, modo et ordine suprascripto, quemadmodum alij soluent et contribuent,

Item Aduocati et Sculteti, Colonos seu Kmetones nō habentes, soluent de suis Laneis per vnum fertonem, et similiter Coloni seu Kmetones ipsorū Aduocatorū, de quolibet Manso per quatuordecim grossos soluent, secundū antiquas quitantias, ita vt Kmetoēs aliorum dominorū, ad rathas temporū suprascriptas sub poena dupli, Ipsi vero Aduocati Colonos seu Kmethones habentes, nihil soluent, sed eorum Coloni seu Kmethones.

ITEM Tabernatores hæreditarij, siue sint dominorū siue aduocatorum seu Sculteto rū, qui agros habent, ab illis Contributionē soluēt pro temporibus superius designatis, secundū antiquas quitancias, iuxta agrorum quantitatē, Hoc est de singulo Laneo pro prima ratha prædicta octo grossos de medio Laneo quattuor grossos, Pro secunda vero ratha de singulo laneo agri sex grossos, de medio laneo tres grossos et reliquū de quantitate Laneorū, Exactionē vero ducillorum a singulis cocturis Ceruisiæ, more consueto soluere nihilominus erunt astricti,

Alij autem Tabernatores manuales, qui propināt Ceruisiā ex Ciuitatibus et Oppidis quibuscunque Regni nostri aduectam, per sex grossos hoc anno soluent. Tres grossos pro prima ratha, et alios tres grossos pro secunda ratha, cū non coquunt ipsā ceruisiam, sed illam aliunde ad propinandū adducūt, Illi vero Tabernatores manuales, qui propinant ceruisiā, a suis dominis sibi ad propinandū datam, soluet quisque illorum hoc anno de taberna sua manuali vnū fertonē, sex grossos videlicet pro prima ratha, et alios sex grossos pro secunda ratha supradicta sub pæna dupli,

ITEM Nobiles pauperes colonos non habentes, soluent quisque illorū sex grossos, semel duntaxat pro prima ratha secundum antiquas quitantias

Item Villæ vastatæ & exustæ per hostes, aut aliquo casu fortuitu, et a suis dominis libertatem habentes, quarū videlicet incolæ dominis suis nihil, si quidem hoc probauerint testimonio duorum hominum ex vna quaque villa, medio corporali eorū iuramento, quod suis dominis nihil soluunt, liberi esse debent a contributione in presenti Conuentu instituta, Exactione Copowe excepta,

Item Ciuitates et Oppida tam nr̃a regia, q̃z subditorum nostrorum spiritualium et secularium in toto regno, exactionẽ ciuilẽ quam Schoss vocant, vnam integram cum sexta eius partæ, iuxta antiquas quitancias soluent et contribuent, Quæquidẽ exactio ciuilis integra, solui debet per easdem Ciuitates, et oppida pro prima ratha supradicta, Sexta vero pars eiusdem exactionis ciuilis contribuetur pro festo Sancti Laurencij proxime futuro sub pœna dupli

Item Inquilini, in ciuitatibus, oppidis, et villis existen̄, qui neqz exactionem ciuilem, neqz de laneis soluunt, pro vtraqz ratha semel dumtaxat per sex grossos soluent, exceptis viduis pauperibus et hortulanis, ac familia artificũ

Item Contributio Ceruisiæ, Vini, Medonis, Malmatici, Muscelli Czopowe dicta, in hijsdem ciuitatibus & oppidis, ac etiã tabernis villarũ, tam nostris quam subditorũ nostrorũ spiritualium et secularium incipiendo a festo Annunciacionis beatæ Mariæ proxime venturo ad integrum annum, a singulis ceruisiæ coctoribus more solito solui debet, ex quibuscunqz braseis fuerit eadẽ ceruisia cocta, siue brasea ipsa sint ciuium et dominorũ ex molendis prouenientia et emensurata, siue domi facta.

Item etiam de Ceruisia externa, quæ de externis regionibus et ducatibus nobis et regno nostro non subiectis ad regnũ nostrum ducitur, vt Swidnicensi, Theschnen̄, Bernouien̄, et alia quæcunqz externa de terris Regno nostro nõ subiectis, contribucio ipsa Czopowe soluatur secundũ antiquã consuetudinem

Item Molendina omnium villarum, tam nostrarum quam subditorum nostrorum spiritualium et secularium, quae Poÿssrzebne vocantur manuales seu anniversarios Molendinatores habencia, ex singulis rotis sex grossos semel duntaxat hoc anno solvent, pro prima ratha

Hereditarij vero Molendinatores dictarum villarum et Foluschе ex singulis rotis molendinorum suorum, quae Walnae dicuntur duodecim grossos persolvent, ad rathas temporum suprascriptas, videlicet grossos sex pro prima ratha, et alios sex pro secunda,

Item Molendina brasealia et haereditaria, aquatica et equestria, in omnibus civitatibus et oppidis more veteri taxata, et secundum antiquas quittancias, contribucionem una cum sexta eius parte, quae Schoss dicitur, a qualibet Marca taxe duos grossos persolvent, pro dominica videlicet, Oculi proxima integram contribucionem Schoss, Sextam vero eius partem, pro festo sancti Laurentij proximo, sub paena dupli

Minerariae vero officinae, alias ferrum facientes et serrae haereditariae, ex singulis rotis duodecim grossos, Annales autem officinae Minerariae, et similiter annales serrae, hoc est locatae seu conductitiae, a qualibet rota semel duntaxat hoc anno sex grossos solvent pro prima ratha

Item Molendina Ventilia haereditaria, duodecim grossos, Illa vero molendina ventilia, quae anniversarios Molendinatores habent sex grossos solvent ad rathas temporum supradictas, hoc est medietatem pro dominica Oculi proxima, et aliam medietatem pro festo sancti Laurentij

Item Protopopones als Namiestniczi, per duo florenos, Sacerdotes vero Rutheni qui popones vocantur, ex singulis ecclesijs et Synagogis per mediam sexagenã grossorũ. Medietatem videlicet pro prima, et aliam medietatem pro secunda ratha persoluent.

Item Valachi, ex singulis laneis integris, si illos habent, vel areis quae Dworzisczsa dicuntur, duodecim grossos soluent. Et qui agros non habent, a singulo Centenario ouiũ simil'r duodecim grossos persoluent, sex grossos pro prima, et reliquos sex grossos pro secunda ratha superius expressa

De quibusquidem omĩbus et singulis Contributioĩbus supra descriptis, Exactor ipse faciet facereq; tenebitur nobis rationẽ distincte, demonstrando sigillatim, quantũ ex Contributione laneorũ, quantũ ex ciuili exactione quae Schoss dicitur, quantũ ex Czopowe, et quantũ ex Nobilibus pauperibus qui colonos nõ habent, perceperit et distribuerit, vt sciri possit, quae summa peccuniarũ ex vnaquaq; Contribucionũ praedictarũ colligatur

Vt autẽ supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contributionibus facta, debite exequutioni demandetur, Generosũ

ad eas colligendas in Palatinatu et districtibus eius Exactorẽ designauimus et cõstituimus praesentibus l'ris nostris, Mandamusq;, vt in manus illius, designato tempore easdem contributioẽs persoluere curetis, Vobis vero Capitaneis quorũ interest mandamus, vt contributiones praedictas in praesenti generali Conuentu decretas publicari, et in foris ciuitatũ et oppidorũ, ac alijs locis publicis proclamari, et praefacto, Exactori nostro pro tempore et termino

superius expresso, absque cuiusuis more et dilacionis interuentu, de eisdem contributionibus per eos ad quos pertinet, responderi faciatis, et vos ipsi respondeatis, Negligentes vero in soluendo et contumaces, quos exactor vobis deferet, pœnis pignorationis consuetis, ad soluendum easdem contribuciones cōpellatis, Pro officio vrō et gratia nostra facturi

Prouidere vero volen, vt exactor ipse maiorē curā et attentionē in exigendis eisdem Contributionibus, adhibeat, et in deferendo illos qui non soluerint, errorem per suam incuriam committere caueat, statuimus et ordinamus, vt si exactor ipse detulerit vobis Capitaneis aliquem tanquam negligentem in soluendis publicis contributionibus, et ille per vos monitus, ostenderit quitanciam eiusdem Exactoris, a pœna dupli se illa tuendo, Exactor ipse soluere eandē pœnam dupli teneatur, Quā vos Capitanei ab eo omnino exigatis, et exigere curetis, pro grā nostra, Quod si exactor ipse in Capitaneatu vrō possesionatus nō fuerit, illi Capitaneo illum deferatis, sub cuius Capitaneatu bona et possesiones suas habuerit, qui ab illo penam dupli exigere teneatur

Vt autem via calumnia præcludatur, volumus et mandamus, vt Exactor nr̄, noīa eorū, qui Contributioēs ipsas ad rathas temporum supradictas soluere neglexerint, in schedula diligenter cōscribat, in qua annotet diem qua illam scripserit, et ad Capitaneum perferendam dederit, et illam vobis Capitaneis sigillo suo obsignatam et manu sua propria, vel sui notarij subscriptam, mittere teneatur, Datum Pyotrkouiæ in Conuentu gnali feria quinta in octaua sanctorum trium Regum, Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo, Regni nostri uigesimo tertio

Ad mandatum Regiæ
Maiestatis propriu

Sigismundus primus Rex Polonie Seuerino Boner Burgrabio: et Michaeli Spiss Consuli Cracouien

Generose et famate fideles nri dilecti. Sollicitati sumus nomine Illtris domini Alberti Marchionis Brandeburgen in Prussia Ducis Nepotis nri charmi vt sumam quatuor millium florenorum quam ei ex contractu inter nos mutuo ad singula festa Pasche soluere tenemur, hoc anno pnti ante tempus prefinitum vigt festum Pasche ad festum Cathedre Sancti Petri solui et numerari iubere dignaremur. Confirmauit eciam hoc ipsum desiderium suum idem Illtris dominus Nepos nr et literis suis, in quibus eciam id a nobis instanter petit, causasque (et eas quidem iustas) describit quibus adductus, ea sumam ante legittimum tempus, a nobis sibi reponi tantopere efflagitat. Nos vero quoniam dicto Illtri dno Nepoti nro si necessitas exposcerit in maioribus quoque rebus, perlibenter morem gereremus, nedum quatuor millium florenorum sume ante legitimum tempus solucione: sed (vt scitis) in eo loco nunc sumus, vbi comode a nobis, in ea re, eidem Illtri domino Nepoti nro mos geri non potest: presertim q ipse eam sumam Noremberge ad suprascriptum diem, hoc est ad festum Cathedre Petri sibi reponi postulat. Quare postulamus a vobis ambobus in solidum curare velitis vt eidem Illtri domino Nepoti nro superius descripta suma, hoc est 4 millia florenorum per 28 gr monete et numeri consueti in regno nro currentis, ibidem Noremberge, ad diem superius descriptum videlicet Cathedre Sancti Petri proximum in loco certo et securo, per vos in solidum, aut per factores

vros ex vra priuata pecunia reponatur et in manus pre:
dicti Ill domini Nepotis mei aut procuratoris eius qui ab sua Illte spe:
ciale mandatum ad id habuerit tradatur et numeretur
Quamqz autem de huiusmodi sume reposicione et de
toto hoc negocio, tecum Michael Spis, nuper dum hic eras
abunde coram egimus, atqz tractauimus, et quid in ea re
fieri velimus declarauimus Tamen quo vterqz vestrum
de talis sume solucione certus et securus fieret, promit:
timus vobis, et vtriqz vrm in solidum talem sumam 4
millium florenorum vt supra quam Noremberge re:
posituri estis, ad proxime futurum Pasche, sine vlla
dilacione et difficultate persoluendam, Quittanciam
vero eiusdem Ill domini Nepotis mei quam tibi Mi:
chael Spiss iam dedimus, retinebitis apud vos tantisper
dum solucionis vre, tempus hoc est festum Pasche pro:
ximum aduenerit, Quo tempore veniente eandem
Quittanciam Mgco Regni mei Thesaurario tradetis a
quo summam vobis debitam tolletis, et ad quem eciam
speciatim literas meas, manu mea subscriptas in ea re
dedimus quas ijs annexas vobis mittimus Scientes
vos nobis plurimum in ea re gratificaturos. faciatis
igitur sic pro gratia mea Dat in Piotrkow etc

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Duci in Prussia Marchioni Brandemburgensi

Ill. Princeps et domine: Binas accepimus ab Illte vra lras
alteras sexta die, alteras 8 Januarii datas. In priori:
bus scribit I. vra rogans, vt quattuor millium flore:
norum sumam ante tempus debitum ei persolueremus
causasq quibus adducta id postulauerit exponit. Nos
quidem charme Nepos nr perlibenter in ea re morem
gessissemus Ill vre, si paulo tempestiuius et non adeo
ex abrupto de ea re fuissemus certiores facti. verum
(vt nunc se res nre habent) nullo pacto desiderio I.
vre satisfacere potuimus, propterea q iter longum ad
Lithuaniam nobis pre manibus est, ad quod peragendu
omnem rationem rerum nrarum adaptauimus, alioqui
perfacile nobis fuisset ad festum Cathedre Sancti Petri
id facere, quod paulo post, hoc est ad festum Pasche facturi
eramus tamen vt postulatis Ilitis vre quoquomodo ob:
secundaremus egimus cum Michaele Spiss hic coram de
eo negocio, ipse vero volens et nobis, et Ill. vre gratifi:
cari pollicitus est nobis se curaturum, vt quantum ex
se est duo millia florenorum Noremberge in vsum I. vre
reponerentur, et tandem hinc ex Petrkonia ipse Michael
Cracouiam profectus est, post cuius discessum iussimus item
literas nras dari ad Seuerinum Boner, et ad ipsum Mi:
chaelem Spis in solidum, quibus scripsimus, darent opera
vt 4 millia flor Noremberge, in certo loco reponerent, vn:
de eas Illtas vra vel ille qui ab ea super hoc mandatu
habuerit tollere et in vsum suum conuertere posset. Cani:
musq abunde eidem Seuerino Boner et Michaeli lris,
quibus etiam manu nra subscripsimus, talem sumam eis

ad proximum festum Pasche nos soluturos

Quod vero eadem Illtas vra cupit vt sequentibus annis summam ipsam Mariemburgen Thesaurario ei soluendam mandaremus videlicet propter vicinitatem et impensarum vtrimque leuationem Sciat .S. vra nos eiusce rei racione habituros esse, curaturosque vt absque impendio eadem suma in Prussia .S. vre meo nomine persoluatur, modo vicissim curet vra .S. vt eiusdem summe solucio non nisi tempore suo hoc est ad festa Paschatis iuxta Conuenta postuletur

De negocio .S. domini Friderici in Slesia Legnicen Ducis communis sororii nri, si sub id tempus, nullum certum et diffinitum responsum .Sti. vre dare possumus, ne nobis vicio vertat cupimus. Est enim res maioris deliberationis, de qua, nisi cum Primariis Consiliariis nris collatis consiliis, nihil constituere possumus. Quod tamen nunc nobis facere nullo pacto licet, vrgentibus nos maximis et grauissimis tum priuatis et domesticis tum externis rebus, Obruimur namque pene externis Legationibus, magna et grauia a nobis postulantibus de quibus absoluendis et a nobis dimittendis, prima et precipua nobis cura habenda est Quod cum deo bene iuuante factum fuerit et priusque hinc mouebimus, referemus ipsum negocium Ill. domini Friderici ad Primarios Consiliarios nros, et quicquid de eo in comune statuerimus, faciemus .S. vram aliis lris nris certiore

Respondimus prioribus literis .S. vre nunc ad alteras scribit Ill. vra accepisse se literas nras quibus de querela Nobilis Nicolai prefecti Poynrigiensis in Samogitia eam fecimus certiorem, seque perhumane et amice excusat, Crebre quidem ex Samogithia ad nos perferuntur querele quomodo videlicet ab prefectis Illtis vre vltra limites nros et

subditorum nrorum irrepi debeat, verum quia iam aliquot
annis illic in Magniducatu nro Lithuanie non fuimus cer:
tum aliquid de eiusemodi rebus comperire non valemus
nunc (si deus volet) absoluto Conuentu hoc illuc pro:
fecturi sumus, Itaq3 (et eciam legatis Stt: vre in man:
datis dedimus), cum illuc feliciter perueniemus, vellemus
vt Stt: vra legatum suum ad nos mittat, qui nos huiusce
negocii hoc est finium tractandorum admoneat, et nos
curabimus, vt missis ad ea loca de quibus disceptacio est
vtrimq3 Comissariis, limites ipsi sine cuiuspiam iniuria
distinguantur. Tentauimus hoc ipsum superioribus anis
tunc cum in Lithuania ageremus, miseramusq3 ad id
negocii obeundum insignes Consiliarios nros sed illi quos
Stt: vra tunc Mgrm ordinis Theutonicorum agens ad
negocium transigendum miserat, sine mandato venerant
Quare discernendorum finium negocium ad illud tempus
confici non potuit

Scribit preterea S. vra profectionem ad Slesiam se institu:
isse prout iam (credimus) profecta est, et ob eam rem nun:
cios suos ad Conuentum per nos Elbingi ad constitue:
dam rem monetariam designatum mittere minime posse,
petitq3 ne se hac re grauaremus, Cupimus primum om:
nium hoc iter quod ea causa vrgente suscepit vra S. fau:
ste feliciterq3 euenire illi, et clarissime Brandeburgen
domui: Itaq3 morem gerere cupientes Sti vre mox ad
Consiliarios nros terrarum Prussie lras dimisimus
quibus Conuentum, quem ad feriam ij post festum San:
cte Marie Purificationis Elbingi indixeramus ad fe:
riam ij Secundam proximam post Dominicam Oculi transponi ma:
dauimus, Ita enim ex ratione dierum et itinerum col:
ligimus S. vram posse illinc interim ad prouinciam sua
redire, et Legatos ad constitutum tempus mittere et tam
difficili, tamq3 necessario monetarie rei constituende ne:

gocio finem imponere. Quod ut faciat hortamur Ilt.
vram et rogamus eamque feliciter valere cupimus Dat.
Piotrkovie die Januarii Anno dni M° D° XXX°

Sigismundus primus Rex Polonie

Bone Regine Polonie vxori sue

Fuit quidem venientibus huc nobis magne cure imprimis negocium et Status Sermi filii nri, tamen cum anxie nobiscum cogitaremus, quo pacto res esset comodius et efficacius aggrediendam et tractandam, preter nram et omi opinionem, quando mentio facta fuerat in Senatu de erectione ipsius Sermi filii nri ad fastigium Magni Ducatus Lithuanie, vniuersi primum Consiliarii, deinde etiam et terrarum Nuncii, nos sponte sua rogarunt, vt eundem Sermum filium nrm pariter ad Sedem Regiam, propter varios rerum humanarum euentus proueheremus, quod nobis assenciētibus et gras illis agentibus mox summo omnium consensu et alacritate electus est idem Sermus filius nr in Regem, et publice omnibus denunciatus et declaratus. Quod nos videntes factum maiori et dei prouidencia et nrorum subditorum erga nos fide et obseruancia, qz nro studio, tanto maiorem leticiam et consolationem cepimus eaqz et vram Mtem vt omnium rerum nrarum sociam charissimam euestigio impartiri volumus, hortari illam vt pro tanta Dei erga nos et prolem nram benignitate diligenter illi gracias agat, ac eadem leticia et consolatioe qua nos affecti sumus ipsa quoqz fruatur, et reliquarum rerum nostrarum spem optimam concipiat Valeatqz vna cum ipso faustissimo filio nro et ceteris liberis nostris felicissime et nos quod facit diligat Dat in Conuen: tu generali Piotrkouien die 27 Decembris Regni nri XXIII Anno domini M D XXVIII

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
& Regni Polonie Vicecancellar

Bone Sphortie Regine Polonie

SAcra R^lis M^tas et domina, domina clementis^ma. Post
humilem servitutis et oracionum mearum comendacionem
Gaudium magnum presentibus M^ti V^re Ser^me annūcio
Ill^mum M^tis V^re filium in Regem Polonie comuni om:
nium ordinum consensu et voluntate hodie Electum esse,
et in dominum ab universis provinciis susceptum. In quo
nescio an magis letari vel admirari debeam cum et factū
istud optatissimum supra omnia que iocundissima in vita
homini contingere possunt, incredibilem leticiam et volup:
tatem mihi afferat, et M^tis V^re virtus ac Ill^mi filii eius
auspicia atq rationes admirabiles et mirificas esse hoc tē:
pore animadvertam, explicari enim vix possit quam ce:
lerrime preter omnium expectacionem quamq concor:
dibus omnium suffragiis augusta hec Regis futuri Ele:
ctio sit confecta, quam ego satis intelligo non magis ex
studio et cupiditate omnium quam ex singulari dei
voluntate et clementia tam prospere et feliciter succes:
sisse. In quo equidem tanto comuni gaudio M^ti V^re
Ser^me et filio eius Illmo mirifice ego gratulor, mihi vero
letor et gaudeo, quod in vita adhuc permissu et gra om:
nipotentis dei tam optate comunis felicitatis compos et
particeps fuerim factus. ob quod ipsum solum, quoadusq
vixero deo omnipotenti ingentes agam gras, et preca:
bor indignus ut et M^tem Regiam cum V^ra M^te per
multos annos hoc gaudio frui patiatur, et filium in hoc
Regno post multum tempus illis superstitem et fortunatū
esse faciat. Et eius quidem rei ut acta est, ordinē pp^terea

Mti vre non scribo quod id ab Oratoribus Mtis Regie qui in ea re quamprimum mittentur copiose scio fore cognituram. tum eciam quod nunctius tam presentis et insperati gaudii moram scribendi longiorem non patiebatur

Quare quod restat me et seruitutem meam rursus in gratiam Mtis vre Serme comendo, felicissimamque illam esse et in plurimos annos cum Sermo Coniuge et omnibus liberis suis sanam saluam et incolumem vehementer desidero Datum Piotrcouie die Saturni XVIII Decembris Anno Mo D XXIX.

Sigismundus primus Rex Polonie Bonae Sphortie Regine Polonie

Serma Princeps etc Visum est et nobis et vniuersis Consiliariis nris, vt cum ad morem veterem obseruandum tum ecia(m) ad rem pro dignitate nra ornandam, mittantur hinc ex Senatu viri Primarii ad Mtem vram et Sermum filium nrum ad denunctiandam Electionem eius et illum de more ad Regnum inuitandum et postulandum. Mittentur itaque duo Pontifices duo Palatini et Castellani forte sex qui et nro et tocius Senatus nomine salutata imprimis Mte vra deinde et Serenissimo filio nro verba facient imprimis ad eius Sertem vt sit et quibus rationibus ante tempus in Regem Electus et declaratus: Testabuntur fidem et obseruanciam suam erga nos et Sermam familiam nram, comemorantes nrum et maiorum nrorum regimen: deinde sermonem suum ad Mtem quoque vram conuertent, adiicientes nonnulla ad formationem et functionem Regiam pertinencia. Non ideo id quidem quod dubitent nos cum Mte vra non debere esse satis attentos et diligentes in educando filio nro Sermo, sed quod videantur sibi in

hac parte officium bonorum subditorum et Consiliariorum facturi, vt de asseruandis informandisq recte moribus atq ingenio eiusdem Serm̄i filii n̄ri, nos tempori admoneant quez sibi et multis aliis populis sciunt imperaturum. Nam hec in talibus actibus fieri non solum est solitum, sed eciam receptu et peculiare, hec propter M̄ti V̄re significanda duximus vt, que ad eum actum opportuna sint ex re et dignitate M̄a te: pori cum à M̄te V̄ra tum ab eius officialibus sciantur Que felicissime valeat et nos diligat Dat Piotrcouie xxi Decembris Anno domini M°. D. xxviiii Re: gni n̄ri xxiii°

Bone Sphortie Regine Polonie Petrus Tomiczki Ep̄s Crac Et Regni Polonie Vicecancell

Sacra R̄lis M̄tas et domina domina clementissima. Post humilem seruitutis et orationum mearū comendationem. Dimisso iam Cubiculario qui de Electo in Regem Ill̄mo filio M̄tis V̄re literas M̄tis regie et meas ad illam tu: lit, tractatum hic est serio et diligenter in Senatu de mitten: dis in ea re Oratoribus ad M̄tem V̄ram et Sermum fili: um eius, est ita volente M̄te Regia et assentientibus ceteris omnibus decretum vt propter dignitatem vtriusq M̄tis V̄re et Magnitudinem negocii Serm̄i filii earum mitterentur huc duo Ep̄i, duo Pallatini, et sex Castellani et aliquot fortasse terrestres nuncii, qui et M̄ti V̄re hac rem de more cum grauitate et pondere verborum declarét et Sermum filium eius ad suscipienda Regni gubernacula solemniter inuitent. Quod vt non esset ante tempus inco: gnitum M̄ti V̄re. M̄tas Regia per presentem Cubiculari: um et literas illi ad ferendum datas declarare voluit. Q̄d ego etiam ne ab officio discedam attingere hoc pacto saltem

presentibus volui. Nam quod attinet ad legationis rationem hanc ex ipsius Mtis l[itte]ris M[aies]tem v[est]ram copiose cognoscere posse non dubito. Nomina autem Oratorum sunt ista Dominus Andreas Cricius Ep[iscop]us Ploczen[sis] Nepos meus. Dominus Joanes Carnkowski Ep[iscop]us Przemislien[sis]. Dominus Otto de Chodecz Pallatinus Sandomirien[sis]. Dominus Nicolaus de Cosciele[c] Pallatinus Calissien[sis]. Dominus Joannes de Coscielec Castellanus Lancicien[sis] filius domini Stanislai Posnanien[sis]. dominus Joanes de Tanczin Castellanus Lublinen[sis] Marschalcus Curie regie. dominus Stanislaus de Sprova Castellanus Biecen[sis]. Dominus Nicolaus Russocki Castellanus Biechovien[sis] et Capitaneus Lancicien[sis]. dominus Spitko de Tarnow Castellanus Zarnovien[sis] et dominus Petrus Opalenski Castellanus Landen[sis]. Commendo me rursus et servitutem meam M[aies]ti V[est]re Ser[enissi]me quam diutissime salvam et felicissimam esse cum Ser[enissi]mo Coniuge suo et liberis vehementer desidero. Dat.

Petrus Tom[icki] Ep[iscop]us Crac[oviensis] Vicecancell[arius] Canonicis Cracovien[sibus].

Venerabiles domini fratres in Chr[ist]o charissimi. Credimus iam vos intellexisse ex literis n[ost]ris et fama ipsa quod Ser[enissi]mus filius M[aies]tis Regie sit in Regem futurum declaratus et electus, nunc rursus vos scire volumus decretum hic publice esse in Senatu ut pro magnitudine negotii et honore ac dignitate M[aies]tis Regie mittantur hinc ad M[aies]tem R[ega]lem et Ill[ustrissi]mum Principem ex Senatu Ep[iscop]i duo Pallatini duo et Castellani sex Nuncii vero terrestres aliquot, qui simul et M[aies]tem R[ega]lem de hoc certiorem faciant et Ser[enissi]mum Principem ad suscipienda regni gubernacula solemniter invitent. no[m]i[n]a autem Oratorum sunt ista dominus Ep[iscop]us Ploczen[sis]. dominus Ep[iscop]us Przemislien[sis]. dominus Palatinus Sandomirien[sis]. D[omin]us Palatinus Calissien[sis]

Ceteraque istic agent prenominati Oratores ex domino Epo Plocen coram istic intelligetis pro quo volumus ut domum nostram in platea Canonicali sitam mundari et apparari faciatis nam in ea illum receptum et hospicium habere volumus bene valeatis et sitis felices pro nobisque deum et ipsi oratis et ab aliis orari faciatis Dat Piotrcouie XXI Decembris die Sancti Thome Apostoli Anno domini M° . D . XXviii

Bone Sphortie Regine Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis & Regni Polonie Vicecancellarius

Sacra Rlis Mtas et domina domina clementissima Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendationem Sicut initio auspitiorum Sermi filii Mtis vre suma felicitate et consensu tractata et acta sunt omnia, ita nunc ad perficiendum magnifice et optate eius Coronationis negotium vnanimi et alacri voluntate omnes esse dominus deus fecit . etenim post illum felicem Electionis diem tametsi paucorum importunitas facessere nobis negotium inceperat et tam de Electione facta quam de Coronatione que fore debebat impedimenta et difficultates intermiscere vellet, omes tamen Consiliarii constantes in animis suis extiterunt et non permiserunt se a rectis consiliis ad aliquas ambiguitates vel difficiles nouos tractatus abduci, Ita quod veri operatione dei omnipotentis et paribus omnium studiis complendi gratia communis omniu nri gaudii Coronatio sit a Mte Regia et Consiliariis omnibus decreta ad XX die Februarii celebranda. De qua re ego presenti nuncio et lris Mtem vram facerem certiorem voluissem pro offitio et obseruantia mea qua Mtis vre me obstrictum et obligatum esse scio et confiteor

Ceterum ut Mtas vra sciat quid sit facto opus circa aduen:
tum Oratorum et ordinem ceremoniarum, visum est ita hec
Mti vre explicare, ut Mtas vra pro suo et Sermi filii sui
honorare obuiam mittere dignetur Oratoribus, Dominum
Magistrum Curie sue, cum domino Secretario, domino Olesnic:
ki, et aliis Aulicis illo die quo Craconiam ingredi debe:
bunt, sequenti die ut Mtas vra pro illis mittere, et ma:
data orationemque ab illis acipere dignetur. Tercio vero
die ut dignetur Mtas vra, ad missam cum Illmo filio suo
in Ecclesiam descendere ubi et Oratores et Sacerdotes
omnes conuenient, illicque maiore qua potuerunt solemnitate
et apparatu sacrificium in laudem et gloriam omnipotentis
dei peragent, post missam vero sequentur Mtem vram Ora:
tores omnes, et gratulabuntur de perfecto opere, Mtas vra
bellariis, et id genus confectionum atque frequentibus ple:
nisque mero poculis illos excipere facere dignabitur, hec sunt
que ego in presens nuntio proprio Mti vre declarare volui.
alia que videbuntur satu digna et necessaria per omnem
occasionem perscribere non negligam Mti vre Serme.
Cui me meaque et humilem seruitutem meam diligentissime
commendo et felicissimam esse in multos annos cum Sermo
Coniuge suo et liberis vehementer desidero Dat
Piotrkonie penultima Decembris Anno Mo D XXviiii o

SIgismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie Dalmatie Sla: vonie Croatie Marchioni Moravie

SErme Princeps et domine, frater affinis et amice charme ac honorand. Agentibus nobis hiis diebus Conuentum Regni nri generalem, partim de domesticis nris negociis, partim etiā de impendentibus reipublice Christiane periculis, Consiliarij et Regnicole nri considerantes etatem nram ingrauescentem et horum temporum motus et malignitatem, volentesque turbas aut sediciones omnimodas que vacantibus regnis contin: gere solent preuenire, nos impense rogarunt, vt filium nrm charmum paulo ante ad Solium Magni Ducatus Lithua: nie sublimatum eciam in Regem eligi permitteremus: ac in tempore Statui illius et ipsorum tranquillitati proui: deremus. Quorum fidelissimis consiliis cum annuissemus confestim vniuersi miro quodam et vnanimi consensu ele: gerunt in Regem ipsum filium nrm charmum: et diem Co: ronationis eius hic Cracouie quem dominus deus fortu: nare dignetur, Dominicam Sexagesime proxime designarunt quia vlteriora tempora suspecta esse incipiant, non solum de Tartaris continuis nris hostibus, sed eciam de pestilencia et aliis incomodis que et predicuntur a fatidicis, et iā pullulare ac inualescere videntur. Quam consola: cionem nram et ipsius Sermi filii nri prouectionem vre Mti, cuius erga nos singularem beneuolentiā explo: ratam habemus, Significandam et declarandam duximus nichil dubitantes futurum illi hoc gaudium nostrum comune. Rogamusque illam plurimum, vt si fieri potest ades: se non dedignetur cum ad honestandum hunc ipsius Coronati: onis diem, tum ad fauorem suum erga nos omnibus declaran: dum quem illi emerabimus vicissim vna cum Sermo filio nro

omnibus officiis et obseruancia fraterna semper referre, fe:
licissime valeat et nos diligat Dat Cracouie die Con:
uersionis Sancti Pauli Apostoli Anno domini M°D°XXXiiii°
Regni vero nri Anno XXiiii°

Oratio Andreę Cricii Epi Plocen in postulato ad regnum Sereniss Sigismundo eius nominis Secundo Rege Polonię electo. Die S. Trium Regum habita Cracouię .1530.

Ad eundem inclitum Sigismundum Augustum.

Sigismundi ad nomen nihil est quo maius in orbe,
Ad matrisq; Bonę, quo nihil vtilius,
Augusti accessit nomen, nomenq; secundi,
Omine felici Sigismunde tibi.
Hęc si, quę moneant, spectes puer inclyte, nullus
Te maior, melior, faustior esse potest

Quod ab imortali deo Serme Princeps, Antistites, Principes, Proceres, ac vniuersi huius Regni, et dominiorum populi, summis votis exoptabant: primum, vt heres dignus talibus parentibus, tantoq; fastigio et Principatu nascereris: deinde vt te ad solium Regium prouectum viderent: id nunc inclyta clarissimi patris tui ætate, mouentibusq; his deprauatissimis temporibus factum esse, sumō gaudio, sumōq; solatio suo, vniuersi tibi per nos nunciant, et significant: te videlicet in hoc generali Conuentu, magno quidem diuino fauore, sed non minori omnium ordinum fide et affectu, Regem electum et declaratum esse, diemq; imponendi tibi Diadematis Dominicā proximę Sexagesimę constitutam. Inprimis enim sapientissimus parens tuus, deinde vero Senatus vniuersus, considerantes, quàm nunc humana cupiditas et ambitio misceant, et perturbent omnia, quàm nusq; sit circum tuta fides, sic tibi maturo potius, et reipublicę suę prospiciendum, et malis iminentibus

inclinata

occurrendum censuerunt, quam ut valetudini paternæ (et) viteque hu:
manæ, quæ fragilis est, et temporibus his, quæ turbulentissima sunt
quicquam crederent. Et proinde universi per nos te Principem
et REgem suum, omni, qua possunt, veneratione appellant et
salutant: te ad Solium Avitum, paternumque, quod felix faustumque
sit, invitant et postulant: tibi se, uti vero et legitimo domino suo,
sponte et alacri animo dedunt, et subijciunt: nihil dubitantes,
quin ut Regno paterno feliciter successisti, ita etiam eius vir:
tutibus, ac rebus gestis, toto Orbe clarissimis, non minori fe:
licitate sis successurus: vel hoc quidem omine, ut sicut hodier:
na die novum in terris Regem tres illi Magi cum muneri:
bus salutarunt, ita nos cum his muneribus, nempe cum Regno
et Dominiis amplissimis, quæ tibi nomine totius Conventus of:
ferimus, te eum novum Regem salutemus, qui dominaturus
sis à Mari usque ad Mare, et à flumine usque ad terminos orbis
terrarum, in cuius diebus orietur iusticia et abundancia pa:
cis donec auferatur luna. Quod quibus rationibus, qui:
bus studiis et processu fieri posse speremus, cum tu adhuc per
ætatem tuam teneram recte intelligere et dignoscere non potes,
ad eam quæ te, spes vestras, in sinu et complexu materno fo:
uet, sermo mihi est convertendus. Inte inclyta Reginæ, in
te inquam hec omnis filii tui dulcissimi cura recumbit: in te
spes omnium, omniumque oculi, ad qualem hic frugem evadat,
sunt intenti: qui nec bonus esse potest, nisi bono publico, nec
malus, quod omen deus avertat, nisi malo omnium communi.
De natura quidem nemo est qui non optime iudicet, et speret, ut
enim non potest arbor bona, nisi bonos fructus edere, ita per:
suasum habemus, bonum REgem, et bonam REginam, non
posse nisi bonum Regem producere. Sed quia vulgo consue:
tudo altera esse natura perhibetur, et ut ait ille: Quo semel
est imbuta recens, servabit odorem testa diu. Ideo nunc præ:
cipue, uti moribus, optimo REge dignus, assuescat, velis re:
misque est incumbendum. Neque ut ad eam rem aliunde exem:
plum petatur necesse est, habet enim domi vivum archetypon,
patrem in primis omnium Regum Specimen, deinde etiam te

matrem omnium heroinarum decus: ex quibus religionem, pie:
tatem, iusticiam, temperantiam, clementiam, fortitudinem, ali:
asq; Regias dotes, et virtutes discere potest abunde: habet
genus, maiores, gesta, et gloriam Mtum vrarum celeberrima
que sequatur, et ad que, tanq; ad speculum, mores et vitam
suam componat. Neq; aliis esset opus formatoribus, quam ta:
libus parentibus, nisi amor naturalis, qui plerumq; oculis im:
ponere, et tenebras offundere solet, obstaret. Vnde tali etati,
tantoq; Principi ex cuius educatione potissima pars publice vti:
litatis dependet, non solum opus esse videtur optimorum paren:
tum cura, optimorumq; preceptorum admonitione, sed ipsoru
etiam familiarium recta consuetudine, qui vel in ipsis ludis
et colloquiis puerilibus nihil spectent, nisi honestum. verus
est enim et verum: Corrumpunt mores bonos colloquia pra:
ua. Hoc si olim clarissimus Rex Vladislaus prospexisset
si pariter, vt regna sua, ita et formatores idoneos inclyto
Regi Ludouico filio suo reliquisset, qui, vt materia fuit proba,
ita se probos artifices prestitissent, qui mores, amoremq; gentis
sue, qui timorem dei et temperantiam etati illius tenere et
ingenio nobilissimo instillassent: qui denique animum adoles:
centis ad omnes dotes Regias, et res fortiter agendas na:
ti non aliis studiis inuoluissent: et ille etiam num regnaret felicis:
sime, et hec malorum ilias, quam videmus, non esset ad rem
vniuersam Christianam deuoluta. Hoc exemplo, ne plura re:
censeam, permoti optimates, et Regnicole vniuersi, magis tibi
clarissima Princeps fidem et amorem suum erga Mtes vras
simul ac sollicitudinem suam de optimo illarum statu, deq;
salute sua, que in bono Principe potissimum consistit, declarare
hac commemoracione voluerunt, quam vt de cura, et pruden:
tia tua quicq; dubitarent. Vident enim quam recte basim,
et fundamentum optime educationis filii tui statuas, dum il:
lum ad Religionem, et timorem dei, vt fama est, cumpri:
mis inflectas. Initium enim sapientie timor domini, per sa:
pientiam vero Reges regnant, et potentes decernunt iustici:
am. Et proinde Sanctissimus Rex Dauid filios suos instituens
vnico verbo totam regiarum virtutum sumam complexus est

dicens: Venite filii audite me, timorem domini docebo vos: qd
vt maxime ad Reges et Rectores pertinere intelligas, audi
quid alio loco huic ipse Propheta polliceatur: Beatus inquit vir
qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. Potens in
terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria
et diuitie in domo eius, et iusticia eius manet in seculum seculi
Timor enim domini odit malum, arrogantiam, superbiam, et om:
nem viam prauam detestatur, inquit sapiens. Quantum vero
hac dote prediti fuerunt maiores Sermi filii tui Princeps in:
clyta, notius est, quam vt referre sit opus. Testabatur enim hoc
palam Wladislaus Iagello, Rex inuictissimus, quotiens Eu:
charistiam leuari videbat, Stipulam manu confractam in ter:
ram deijciens, et secum tacite vsurpans hec verba: Hoc sum
ego, hec potencia mea, quod Stipula hec sub pedibus tuis domine.
Neqz vllo pacto induci potuit in pugna illa Pruthenica memo:
rabili, vt congrederetur cum hostibus, donec Sacrificium mis:
se peractum fuisset, licet à fratre Vitoldo eciam cum conuiciis
vrgeretur, et fracto illius Exercitu, summum esset in mora
periculum: ingens sane in homine, recens ex gentili Chriano
facto, fidei et religionis exemplum: Ne nimis morer, tes:
tantur innumera Auorum, et Patruorum filii tui: maxie
vero inclyti patris eius, et Coniugis tui charmi monumenta
sanctissima, et preciosissima, quam recte à cunabulis ipsis ad
religionem et cultum dei instituti fuerunt, quamqz diligenter
illum semper obseruabant. Et proinde factis inortalibus to:
tum orbem replenerunt, compertum est enim eciam apud Eth:
nicos et gentiles omnia recte succedere, diuina sequentibus nu:
mina, spernentibus autem aduersa. Hec propterea nunc Sa:
pientissima Princeps, verbosius forte comemorare volui, qd
hoc funesto tempore videamus omnes, timorem dei et cultu
eius prorsus interire, immo iam pene esse ludibrio, nullumqz
esse ex Principibus illis, ad quos maxime pertinet, qui ma:
num adiutricem illi vere et ex animo porrigat. Vnde ares:
cente hoc omnium virtutum fonte, quo pacto sese res nre
Chriane habeant, et quorsum tendant, nemo est qui non co:
sideret: quod non alii magis quam arrogantie, et praue

institucioni, ac persuasioni Principum debemus. Quare
te Serma Princeps Senatus vniuersus et vniuersi subditi sup:
plices rogant et obtestantur, vt ad hoc maiorum exemplum,
et regulam, quam dixi, et quam ipsa prestare cepisti, cures
hoc pignus tuum preciosissimum educari: cures in eo optimo
nature illius fundamento, reliquas dotes, et virtutes Regi:
as superstrui: cures demumqz spem et expectacionem nram
de te conceptam, ad decus, et consolacionem tuam, ac com:
mune omnium salutem conseruare. Suscipias domina patro:
cinium mei, iurium Priuilegiorum, et libertatum nostrarum
apud filium, illumqz vt nobis more maiorum suorum iuste
et clementer preesse et imperare sciat instruendum cures:
persuadeasqz, vt amorem subditorum suorum, quod maximu
est donum dei, et precipuum Regum presidium, non spernat,
sed ad eum potissimum obtinendum animum et studium su:
um omne intendat. Violenta enim imperia, inquit Se:
neca, nemo diu obtinuit, et quem multi timent, multos
vicissim, vt timeat necesse est. Haec curanti monentiqz tibi
benedicet dominus ex Syon, vt videas bona filii tui om:
nibus diebus vite tue, et videas filios filiorum tuorum
pacem super omnibus nobis

orante Cricio. Lachrime illi, et omnib
qui audiebant, excisse fuere.

Legati autem a Conuentu, salutatum regem nouum missi, hy fuere:
Andreas Cricius Eps Plocen
Joannes Carnkowski Eps premislien
Otto de Choderz palat. Sandomirien
Nicolaus de Cosczelec palat Calissien
Joan. de Cosczelec Castell. Lancicien
Joan de Tanczin Castell Lublinen. Marsalcus Curie regie patrib
Stanisl. de Sprowa Castell. Biecensis
Petrus Opalinski Castell Landensis
Spitek de Tarnow Castell. Zarnouiensis
Nicol. de Rusocice Castell. Biechouiensib.

Coronatio Sigismundi Secundi Augusti.

SIgismundus Secundus Augustus REX: Sigismundi Regis Poloniae: et Bonae Sworcie Bari ac Mediolani Ducis filius Anno Christi 1520 prima Augusti natus: primum ad Solium Magni ducatus Lithuaniae Anno 1529 die octobris sublimatus: dehinc eodem anno die 18 Decembris Petrkouie in Conuentu generali in Regem Poloniae electus, demum sexta Januarii in festo Sanctorum Trium Regum à legatis ex illo Conuentu Piotrkouiensi ad eum missis, Cracouie in Arce, Rex est salutatus, ac ad suscipiendum Regni Diadema, orante Andrea Cricio Episcopo Plocensi inuitatus, postremo XX[a] Februarii in Dominica Sexagesime anni sequentis 1530, presentibus Alberto Duce Prussie qui cum fratre Vilhelmo et vxore inuitatus venerat, in maxima Senatorum, et equestris ordinis virorum, reliquorumque regni ordinum frequentia per Joannem Laski Archiepiscopum Gnesnen. Petrum Tomiczki Episcopum Cracouien. regni Poloniae Vicecancellarium, et Andream Cricium Episcopum Plocensem. Anno etatis sue decimo in Ecclesia Cathedrali Cracouien. intra missam vnctus et Coronatus est, Qua finita, in Thronum REgalem, ad Sepulcrum diui Stanislai splendide preparatum adductus: et in Sella Regia collocatus atque à patre, à matre, ac ab vniuersis ordinibus Regni, Rex Poloniae salutatus, Cantatoque Te deum laudamus in Aulam regiam reductus. Postridie vero XXI[a] Februarii à Rege patre, à matre regina, à Duce Prussie, eiusque fratre, comitante maxima Spiritualium et Secularium Procerum Caterua, in forum vrbis Cracouiensis vbi Regale Solium erectum fuerat deductus est, amictus pro more Coronationis ornatu Ecclesiastico, Diadema in capite ferens, ad horam XVIII in Solium illud regale conscendit patre Rege ad dextram, matre ad Sinistram assidentibus: acceptoque a regnicolis sacramento fidei, creatisque militibus, in Arcem reductus est. Conuiuia dehinc per multos dies, Supplicationesque domino deo acte. Interea vero dum Rex in Throno

resideт, auis quedam Niso similis, Pustolka lingua Polona nũcupata que mures capit ac infestat, supra Thronum in alto volitabat. Quod augurium, apud intelligentes homines nõ satis faustum futuri eius Imperii existimatum est.

Spirituales ei Coronationi interfuerunt

Archiepiscopus Gnesnensis
Episcopus Cracouiensis
Episcopus Cuiauiensis
Episcopus Posnaniensis
Episcopus Plocensis
Episcopus Varmiensis
Episcopus Premislien
Episcopus Chelmensis
Episcopus Kiieuien
Episcopus Culmensis

Seculares

Albertus Dux Prussie. Marchio cum uxore
Vilhelmus Marchio. frater Ducis Prussie

Castellanus Cracouiensis
Castellanus Posnaniensis
Palatinus Cracouiensis
Palatinus Posnaniensis
Palatinus Sandomirien
Palatinus Russie
Palatini Palatinus Podolie
Palatinus Lanciciensis
Palatinus Lublinen
Palatinus Masouie

Palatinus Calissiensis
Palatinus Rauensis
Palatinus Belsensis
Palatinus Pomezaniē
Palatinus Culmensis

Castellani

Sandomiriensis
Voinicensis
Lublinensis
Gnesnensis
Lanciciensis
Leopoliensis
Plocensis
Dobrzinensis
Sandecensis
Czernensis
Visnensis
Vissegradien
Biecensis
Landensis
Miedzirzecen
Sieprcensis
Biechoniensis
Belsensis

Abbates

Suffraganeus Craconiensis
Suffraganeus Posnaniensis
Abbas Landensis,
Abbas Suleiovien,
Abbas Andreiovien
Abbas Tynicensis
Abbas Mogilensis
Abbas Sezirzicensis

Aderant etiam Nunctii equestris ordinis ex omnibus terris et Palatinatibus Regni missi, Aderat multa Nobilitas: et ex Civitatibus multi, eorumque legati, multi preterea Patricii et iuventus insigniorum familiarum, et multe optimatum ac Procerum uxores multo ac splendido gynecceo ornate

Gratulatio in aduentu regio Cracouiam dicta per D. Tomiczki Epm Crac in Ecc Cathedrali: post aduentu regis e petrkow: Et post electu eius filium, in regem Polo.

Mos erat antecessorum meorum et huius Ecce mee Serme Rex: venientes Reges suos publica semper gratulatione excipere ac salutare. Quod officium, cui vnq prestari debuit dignius et officiosius? q debeat Sacre Mti vre tam pio et clementi patrono: tamq omni laudum genere in toto orbe celebrato Principi? Aut a quo nam id magis fieri conueniat, q a me, summa a Mte vra beneficen sumis q honoribus euecto et cumulato? Denique quando alacrius a nobis omnibus hec gratulatio geri debeat, q nunc, cum, vt Deum imortalem assiduis precibus & votis precabamur: ita Mtem vram, confectis tantis itineribus: superata aduersa valetudine: prouecto ad Solium Regni et Dominiorum suorum charmo filio suo: et hoc modo inter has rerum humanarum vndas, illo, et nobis omnibus in tutissimo portu collocatis, reducem et incolumem videamus?

Gratulor itaq Serme Rex quanta languens possum alacritate et leticia: vnacum vniuerso Clero meo, hunc felicem reditum, Sacre Mti vre: gratulor charissimi filii eius prouectionem: gratulor preces nras ab Opto Deo exanditas. gratulor denique Rempram, et nostram omnium Salutem, in eo vado tutissimo quem speramus constitutam.

Supplico Mti vre, vt, quod hactenus fecit, me et Eccam meam, sua regia gra et beneficen complecti non desinat filio q suauissimo, vt idem faciat, insimul et comendet.

Ego vero vicissim, quod hactenus, cum toto cetu Eccliarum
meorum consueui : et pro optima valetudine Sacre Mtis
vre : et vt filium suum charmum, diutissime secu regnante,
vincentem : et imperium suum propagantem, vna nobiscu
conspiriat : precari diligentme curabo.

Promissio Regis Sigismundi patris quod electio in regem Sigismundi filii preter morem facta, non preiudicat

Sigismundus Rex Polonie.

Manifestum facimus vniuersis. Quia licet mos fuerit antiquus Regni nostri, vt decedentibus Regibus, et Regno vacante domini, Consiliarii Status vtriusque ceptro inuicem mutuo consilio Conuentum Electionis generalem statuerent et illum omnibus membris et ordinibus regni tempori denunciarent, vt vnusquisque qui vellet ad illum venire possit Quia tamen in eligendo Serenissimo Principe domino Sigismundo secundo Rege Polonie et Magno Duce Lithuanie filio nostro charissimo, mos ipse pretermissus fuit non data opera sed quod nobis viuentibus, et Regno nondum vacante, magisque diuina ordinatione quam humano consilio Electio ipsa aetatis sue contigit: considerantes tantam omnium subditorum nostrorum erga nos et Serenissimam familiam meam fidem, affectum, et obseruanciam, vt hanc ipsam electionem Serenissimi filii mei, vtcunque preter veterem consuetudinem factam approbauerint et gratam habuerint, nolentesque vt per huiusmodi electionem aliquid in posterum mori antiquo derogaretur, decernimus, vt deinceps quotienscunque Regem decedere et Regnum vacare: aut electionem quomodocunque celebrare contigerit: domini Consiliarii ordinis vtriusque antequam ad Electionem procedant, prius iuxta veterem consuetudinem Conuentum Electionis generalem statuant, et illum vniuersis Regnicolis et Dominiis in tempore declarent, ac Electionem in eodem Conuentum iuxta veterem consuetudinem celebrent harum testimonio literarum quibus Sigillum nostrum est appensum Datum Cracouie in Conuentu generali sabato proximo ante dominicam Letare Anno domini M°. D. XXX° Regni nostri XXiiii°

De fœudo Regi Augusto per Duces Pomœraniæ præstando.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium et testamur vniuersis nunc et deinceps cognoscere volentibus Quod Illustris Princeps dominus Barnimus, Stetinensis, Pomeraniæ, Cassubiæ, Vandaliæ, etc. Dux Princeps Rugiæ et Comes in Guczkow cum Illustri Principe domino Philippo Nepote suo recognoscere volentes feudum Serenissimo filio nostro prope iam duos annos in Regem Coronato, qua ratione Castri et oppidi Bithow, ac Ciuitatis Lowembergk Regno nostro Poloniæ sunt deuincti miserant huc loco suo Nobilem ac Generosum Jacobum Wubeser Capitaneum in Lawemburgk Consiliarium et Oratorem suum qui offitio recognoscendi dicti feudi illorum nomine faceret satis Que res quoniam nobis hoc tempore minime adhuc necessaria visa est cum Serenissimus filius noster nondum aliquid in Regno et dominiis nostris Imperii preter nomen Regale habeat nobis huiusque ipsis administrationem et Jus dominii tam in Regno quam ceteris prouinciis nostris retinentibus, differendam eam ipsam feudalis officii recognitionem in illud vsque tempus duximus, cum Serenissimus filius noster plenam ætatem adeptus Jure dominandi et gubernatione debita tam in Regno quam in reliquis Dominiis potietur. Cum tamen diligentem Illustritatum suarum sedulitatem et debiti prestandi vigilantiam nos et nunc gratam habuimus et deinceps semper acceptam vna cum Serenissimo filio nostro habere volumus in cuius rei fidem ac testimonium presentes literas scribi et Signo nostro Regio obsignari fecimus Datum Cracouiæ

Assecuratio: quod regnicolæ non obligantur ad obedientiam Regi puero: donec is veniens ad ætatem Legitimam Iurauerit Iura eis seruare.

Sigismundus primus Rex Poloniæ etc. Manifestum facimus
per presentes vniuersis: Quia cum omnes Ordines, status vtri:
usque tam Spirituales quam Seculares regni nostri, considerantes horum
temporum motus ac malignitatem, preuenire que volentes turbas
ac sediciones omnimodas, quæ vacantibus regnis contingere solet,
vnanimi consensu elegerint et coronauerint in regem huius
regni nostri, nobis consentientibus Serenissimum principem Do. Sigis:
mundum Secundum filium nostrum charissimum ex spontanea sua
voluntate, nobis viuentibus, qua fide et affectu in nos sunt
testatum esse volentes: quemadmodum et ante in multis aliis
magnis et arduis negociis ex mera in nos propensione, et libera
ipsorum voluntate grata et vtilia nobis illorum obsequia cognouimus,
Nos vicissim pro ea ~~in nos~~ obseruantia qua nos et Serenissimam familiam nostram
prosequuntur: et quam abunde declararunt in creando rege, ipso
Serenissimo filio nostro nobis viuentibus: ea videlicet condicione, vt
nos absque vllo impedimento eiusdem Serenissimi filii nostri, donec
viueremus, regno et Dominiis nostris fruemur: et illis domina:
remur: volentes pro talibus eorum obsequiis nobis vtilibus
et gratissimis, vicissim eis prouidere: vt et ipsi in suis iuribus
priuilegiis et libertatibus, consuetudinibus que approbatis
absque vllo detrimento conseruarentur: polliciti sumus illis, et
presentibus literis nostris pollicemur: quod quandocumque ipse Serenissimus
filius noster, siue nobis viuentibus, siue vero post mortem
nostram ad ætatem legitimam, hoc est ad annos ætatis suæ XV.
completos peruenerit: tenebitur illis id totum prestare,

quod antecessores nri Reges Polonię, et nos ipsi praestitimus
ex debito: Ad quod eius Mtem et filium successorem
nostrum tenore presentium obligamus: videlicet quod iurare
debebit, omnia iura, libertates: privilegia, lras, immunitates
regni nri Ecclias tas et seculares, Ecclesiis, ipsique regno Polo.
eiusdemque Prelatis. Baronibus. Nobilibus. civibus. incolis.
et quibuslibet personis cuiuscumque status et conditionis exi:
stentibus, donatas et concessas per divos predecessores nostros
Principes. reges. et quoscumque Dominos et heredes regni Polo.
presertim vero per divos Casimirum antiquum: Ludovicum.
Wladislaum Jagelo. proavum: Wladislaum patrem. Magnum Casi:
mirum avum: Joannem Albertum. et Alexandrum fratres
germanos nros: patruos vero suos reges Polo.: et per nos
ipsos patrem eius, iustas et legitimas manutenere servare
custodire. attendere in omnibus conditionibus atque punctis
et oia illicite ab eod regno alienata et distracta pro posse suo
ad proprietatem eiusdem regni nri aggregare. Terminos etiam
ipsius regni Polo. non minuere. sed pro posse suo dilatare et
defendere. et quod dum hoc ipsum iuramentum Mtas sua non
prestiterit, et huic debito suo regio non satisfecerit: ipsi uni:
versi regnicole nri, ad tradendam illi possessionem et dominium
regni, et ad servandum iuramentum, et ad praestandam fideli:
tatem et obedientiam suam, eius Mti, non erunt astricti,
neque obligati. Verum quandocumque supradictis omnibus serenissimus
filius noster in etate legitima existens satisfecerit, et huiusmodi
iuramentum debitum prestiterit, universi regnicole et sub:
diti nri illi post mortem nram, uti vero et legitimo domino
et Regi suo coronato, omnem fidelitatem obedientiam et ob:
sequia secundum iuramentum a se illi factum, et debitum suum,
prestare et exhibere tenebuntur. Harum testimonio lrarum
quibus sigillum nrum est appensum. Cracovie in Conventu
Generali Sabbato proximo ante Dominicam Letare 1530.
Regni vero nri anno 24.

Assecuratio similis Reginae.

BONA Sfortia Dei gra Regina Poloniae etc. Signi:
ficamus etc. Quia cum electo et confirmato in regem
Ser.mo Dno Sigismundo Secundo, filio nro char.mo per
universos ordines tam spiritualis quam secularis regni nostri
Poloniae Ser.mus Princeps dominus Sigismundus dei gratia
Rex Poloniae etc magnus dux Lituaniae etc Dominus &
coniux noster colendissimus gratitudinem suam erga ipsos or:
dines regnicolarum suorum ostendere volens: quod Maiestate
sua vivente imminentibus periculis periculis occurrendo,
Spontanea et libera sua voluntate elegerunt et corona:
verunt ipsum char.my filium nostrum, post obitum parentis
sui regnaturum, lras Mtas sua fideiussorias eisdem or:
dinibus et statibus regni concesserit. quibus et seipsam
et filium communem nrm char.my Mtas sua obligat
de prestando per illum iuramento, regno debito, cum ad
etatem legitimam pervenerit, pariter declarare volentes
Nos grato animo suscepcerimus hanc fidem et propensionem
erga nos et Ser.mam prolem nram eorundem ordinum
Optimatum et regnicolarum regni nri: et quod ex animo
cupiamus promissum iri in futurum privilegiis et liber:
tatibus et immunitatibus ipsorum: tenore presentium
promittimus, et nos una cum ipso Ser.mo filio nro obli:

gamus: quod in eventu decessus Serenissimi conjugis nostri quem Deus procul abesse velit, ipse charissimus filius noster ad etatem legitimam hoc est ad annos etatis sue XV completos perveniens, id totum prestaturus sit: quod omnes reges polonie ex debito regno suo prestare consueverunt, et ad quod Serenissimus eius pater se pro illo literis suis, et illam vena obligavit, ut in literis ipsis est latius expressum. Ad quod totum observandum: et huic debito satisfaciendum, pro dicto Serenissimo filio nostro spondemus, et nos eodem tenore et conditionibus quibus ipse Serenissimus conjux noster se obstrinxit obligamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum Cracovie in Conventu generali Sabbato proximo ante dominicam Letare. Anno domini 1530.

Ludovicus Alifius
Sacre Regie Maiestatis Secretarius

Caroli quinti Romanorum Imperatoris electi, ad Hispanos de sua in Italiam profectione oratio.

Video viri Hispani quam soliciti sitis quamque egre feratis meam in Italiam profectionem, ut non solum de vestra, sed etiam de mea salute, timere videamini, dubitatisque (ut audio) id quod maxime evenire solet, ut quamprimum a vobis longe discessero, inter vos bella et dissensiones oriantur, vel aliquis forsan hostis Regnum hoc Rege vacuum aggrediatur et armis opprimere tentet. Cogitatisque de me, ne quod ego qui tot maria emensurus sum, ac in diversam orbis partem iturus, aliquod periculum subeam aliquod detrimentum, aliquam calamitatem patiar. Grata profecto et iucunda mihi est hec vestra de me sollicitudo, gratum studium tam mee salutis conservande quam vestre. Et utinam possem sine aliqua mea ignominia et nota continue apud vos esse, profecto id libentissime facerem, tantus in vos meus est amor, tam grata consuetudo, tam magnum istius Regni desiderium. Sed considerate viri prestantissimi, quod et dignitati mee studendum est, ut eam quam suscepi Imperatoris Maiestatem, cum dignitate (ut hactenus feci) tuear atque defendam, Faciam, etiam si omnes acerbitates, omnes molestie, omnia denique pericula mihi subeunda forent. Deponite igitur per deos immortales, deponite hanc animi egritudinem, nam ex meis laboribus vigiliisque, vobis quietem et tranquillitatem et reipublice Christiane salutem dignitatemque proculdubio sum pariturus. Nunc autem si ea omnia, que me in Italiam ire cogunt vobis aperiam, non vereor quin hoc meum consilium probaturi sitis, cognoscatisque me, qui totiens meis armis, tot hostes, tot Reges, tot Respublicas, tot nationes et gentes conspirates in me unum, fudi, fugavi, atque superavi. Qui potentes Reges captivos habui, Urbes opulentissimas subegi alias vi cepi, terra Marique plurimas victorias obtinui, intestinas dissensiones in hoc Regno ferventes compressi, vosque ex cede miserrima Coniuges ac liberos vestros, templa

ac delubra omnium vrm ex acerbissima vexatione liberaui,
eduxiq3: Nunc etiam de vra salute cogitare et diligenter pro:
uidere (vt optime prouidi) nequid detrimenti me absente
patiamini, Cupio enim vos vraq3 omnia conseruare, itemq3
defendere. Preterea tantam spem et fiduciam in vra omni:
um fide vrisq3 armis posui et collocaui, vt me absente ab
inimicis aliquod incomodum in Regno isto non sit timendum.
De me autem obsecro timere desinite. si iniuste nemini bellu
intuli, nullum offendi, et nisi lacessitus contra aliquem arma
sumpsi: Si omnia mea consilia, omnes cogitationes semper
ad deum imortalem, quem michi propicium esse confido, re:
tuli sperauiq3 ac sperare debeo illum pro eo mihi ac meorum
gratiam relaturum. Si quid vero aduersi contigerit, equo
animo paratoq3 patiar. Nolite quoq3 nolite inquam existima:
re viri optimi, q ego sim tam saeuus ferreusq3 qui lachrimis
amantissime vxoris non mouear, qui dulcissimi filioli mei
amplexu non oblecter, qui vestrum omnium preces non
audiam et tocius Regni merorem non intelligam. Hec
atq3 alia ante oculos assidue versantur, et moueor hisce
rebus, ita tamen vt dignitati mee et comuni Chriane rei:
publice vtilitati studeam. Quare egregii viri parcite iam
lachrimis et merorem deponite, circumspiciteq3 quante rei:
publice Chriane incumbunt procelle, et tempestates nisi
ego occurram, non enim solum de Statu meo, sed de religio:
ne, deq3 comuni omnium salute cogitandum est atq3 proui:
dendum, vt meo labore, consiliis, opibus, afflictam Italiam
inprimis subleuem, pacem inter Principes Chrianos (si vl:
la ratione fieri poterit) componam, furorem, maledicta,
ac libidines multorum, qui mihi et honori meo detrahunt
reprimam. Meq3 et dignitatem meam ab inuidis conserue,
vosq3 a bello et impetu hostium, quod facile vra ope fieri
poterit, defendam. Que quidem omnia per meam in Italiam
profectionem optime, vt statim vobis ostendam, fieri poterunt.
Tria igitur sunt maxima, que me cogunt, et impellant vt
in Italiam trayciam. Ardor religionis tuende. Desiderium
clementia et magnanimitate in afflictis vrbibus vtendi.

Honoris et dignitatis meę conseruandę ac pacis inter Principes Christianos componendę cupido. Quę omnia ita mihi curanda sunt, vt me non natum ad otium et quietem, sed ad labores et vigilias, et ad comunem omnium vtilitatem esse putem. Nec propterea me à deo optimo Maximo ad tantum Imperium arbitror euectum, vt religionem eius negligam, ac mores hominum, qui iam diu collapsi iacent contemnam, sed vt illam confirmem, hos vero instaurem. Videtis enim vt quottidie Religio Christiana minuitur, vt leges ab antiquis patribus traditę, ceterę virtutes pro nihilo habeantur. Multi enim veterę illam simplicitatem in fraudem, probitatem in nequiciam, liberalitatem in luxum conuertere. Apud plerosque quorum probatissimis exemplis formari atque componi ceteri deberent, aut nullus, aut certe exiguus dei cultus est. Nulla ratio nullum bene uiuendi institutum, Nullus pudor, nulla modestia, iusticia vel in odium vel in gratiam declinauit. Pietas in contemptum, vel in superstitionem pene mutata est. Palamque hisce rebus omnibus peccatur sic, vt sepenumero virtus probis viris vitio vertatur. Vitia vero ab improbis loco virtutum haberi soleant. Quotidie ergo in religione hereses pullulant, sic Christi pietas minuitur. Hi mihi morbi sanandi, hęc vulnera curanda sunt, luxus cohibendus, modus ponendus ambitioni, compescendę indomitę et effrenatę libidines, auiditati et sceleratę Cupidini terminus prefigendus est, Hereses tollendę et amputandę, ne longius malum hoc et virus inter Christianos serpat. Hęc et id genus alia me inducunt, impellunt et vrgent, vt omnino in Italiam proficiscar, vbi hęc comodius auxilio, ope et consilio, Clementis Pont. Max. et Sacratissimorum patrum corrigi et sanari poterunt, et religionem ipsam ad normam et regulam antiquorum patrum redigi posse confido. Debeo enim religionē ipsam omnibus anteferre, eamque à perfidis, et sceleratis hominibus protegere. Cum me propterea Deus optimus, maximus, ad tantum Imperium euexerit, ac tantas victorias prestiterit, vt eam tuear atque defendam, et eius in terris Vicarium

nonsolum in Petri Solio et eius patrimonio conseruem, sed ampli:
orem et illustriorem reddam. Quod autem mihi secundo loco
proposueram, misere et afflicte per tot annos Italie succur:
rendum est, miseret enim me, illiusq3 vicem doleo, ac queror
tot cesorum hominum millia, quorum cadaueribus et conte:
cti sunt campi, et retardati fluuiorum cursus, eorumq3 cru:
ore superum Mare et inferum quasi quadam purpura infectu
est, Vrbes direpte, Oppida incensa omnia deleta et prostrata
iacent. Danda est mihi igitur opera, vt Vrbes Italie restaure:
tur, bellum amoueatur, possessiones et predia que a militibus
iniuste possessa sunt illis reddantur, quibus abstracta fuerunt.
Damna que populi passi sunt resarciantur. Omnia ad pristinum
nitorem et cultum restituantur. Que omnia faciam, ita Deus
mihi secundo faueat numine et me incolumem in Italiam per:
uenire concedat. Vrbi quoque Rome succurrendum est, que a
meis militibus me inscio et absente direpta, et omnibus opibus
ac fortunis spoliata fuit. Quo facinore testor deum optimu
maximum, nihil mihi molestius aut acerbius accidere potuit.
Cui si ad eam incolumem peruenero, dabo operam vt amis:
se opes quam maxime fieri poterit reparentur. Vt autem hec
omnia diligentius et tucius facere possim, cupio etiam cum
maxima Regni mei et opum iactura pacem cum Principibus
Christianis componere atq3 firmare. Speroq3 meo labore mag:
nas controuersias dirimere, et totam Italiam miseriis ac
metu liberare, si qua hominum equitate res ad ocium de:
duci poterit. Verum enimuero spem habeo maximam, me
hec omnia ingenii mei facilitate peracturum. Quamobre
haud dubito, quin deus sue religionis misertus, hac mea
in Italiam profectione, illud quod mihi maxime est in optatis
nonsolum prestet, vt pax inter vniuersos Christiane Reli:
gionis Reges atq3 Principes ineatur. Verum vt me ipso
auctore, consociatis omnium armis in Turcas transmittatur.
Quo et pristina Christiane religionis iura recuperentur, et
illa pro viribus etiam atq3 etiam propagetur. Quare vos hor:
tor viri optimi, ne meum hunc a vobis discessum egreferatis

Quinimo meam vobis ante oculos virtutem, diligentiamqz
proponatis. factum tociens cum hostibus potentissimis et inuictis:
simis periculum, quos armatos tociens superaui. Magnum mi,
vti hactenus fuit, a deo spero presidium, Magna vis est consciē:
tie, et etiam in nobis is animus est, vt non modo inimicos non
timeamus, sed impios vltro lacessamus. Quare illud perficia
opinor vt ea que gessi lucar at orem, et si qua est inuidia in
conseruando REgno meo et amplificando suscepta, ledat inui:
dos, mihi vero plurimum prosit ad gloriam sempiternam. Vos
igitur viri Hispani de me timere desinite et vrá vnanimes
mecum defendite. Nam vt perpetuo in pace esse possitis quam
diligentissime prouidebo, curaboqz vt longe lateqz imperium
nostrum cum sumá nri nominis gloria augeatur. Et sicuti ex
discessu meo moestos ac tristes vos esse conspicio, Ita spero, com:
posita inter Chrianos omnes pace atqz concordia, ac debellatis
impiis Turcarum copiis, terra mariqz, me maxima cum le:
ticia et exultacione triumphantem accipietis. Dixi.

Romuli Amasei de Pace oratio

PACEM Clemens Pontifex Maxime: Carole Imperator in:
victe: Patres amplissimi: Principes fortissimi ac generosissimi:
Legati viri lectissimi, augustam et sanctam pacem, e dei summi
Civitate, electoq(ue) eius populo, caeco opinionis errore iam pridē
eiectam: ac per tot ante annos Christianis omnibus optatam sem:
per, vix unq(uam) speratam: a mente spirituq(ue) divino, à coelo, ho:
dierno die demissam, gratulabundi excepimus et veneramur.
Effectum tandem est tua Pontifex Maxime pietate et sapientia.
tua Caesar clementia et aequitate, Principum, ac rerumpub:
licarum facilitate atq(ue) humanitate, ut à maximis miseriis et
calamitatibus, universae Christianae Reipublicae liceat respira:
re. at, si pace, quovis tempore nihil melius aut optabilius du:
cimus: quam iucunda et illustris ea nobis pax esse debet? in qua
sola fuit, post innumerabilia aetatis nostrae mala, atq(ue) ingen:
tium malorum turbulentissimas tempestates, salutis ac tran:
quillitatis spes reponenda? Quae quoniam pax non nisi af:
flictis ac prope perditis rebus, à deo optimo maximo potu:
it impetrari: re quidem vera iudicandum est, illum ipsum
rerum omnium opificem et conditorem DEum, populi sui licen:
tiam gravissimis animadversionibus coercere voluisse: eiusdem
vero in minime dubiam perniciem labentis, misericorditer ad
salutaria consilia mentem convertisse: ut cum quae ipsius esset in
puniendo severitas, in miserando facilitas, maximè perspicuis eve:
torum iudiciis cognitum et perspectum haberemus, à pravis cogi:

laciombus omniq; fraudum genere, ad rectas honestasq; ra:
tiones animum reuocantes et ipsum verum atq; vnicum deu(m)
sanctius ac purius coleremus, ac tum demum maximis peri:
culis liberati, perpetua in posterum pace atq; ocio frueremur.
Merito itaq; hunc tu pater beatissime diem, sanctissimum
hunc atq; optatissimum diem, qui et finem aduersarum, et
secundarum rerum nobis initium attulisset, apparatissima
supplicatione decoratum, summorum Sacerdotum, Principum,
ac Legatorum frequentia celebratum, te vero vna cum Cae:
sare diuinis ceremoniis presidente, hymnis, cantibus, preca:
tionibus, nobilitatum, illustratum, sanctitum voluisti. ideq;
mihi imperasti, vt q; accomodatissima possem oratione ho:
diernum supremi dei beneficium, ac mirificam clementia(m)
predicarem. Quod sane munus, non q aut ingenio, aut
vlla dicendi copia, ac vi confiderem: sed eam vnam ob cau:
sam à me susceptum, quod que tu mihi Pater sanctissime
imperasses, recusare nefas atq; impium esse ducerem: iam
patris summi, filii, atq; almi spiritus auspiciis fretus aggre:
diar: ac primum quidem dum pro tempore breuius, pro
facultatis in dicendo mee tenuitate submissius, q; et tale
rei dignitas ac magnitudo, et huius consessus amplitudo ac
celebritas postulat, de pace ac de hodierna maxime pace
verba facio: te Pontifex Maxime, te Imperator augustis:
sime oro atq; obtestor, vt actionis mee cursum, diuinitatis
ac M(aies)tis v(est)re aura prosequamini. vos etiam obsecro patres
amplissimi, Principes ornatissimi, Legati viri spectatissimi,
vt me attente ac benigne auscultetis. De pace attentius co:
gitanti cum tam ingens ac multiplex se mihi materies of:
ferat, vt non tam copiam, q; in dicendo modum querendu(m)
intelligam, ipsa mihi q facillime ratio persuadet: que in re:
rum natura constat bona pulchraq;, omnia pacis ipsius vi
ac potestate contineri, atq; hanc ab initio è diuina mente
ac sapientia extitisse, que vniuersi compagem quem mun:
dum dicimus, stabili partium societate, mutuoq; instrueret.

Et enim si rerum interse diuersarum consensio ipsa, vniuersita:
tem, idest inmutabilem ac sempiternum efficientium causarum
et effectorum omnium ordinem conseruat, aut eam ipsam con:
sensionem aliud esse, quam pacem statuendum est: aut si ea pax
est, cunctarum certe rerum conseruatio, vni huic accepta pul:
cherrime atque optime diuinorum operum custodi fuerit re:
ferenda. Nihil profecto quicquam possumus fingere animis
cogitacioneue, aut oculis pulchrius ac utilius comprehende:
re, quam coelestium sit terrestriumque ac humanarum rerum equa:
bilitas, ordo, et constancia: atque hanc tantam, tam admira:
bilem ac prope infinitam pulchritudinem et vtilitatem, que
res alia potuit efficere, quam consensionis et efficacie vis quam
pacem appellamus, diuina prouidencia ac diuino spiritu, mun:
di (vt ita dixerim) corpori, eiusque singulis membris infusa
et admixta. quod sane nemo dubitarit, nisi qui aut illud
supremum igneis orbibus distinctum et ornatum dei sum:
mi beneficium: aut harum quas animantes incolunt sedium
molem: aut postremo animorum, aut animantis nature vigo:
rem, sensum, motum, neque oculis cernere, neque possit mente
aut intelligentia consequi. Quid enim in his non ordinem
locumque suum obtinet? non certos ratosque motus ciet eter:
ne pacis inuiolabili lege? intueamur summum illum et
amplissimum coeli ambitum, atque inherentia ei sidera,
motumque eius omnem ac perpetuam conuersionem: intu:
eamur illos, que errantes dicuntur stellarum ac lune So:
lisque, orbibus suis ac temporum momentis descriptos cur:
sus: atque illinc ad concreta atque e diuersa ac dissimili ma:
teria constantia corpora, que elementa dicimus, mentem
atque oculos referamus: et eorum que sit coniunctio, et qua:
si compactio contemplemur: intelligemus profecto quod hec
omnia pro rata sua parte ac porcione continenter suis
funguntur muneribus: ac mutuo complexu ac tempe:
ratione vicissim sibi deseruiunt et obtemperant rerum
omnium primordia: lucis ac tenebrarum, estus, frigoris,

vicissitudines existere: animantes spiritum ducere, cuncta foueri, coalescere, augeri, et partes singulas ac totius perpetuitate propagari, atq; hec diuine illius pacis, cuius mihi hodierno die tocies nomen vsurpandum, vi effecta sunt. Per hanc enim firmo arctoq; nexu, quam sapiens poeta auream cathenam nuncupauit, cum imis media, cum iis summa vinciuntur et copulantur. Per hanc diuerse ac natura etiam dissidentes forme, ab longinquo extremoq; ambitu, paribus ac equalibus interuallis ad medium et intimum quasi punctum, ad ipsius scilicet eterni dei nutum ac potentiam referuntur ac reuocantur, atq; ab hoc veluti fonte, omnis, quam vel sensu percipimus, vel animo ac ratione lustramus, vtilitas et pulchritudo deriuauit. Quod si dei permissu, ee quas ante nominauimus, facto impetu se inuadant, ac locis ordinibusq; suis alteram altera deturbare contendant, ac mutuum eam sibi auxilium ferre recusent, que vis iam obsistere aut prohibere possit, quin statim vniuersam hanc mundi machinam, humoribus diluuii, ardoribus, conflagratione, tenebris, obduci, dissipari, postremo atq; interire videamus? Age vero, que aut propria hominis sunt bona, aut ei adiuncta ac familiaria consideremus: quis est tam sensus communis expers, qui non ea intelligat ipsa in primis pace niti ac sustentari? Preclara sunt atq; admirabilia que in humanis animis insunt bona, que cum partim ad cognitionem, partim vero ad actionem referantur: his certe que cognoscendi sunt partes bene inter se conuenientibus, purissimum emicat atq; efficacissimum intelligentie lumen: at si qua vi aut offensione confundantur, aut perturbentur, obtundi necesse est humane mentis acumen, iuditium labefactari, subuerti memoriam et comminui. Iam vero in vite actionibus si fuerint animi nostri motus rationi consentanei, quantus in dictis factisue omnibus, virtutis et cum virtute coniuncti officii decor et pulchritudo eminet atq; elucescit? Quodsi ij per dissidium et discordiam, a recti rationis

scilicet ipsius officio discesserint, quid cogitari, dicive, aut
geri potest, nisi vecorditer, ac turbulente? Maxime expeti:
tur, atque etiam necessaria ad corporis animique munera obe:
unda bona valetudo dicitur: atque ea, quatuor, quibus in
primis vitalis ipsa vis alitur ac fovetur, humorum conse:
su et amicitia conservatur: per eorundem vero pugnam et
quasi tumultum, variis ac plerumque perniciosis morborum
generibus affligitur et exercitur. Quid dicam de fortu:
nis, que non tantum in nobis ducuntur, sed ex comuni etiam
usuloquendi sole sibi bonorum nomen vindicant? ille
quidem salvo iure ac iusticia, que sunt humane societatis
vincula, idest vigente hominum pace et concordia, salve
unicuique et incolumes esse possunt. Quod si plus sibi ho:
mines appetant, quam humane coniunctionis ius, cuius ois
ex pace est orta ratio, patiatur, id unum certe in causa
est, ut sepissime illinc aliena invadendi cupiditate inci:
tatis, hinc iusta in suis retinendis ira inflamatis disside:
tium partium animis, agi ac rapi omnia, Urbes et agros
vastari, Sacra et profana violari, suas cuiusque opes, im:
perium, honestatem, caput etiam ipsum in periculum et
discrimen vocari videamus. Quod si minus ex his quas
presertim tam breviter collegimus rationibus, suma ac
plane divina pacis utilitas ac dignitas deprehenderetur:
non eam credo nobis sapientissimorum sententie compro:
barent. atqui e Grecis quendam clarum sapientie
laude hominem carminibus vaticinatum ferunt, que
in rerum natura totoque mundo constarent, queque move:
rentur, amicitia contrahi, discordia dissipari. Exime,
alius inquit, ex rerum natura consensionem et benevo:
lentiam, nec domus ulla, nec Urbs stare poterit, nec agri
quidem cultus permanebit, E Poetarum vero numero sunt
qui pacem bonorum custodem, hominum altricem, qui
iusticie sororem, qui almam, qui rerum omnium inclitissi:
mam appellant, sed horum fortassis testimonia minus po:

deris habere videantur, q iis vixere temporibus, quibus
nondum verę sapientię hominibus lumen affulserat. Sed qd
sanctißimi ac religiosißimi viri, pietatis nrę locupletissimi
authores? an non hii dignissimi sunt quarum omnis diuinitus
emißa in hominum aures vox, pro oraculis habeatur? Atq;
ex his quidem, ne omnes nominem. PAulus religionis nrę
firmißimum columen, Augustinus, Ambrosius, Hieronimus, Gre:
gorius, quos honoris, ac venerationis causa nomino, vno
consensu, atq; vna et eadem voce, quoties Pacem summe
salutare, atq; ex omnibus maxime expetendum bonum
esse prędicant? et ad eam inprimis amplexandam adhor:
tantur? Pacem inquiunt sequimini, sine qua nemo deum
videbit. Pacem qui accipit teneat: qui perdidit repetat:
qui amisit exquirat. Abdicatos et exhęredes dei filios, qui
pacem aspernantur appellant. Iidem venturam ad eum nu:
quam dei hereditatem qui non obseruet pacis testamentum
exclamant ac minitantur. Quam sępe odia ac inimicitias
detestantur? q multa de reditu in gratiam pręcipiunt q
pie? q grauiter? q etiam eleganter. imensa, quę per pa:
cem hominibus bona deus impertitur comemorant? sed qd
horum quilibet de pace senserit, ac scriptum reliquerit
recenseo? pretereo q diuinarum omnium atq; humanaru au:
thoritatum ille nobis instar esse debet, qui non veridi:
cus aut sapiens, sed ipsa veritas et sapientia Chrus. et
is quidem cum sua. iustis. innocentibus, et integris homini:
bus pręmia polliceretur, quod pręmium omnium maximu
esset. iis attribuit quorum ad pacem voluntas et consilia
spectarent. Non enim beatos tantum eos fore pollicitus
est: sed filii inquit hi dei vocabuntur. idem vero q gra:
uibus? q etiam expressis verbis est discordiam execratus?
omne inquit regnum dissidens desolabitur. Et omnis Ci:
uitas vel domus dissidens non stabit. Quid enim fre:
quentius iis quos diligeret, cum inter homines versaretur,
quosq; gratia numinis q; sui pręsencia dignos duceret, q
Pacem est ominatus? Pacis cum congrederetur: Pacis cu
discederet nomen vsurpabat. Pacem missit familiares ac

discipulos suos, in quamcunque domum intrassent comprecari: quia sciret ubi pax esset, ibi se esse: ubi ipse esset, leta scibat esse ac secunda omnia. iam vero à Patre in celsam illam atque eternam coeli sedem euocatus, iisdem discipulis quos patrimonii quasi sui heredes esse voluit, Pacem suam tradidit, Pacem suam reliquit. o admirabilem hereditatem: o vera aeterni patris bona: Non regna, ille omnium Regnorum dominus: non opes, non aurum, non prudentiam denique, aut temperantiam, aut cetera que in bonis homines ducunt: Sed Pacem, qua una omnes mundi partes, omnia Regna, omnes opes: omnia corporis animique bona continerentur, pacem dedit, pacem reliquit. Sed cum de pace in vniuersum satis in presentia multa dicta sunt, de hodierna iam pace dicendum est. Nullam ego vnquam inter Christianos Principes Pacem factam esse arbitror, que amplitudine, dignitate, diuturnitatis spe, atque opportunitate, possit cum hodierna pace comparari: Respiciamus quoad longissime humana mens potest, preteriti temporis spacium, puericie memoriam ultime recordemur: omnia foedera, omnes imperiosarum gentium, potentissimorum Principum consensiones et conspirationes, ex omnibus antiquitatis monimentis colligamus: nunquam profecto inueniemus, tanto consensu atque alacritate, tam multas in vnum reipublice partes, ac tam breui tempore conuenisse: atque in comune prope non sententias tantum ac voluntates, sed opes etiam, copias, et facultates suas contulisse. Atque huius quidem Pacis amplitudinem facile is perspiciet, qui tacita fuerit persecutus cogitatione, quot Principes aut per se, aut per Legatos suos spectatissimos et grauissimos et grauissimos viros, in huius Pacis sanctissimas leges iurarint, ac societatem inter se coierint. Que enim Christiani nominis pars Pace hac non comprehenditur: que dei summi certissimo numine aspirante. Clementis vii. Maxi. Caroli v. Caesaris augusti, imperatoris inuicti (vtrumque sanctitatis et Mtis causa nomino) hortatu, auspiciis, ductu, authoritate hodierno die, in hoc sanctissimo delubro, ad illud Sacrosanctum dei altare ac puluinar, sacris rite susceptis et peractis

sancita est et constituta? Hanc sibi Pacem Franciscus Galliæ Rex vir bellicosissimus et opulentissimus, idemque omni Regali laude præstantissimus, neque cõmuni tantum maiorum suorum cognomine, sed sensu etiam et voluntate Christianissimus, optatam et iucundissimam esse per legatos testificatur. Hanc HEnricus Britanniæ Rex, vir summa virtute, neque in bello acrior, quam pacis et concordiæ amantior, nouis nuper legatis missis comprobauit. Quid Ioannes Lusitaniæ REx, vir cum paternæ gloriæ stimulis, tum sua animi magnitudine, ad nouas et ante ignotas mundi partes indagandas, atque ad veri dei cultum adducendas mirifice incitatus, nonne is assiduis precibus iddiu, ut hæc pax fieret, et adhortatione contendit? Quid vero de Cæsaris fratre FErdinando Pannoniæ REge dicam? viro non modo generosissimo ac fortissimo, sed uno etiam ad Turcarum furorem comprimendum, atque impetus propulsandos paratissimo? quoties ille per legatos literasque suas pacem expetiuit? DE SIgismundo vero Poloniæ REge, sene prudentissimo, atque impiis ac finitimis hostibus debellandis exercitatissimo, quid attinet dicere? quanta is lætitia hunc de pace nuncium excipiet? qui semper à Christianorum discordiis ac dissesionibus, non loco ipso modo abfuerit, sed animo etiam et consilio abhorruerit. atque hii quidem extra Italiam omnes ad comunem reipub. causam voluntates suas aggregarunt: et iidem et ante cum Cæsaris imperio conspirarunt: et hodiernam pacem magno animorum assensu, et certissimis auxiliorum promissis ac pollicitationibus, ad bellum contra impios atque infensos nomini nostro hostes suscipiendum ac gerendum ratam fecerunt et approbarunt. iam vero in Italia primum florentissima VEnetorum Respub: quæ plurimum semper domestica disciplina, terrestribus copiis, et nauali gloria valuit ac floruit: deinde FRanciscus Sphortia Mediolani Dux, vir ingenio et virtute singulari, ac firmissimo animi robore in utraque fortuna ferenda præditus: unius concordiæ studio adducti, non libenter tantum, sed etiã alacriter, propositas sibi pacis condiciones acceperunt. ad horum autem consensum, suam, quam egregia voluntate sentéciam adiunxit clarus genere, clarus iusti moderatique in:

perii laude Carolus Sabaudie Dux? Fridericus vero Gonzaga Mantue Marchio, non familie modo splendore illustris, sed spectata etiam in magnis Imperiis, que Pontificis Maximi, et Caesaris auspiciis gessit, virtute ac fide: is certe presens nuper declaravit, nunquam se ad istam paucorum causam opibus armisque iuvandam, quam ad comunem hanc pacem studio ac sententia sua comprobandam, paratiorem fuisse. Neque in hac Principum enumeratione pretereundus est adolescens nobilissimus, summa indole atque eximia spe Bonifacius Montis Ferrati Marchio, ipse etiam nuper coram, in Pontificis se et Caesaris fide ac potestate perpetuo futurum planissime ostendit. Cum quanta preterea officii sui testificatione et in pace appetenda [amplectenda] studio et Genuensium illustris in Liguria Civitas que permultum semper classe maritimisque rebus valuit: et in Hetruria Senensium, ac Lucensium, que et suis opibus, et Caesaris gratia maxime vigent, ut huius pacis conditionibus illigarentur, contenderunt? Quod si qui sunt adhuc a tanto communique consensu omnium alieniores, et ipsi etiam brevi, ut resipiscant, optandum et sperandum est: et profecto resipiscent. Qui enim credi potest? illam vim ac dei nutum, qui tot iam prope perditos ac profligatos populos, per tam multorum, et tam potentium Principum pacem, ad salutis certissime spem excitavit, ab uno et altero aut Principe aut Civitate aversum fore? Sed quid ea amplius pace omnino fieri aut cogitari potest? in qua non modo prestantissime, sed plane omnes quod saepe tentatum, nunquam ante effectum est, Christiani imperii partes consenserunt? ea vero quanta sit eius dignitas, est certe hominum prestantia metiendum. Quid autem aut iis qui paci conciliande prefuerunt. Pontifice scilicet Maximo, et Imperatore, qua late Christianum nomen patet, sanctius ac sublimius? aut quid potentissimis Regibus qui eorum authoritatem secuti sunt magnificentius? quid optima republica, nobilissimis Principibus, florentissimis Civitatibus clarius? Que vero erit unquam pax diuturna? que satis firma, ac sancta societas? si haec hodierna pax (quod deus omen obruat) quam nobis

ostendit spem atq; expectacionem, fefellerit? est certe infirma
et instabilis vite conditio, spes hominũ fallaces, lubrici ma:
xime votorum eventus: sed ipsa primum nobis minime dubia
humanarum rerum vicissitudo, hanc, de qua nunc agimus,
pacis diuturnitatem prestare quodam modo videtur. Nã
cum tota fere etas mea, ex acerbissimis Principum ac popu:
lorum discordiis, atrocissimis bellis fuerit infecta, consen:
taneum certe est adesse iam illud tempus, quo, (nisi suam
Deus Civitatem, quod est maxime ab eius infinita misericor:
dia alienum, funditus velit delere) à turbulentissima ca:
lamitosissimorum temporum agitacione conquiescamus. atq;
ad reliquam diuturnitatis spem hoc etiam accedit, q neq;
vi, neq; metu, sed quod Pacis proprium est, libero consilio ac
voluntate sint omnium repente cogitaciones, odiis restrictis
atq; armis abiectis, ad concordiam et amicitiam converse.
Tantumq; omnino abest, ut ulla in hac pace simulatio ver:
setur, ut non forma tantum pristini inter summos Princi:
pes belli sublata, sed ipsa etiam litium et concertacionum
recordatio evanisse videatur. Vicit tandem temeritatẽ
ratio, equitas contumaciam prostravit, evertit elationem
animi mansuetudo, fides et odia restrinxit, et ipsam etiã
inimicitiarum memoriam abolevit, iusticia et pax osculate
sunt. Veritas de terra orta est, et iusticia de coelo prospe:
xit. Et quisq; dubitabit? quin firmissima atq; adeo in:
dissolubilis futura sit ea concordia, que sit per summas
et maxime divinas virtutes conglutinata? et in qua vis
victa iure, mitigata sit acerbitas lenitate? Quod vero
caput est, et vatum monitis, et virtute tua freti Caesar,
eiusmodi bellum terra mariq; primo quoq; tempore à te appa:
ratum, ac susceptum iri confidimus, ut cum semel Chris:
tiani, longe à domo, atq; à visceribus suis arma promo:
verint, ac que sit, experti fuerint, eorum bellorum dul:
cedo, in quibus et vincere optabile ac salutare, et cadere
pium ac gloriosum, nunq; in posterum ad ea certamina

animum et cogitacionem referant, quorum, non facile quis
dixerit, miserabiliores ne sint clades, an magis infames
et lugubres victoriȩ. Dixi de pacis amplitudine, dignita:
tate, ac spe diuturnitatis: ad cuius nunc opportunitatem
venio: in qua et calamitates et pericula maxima depellendi
et optatissimam foelicitatem comparandi, certissima inest
spes. Nam quȩ potuit esse pax oportunior, q̃ quȩ diuinitus
id temporis incidit: quo nisi nos Deus respexisset, mentesq;
a seculi nri fraudum ac scelerum animaduersione ad mi:
sericordiam ac lenitatem traduxisset, nihil unq̃ propius
fuit, q̃ ut cuncti fere Europȩ populi, per implacabiles
Principum discordias ferro, fame, morbo, vastitate consume:
rentur? pulcherrimȩ vero Christianȩ Reipublicȩ partes te:
terrimo atq; à lege, victu, moribusq; nostris alienissimo hosti
prędȩ ac ludibrio essent? ac postremo diuina religionis iura,
quȩ ab animorum sempiterna nos pernicie vindicant, à
tot retro seculis sanctissime custodita, non falsis tantum
et iniquis interpretacionibus viciarentur, sed nouȩ etiā
sectȩ furore et amentia, e magna Europȩ parte extermi:
narentur? Non committam, ut in tanta hodierni diei, ac
tam singulari lȩticia, prȩteritorum malorũ memoriam refri:
cem: itaq; non comemoro agrorum populationes, non vico:
rum exustiones, non florentissimarum Urbium direptio:
nes, non Sacrorum et prophanorum capitum violationes
prędico. omitto prȩliorum strages: taceo tam multos ac tā
paratos ad pugnam Christianorum exercitus, per hos tri:
ginta annos funestissimis dimicationibus deletos: ut vel
singuli ad impias gentes profligandas, oppugnandas, ac
debellandas, satis multum fuerint virium habituri. Prȩ:
tereo ȩtatis nrȩ innumerabiles alias calamitates ac mise:
rias, quarum non modo impetum expauimus, sed nunc etiā
recordationem ipsam reformidamus. atq; horum quidem
quȩ relinquo omnium, nihil iam fuit deprecandum, quod, nisi
à sumi Dei bonitate hęc esset pax Principum reipublicȩ
animis illapsa, aut aliquid etiam eo grauius ac miserius, pas:

·suri non videremur: atq; id quidem nemo iam erat plane qui
non metueret. Quid vero ea pericula quibus presens ac cer:
ta pestis à longinquioribus quasi membris ad ipsa reipublice
vitalia serpebat, animo dum taxat et cogitatione percipieba:
mus, ac non ipsis etiam ferme oculis cernebamus? Erat cre:
do obscurum, quid Seuus ille Turcarum tyrannus communis
Christianorum et sempiternus hostis moliretur? ad quas orbis
sibi partes viam affectaret? At ille quidem et ante semper
obseruatis discordiarum nostrarum temporibus, ad aliquam
Imperii nr̃i partem inuadendam ex insidiis prosiluit. Neq;
enim ad ea que nunc possidet occupanda, magis bellica vir:
tute aut copiarum magnitudine ac robore vsus est, q̃ nostra:
rum dissensionum occasione. Sed idem ille, cum Asię imperio
non contentus, Europę multas regiones miserabili seruitu:
te oppressas teneat, Bisantium alteram imperii Sedem, Traciā
Macedoniam, Thessaliam, Euboeam, Greciam, Peloponesū,
Epirum, magnam Dalmatię partem, ac postremis hisce tē:
poribus in potestatem suam redactam inferiorem Pannoniā,
nimirum ad Germaniam nunc animum adÿciebat. Ac nisi
nuper à Vienna Regia superioris Pannonię vrbe, ad
quam omnibus opibus atq; operibus oppugnandam fuerat
aggressus, Ferdinandi Regis viri clarissimi et fortissimi
virtute ac vigilantia repulsus fuisset, minus certe matura
(ne quid grauius dicam) de pace fuissemus consilia inituri.
illa enim si presidia, illud reipublice nr̃e si propugnacu:
lum expugnasset, quid aliud iam erat expectandum? nisi
vt Germaniam ac Italię pulcherrimas ac nobilissimas
partes, non excursionibus tantum, sed perpetuis etiam Ca:
stris infestas redderet? agros et oppida ad vastitatem re:
digeret? Dei ac diuorum templa hominumq; Sedes, fędissi:
mis cędibus cruentaret? Et hoc quidem nr̃o, ac Coniu:
gum liberorumq; capiti impendebat. Alia vero extite:
rat labes ac certissima religionis corruptela, que si
inualuisset, non illa quidem mortali huic et caduce vitę
periculum creasset, sed animos ęternis ac diris crucia:
tibus damnasset. Dissidentibus enim de imperio Princi:
bus, atq; ita vt fit, in maximis bellis aliud curantibus,

que dam ante obrepserat iam se offerebat atq3 ostentabat scelerata
illa nefariorum hominum factio, que vetere ac diuina lege aut
abrogata, aut deprauata, inexpiabili introducta voluptatum
ac libidinum licentia, imperitam multitudinem à vera pietate
ac legis comprobata et sancita obseruacione auertebat. Atq3
he quidem cum bello in republica pestes. atq3 intolleranda có:
fluxerant mala: que pacis tranquillitas aut iam compressit,
aut sola certe in posterum poterit compescere ac propulsare. Itaq3
cum primum de pace agitari coeptum est: ipsam fere pacis spem,
et agrorum inopinata fertilitas, et summa coeli salubritas có:
secuta est. insolentem vero in nris discordiis ac terribilem
hostem, in pace atq3 ocio segnem ac timidum, vnus hic de pace
rumor, à Vienne ante moenibus repulsum, adegit, vt e Pá:
nonia, quo ante milites in hiiberna deduxerat, in Thracia
ac Bisantium, suum illum infoelicissime nunc omnia conatu
exercitum, reportaret. Iam vero improbi ac scelerati impiarú
coniurationum Duces. et authores, quo tandem animo, q3 fra:
cto et debilitato accipient rempublicam conuenisse? fore iam
legibus ac iudiciis locum. ac sibi aut statim à pristino furore
atq3 amentia mentem reuocandam, aut grauissimas vecor:
die ac pertinacie sue poenas subeundas. O faustam et diu
optatam pacem, per quam non sensu tantum ac voluntate có:
iungimur, sed respiramus etiam ac reuiuiscimus. Et quales iá
constitute et confirmate fructus futuros existimamus, cuius
tam fuerit ipsa spes salutaris? Quid q non salutem tantum
perpetuam ac à molestiis vacationem, sed foelicitatem etiam,
ac certissimam hodierna pax nobis gloriam pollicetur? Mitto
perspicua illa, et que pacem semper non aliter q3 vmbra cor:
pus. bona consectantur: tranquillam Ciuitatum libertatem.
agrorum vbertatem, sobolis propagationem, libera ac tuta po:
pulorum comercia: mitto q, que bellicis furoribus perculsa
ac prostrata iacebant, se efferent et erigent literarum atq3
ingenuarum artium studia: quorum est cultus, et bene consti:
tutis Ciuitatibus, et optimo cuiq3 Principi maxime honestus
et necessarius: ac vigebit pacis comes, ocii socia eloquentia.
sed hec et alia multa pretereo, non quia maxime expetenda
non sint, sed q in promptu sint, ac prima se pacis vtilitates

intuentibus offerunt. Quae potest autem maior nostro seculo foelicitas contingere? quam si eae quas paulo ante nominavi imperii nostri partes, e diri ferique hostis manibus extorqueantur? atque ii populi quos ille iniquissimo dominatu oppressos per lxxx iam plus annos, probris dedecore, contumeliis, affecit, duris atque intolerandis imperiis afflixit, omni denique crudelitatis genere laceravit, à miserabili nunc atque diuturna servitute vindicentur? Et quod est certus huius pacis propositum, cui et suscipiende in Thurcas expeditionis, et Christianorum liberationis causa subscripta est? Et quae te alia Caesar causa ex ultimis terris in Italiam evocavit, nisi ut pace reipublicae reddita invictos exercitus tuos contra tetram illam et efferatam sanguine nostro beluam converteres? ac suam Pannoniae, suam Graeciae, suam tot Christianorum nobiliss. populis libertatem redderes! o dulcis recipientibus libertas, reddenti gloriosa. illi ad te Caesari ex florentissimorum olim Urbium ruinis et cadaveribus, squallore, et foedo corporis habitu obsiti, macie ac pallore perempti, supplices manus tendunt: tuum sibi promissum toties vatum praedictionibus ac divinis oraculis nomen, tuam fidem, tuam misericordiam, taciti ac metu compressis vocibus implorant: aut per te nunc se libertatem consecuturos, aut perpetuis durissimae servitutis miseriis damnatos intelligunt. Neque vero dubitant quin voluntati votisque tuis certissima sit victoria responsura. Ex fama enim ipsa, quae, quum quo velit peruadat nullis potest minis terreri, nullo proposito metu aut poena coerceri, satis iam cognoscunt, te, virtute, authoritate, foelicitate, bellicis atque imperatoriis artibus, non solum aequalibus tuis omnibus anteponendum, sed cum prestantissimis maximis superiorum aetatum Imperatoribus comparandum: illo vero cui nunc serviunt impio atque impotente domino, adiunctis praesertim ad opes tuas sociorum auxiliis, classium, commeatuum apparatu, copiarum etiam magnitudine, minime inferiorem, robore vero longo intervallo superiorem futurum intelligunt, Quamobrem si eorum aliquando locorum vel extremas oras ac littora attigeris, continere se non poterunt, quin se ultro ad te cum Coniugibus ac liberis effundant. Atque haec Caesar populorum tibi ratio nomen tuum immortalitati consecrabit. Sed non his tamen est finibus gloria tua circumscripta. Speramus enim Cel quae

potest esse de tam excellenti virtute tua, tantaque apud summum
Deum gratia vana hominum expectatio? aut quae non est tam mul:
tis ac minime inter se discrepantibus vatum responsis fides ha:
benda) Te inquam speramus universae Europae imperiis consti:
tutis, in Asiam fugientium ac fusorum hostium reliquias perse:
cuturum. Ac multi iam tempus illud cogitatione complectuntur,
quo Hierosolymam ingressus Sanctissimum illud monumentum
venerabundus osculabere, in quo membra sua condi voluit, qui
per mortem suam ad aeternam vitam nobis aditum patefecit.
Atque inde in Italiam cum victoria et triumpho reversus, in hu:
ius sanctissimi Patris conspectu, pro tam ingentibus ac tam feli:
citer gestis rebus deo nuncupata vota persolves. Qua te hic
ipse Pontifex maximus, qui nunc vere ac solide gloriae iter in:
gredientem, tanto te amore et charitate prosequitur, gratulati:
one excipiet? quos tibi et quam prope divinos honores decernet?
Quis vero ex hac augustissima sacrosanctorum hominum et
Illustrium Principum Corona cum te intuebitur, non innume:
rabiles victorias tuas atque incredibiles prope maximarum re:
rum eventus obstupescet? Quis gaudii tibi sui certissima signa
non voce solum ac plausibus, sed ipsis etiam prae gaudio effusis
lachrymis non impertietur? O expectati temporis foelicitas, o
beati qui maximis periculis ac malis defuncti, ad hodiernae sunt
pacis laetitiam reservati. Quanto vero beatiores, qui ea bonorum
summa quam haec ipsa confecerit pax perfruentur. Sed quo:
niam hic hodiernus dies, et imminentes calamitates depulit,
et ad optimam nos in posterum spem erexit: Deo optimo Max.
primum a cuius est numine ac benignitate pax profecta: dein:
de summis reipublicae Principibus qui e coelo precibus evo:
catam, ac suis conceptam divinitus animis, tam liberaliter
cum caeteris communicarunt, ea quam oratione consequi pos:
sumus grati animi pietate, sunt gratiae nobis agendae. Agnos:
cimus Iesu Christe summi Patris fili, tuam in populum tuum cleme:
tiam, et adoramus. Tu proprio primum nutu atque immensa ductus
benignitate, almae deinde tuae parentis, reliquorumque coelitum de:
precationibus exoratus, in difficillimis atque angustissimis tempo:
ribus pestem a nobis ac perniciem depulisti. Tu saevi et immanis ho:
stis accensas in fana tua ac tecta nostra faces extinxisti. Tua denique
mentis serenitas diuturni erroris nostri caliginem dispulit ac

dissipauit. Tibi vero Clemens Pontifex maxime quas, vniuersa
Christi respublica, fidei ac pietati tuę credita ac comissa, gratias
habeat? cuius semper animus pacis studio atque amore flagrauit:
qui dum per maximas rerum ac temporum difficultates mente fi-
deque optima ad pacem contendis, vitam tuam deuoueris, atque in
certissima pericula caput conieceris. Tua certe nos prudentia, tu-
um ipsius altissimique mentis consilium: tua animorum pertractan-
dorum peritia: tua denique tolerantia ac patientia hodiernę nos
pacis compotes fecit. Valuerunt illę repetitę toties supplicationes
tuę: vota concepta ac nuncupata, caste ac pię susceptę precati-
ones: effusę toties, quarum iste arcę ac sanctissimi foci testes sunt,
pacis desiderio lachrymę valuerunt. Tuam vero Caesar, Impe-
rator omnium optime, atque inuictissime, magis ne animi magni-
tudinem, bonitatem ac mansuetudinem prędicemus? an vero pie-
tatem admiremur? Tu quidem propensam semper ad pacem et
concordiam voluntatem prę te tulisti. Tuus vero iste magni et
excelsi animi vigor turbulentissimis temporibus, nulli, neque
homini neque animi perturbationi, neque fortunę succubuit. Ac
cum multa grauissimis potentum inimicorum iniuriis lacessitus
iusta ac necessaria etiam bella susceperis, et summa celeritate con-
feceris: eas, quas tibi victrix prope ipsa veritas et causę tuę
ęquitas detulere victorias quod sine magna Christiani populi ia-
ctura contingere non potuerunt, tristes ac luctuosas putasti:
neque id vultu tantum ac verbis, sed lachrymis etiam et
obsoleto vestitu testificatus. Tu maxima regna: tu vitam ipsam
iis hominibus quos tuę potestati victoria subiecerat condona-
sti. Atque eorum existimasti bellorum, bellandique cupiditatem non
armis et imperio comprimendam, sed liberalitate et animi mo-
deratione restinguendam. Vbi vero prima pacis emicuit spes,
eius tu spei quasi scintillam non legationibus tantum et cohorta-
tionibus, sed tui etiam aduentus celeritate inflammasti. Atque
hęc quidem inusitatę ac omnibus sęculis inauditę magnitudinis
ac lenitatis documenta fuerunt. At tuę vero pietatis laudem
quis iam potest cumulus accedere: Tu cum ouans in hanc floren-
tissimam vrbem cum ingenti omnium plausu et exultatione intras-
ses, hunc Sanctissimum patrem, qui te iure ac merito ardentissime
amat, ad eius pedes prostratus adorasti: Christi legatum, ac tu-
um, ac totius reipublicę parentem grauissima et auctoritatis plenissima

oratione agnouisti: ac deinde ad eum ornandum et honestandum
non voluntatem solum, sed tuas etiam opes contulisti: ac ut uni:
uersi hodierna pace frueremur, ad ipsius studia et authoritatem,
curam, vigilias, laborem, omnem denique animi contencionem ad:
iunxisti. Magnas tu Caesar quidem ante hoc tempus es adep:
tus victorias: maiores et clariores ac tibi etiam ipsi optabiliores
à deo promissas ac paratas intelligimus, ac vigebunt illę quidē
multorum sęculorum memoria: sed mihi crede, mansuetudinis,
clementię, pietatis, ęquitatis tuę famam, ad ęternitatem, quā:
tum in se fuerit, omnis posteritas propagabit, Quodsi (quod
futurum minime dubitamus) ad pacem tuendam, conseruandā,
amplificandam consilia opesque tuae cum Summi Pontificis authorita:
te ac dignitate perpetuo consenserint, facile iudicare potes, quā:
tam sis ex conseruata pace gloriam consecuturus, cui tanta ho:
die ex parta, quantū expectare et excipere potuisti, ab uniuer:
sa republica facta sit gratulatio

Stefanus Brodericus Eps Sirmiensis
Petro Tomicio epo Crac R.P. Vicecancell°
Chrofero Schidlowicio Castell° et Capit°
Cracouiensi Regni Poloniae Cancellario
Corzinen Gostinen Sochaczewien Capit°

RME et Illris ac Magce, domini domini mihi colenmm Seruiciorum
meorum commendacionem. Perueni huc Venetias per mille
discrimina viarum, sexta huius Mensis Januarii, quinto et
quinquagesimo die quam ex Buda discesseram corpore satis in:
ualido, Nam per viam dolor me pedis sinistri vehementissime
inuaserat, postea superuenit et brachii dextri dolor.

Hic reperi confederationem Venetorum cum Pontifice, Coesare
Sermo Rege Bohemiae, Duce Mediolani esse publicatam
ita tamen vt Venetis liceat etiam inimicis istorum amicos
esse, prout Sermo Regi meo veram amicitiam ostenderunt
et ostendunt in isto foedere, Dux Mediolani restituitur in
statum, cum iijc milium duc solucione, Pontifici et Coesari
restituuntur et restitute sunt iam Vrbes per Venetos alias
occupate, cum ic milium duc in diuersis terminis, Res Ducis
Ferrarien super Mutina, et Regio, et Florentinorum adhuc pen:
dent, Florentini adhuc viriliter se defendunt speratur inter
hos quoque concordia, Pontifex et Coesar Bononiae adhuc sunt
breui inde Senas ituri, ex Senis Romam, ad Coesaris Co:
ronationem, qui in Dominica Letare si deus voluerit Co:
ronabitur. Nunc Coesar laborat febricula ex Cataro co:
tracta. Veneti ad Pontificem et Coesarem miserunt in:
signem legacionem. Christianissimus Rex Franciae venie:
bat Lugdunum, dies reddendis eius filiis statuta est .4.
Marcii. ego hinc expeditis negociis Venetiis, vado in Fra:
ciam rediturus inde omnino ad medium Aprilis, et per eu
mensem ac sequentem auxilio dei daturus hic vel Patauii
operam valetudini, neque autem nunc scio V. Dnes aliud scribere

et ad aliud eas hortari q3 ad quod sum eas Buda discedens hortatus. Illud solum est et vnicum, quod videtur esse facien:dum omnino

Me et seruicia mea in gram̄ V. D. humiliter commendo que foelicissime valeant. Dat Venecijs vltima Januarii Anno domini M° . D° XXX°

Cupio et suplico commendari seruicia mea isti Mti Regie et item Rli dominis nostris clementissimis

Scriptis hijs intellexi mutatam esse rationem consilii Caesaris Coronandi, idq3 ob eam causam q Caesar acceperit. Si coro:naretur, mox Principes GERmanie creatur alium Re:gem Romanorum pro suo arbitrio

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis militum Ferdinandi regis Vngarie et Bohemie

GEnerosi et Nobiles nobis grate dilecti. Cum sub:diti nri Tredecim Ciuitatum, terre nre Scepusien per suos Nunctios nobis significassent q magnis quibusdam grauaminibus damnis et iniuriis per vos essent affecti, et bona quorundam ex his, quasi hostium, inuasa essent et direc:pta, Nos istius facti causam et seriem ignorantes, misera:mus istuc ad vos Aulicum nostrum Klaiski, ad disqui:rendam huius inuasionis causam, mentemq3 nostram vobis in eo euentu personaliter declarandam, Qui rediens, retu:lit nobis, vos ita se obtulisse ac spopondisse, vt pro debitis et damnis, eisdem subditis nris, preter omnem eorum cul:pam aut excessum illatis congrua satisfactio per vos im:pendi deberet, et racionem vre excusationis, dixit eam

vos pretexuisse, quod quendam Capitaneum Regis Joannis, cum sua
cohorte, ad se venire permisissent. Cum autem vos iam mi:
nime preterit, nos ita subditis meis precepisse, ne in alterutram
partem aliquid tentarent, pacemque et quietem retinerent, Et
proinde, cum non fuit illis integrum, predictum Capitaneum
et eius milites, ex improuiso et inopinato ad eos penetrantes im:
paratos et inermes vi a se repellere sicut et Joannem Co:
czianer cum aliquantisper apud illos antea fuerit et inde
aliquot Castra Serenissimi domini Ferdinandi Hungarie et Bohe:
mie Regis expugnauerit hoc facere minime prohibuerunt
neutralitatem seruantes, licet illis ipse etiam plurima damna
intulerit maxime vero quia nos ipsi nullam causam eidem
bello prestitimus sed equanimiter nos erga vtramque partem
pro mutua nostra necessitudine que citra vtroque intercessit ges:
serimus et hactenus gerimus, vos iterum requirimus et hor:
tamur vt subditis meis predictis pro damnis eis indebite irro:
gatis debitam satisfactionem iuxta promissionem et oblationem
vestram, omnino impendatis, id enim iusticie et bone vicinitatis
racio, vestraque militaris virtus exposcit, nisi aliter feceritis
ansam prebere videamini nobis Jura necessitudinis et bone
vicinitatis seruantibus, aliquem alium modum ad repetenda
ea ipsa damna amplectendi. Datum Cracouie die penultima
Februarii Anno domini M° . D° XXX°

Sigismundus primus Rex Polo[nie]
Judici et iuratis totiq[ue] comunitati Ciui:
tatis Leutczeuiensis

F

Amati nobis grate dilecti, Grauem expostulationem coram nobis fecerunt, Cives et subditi n[ost]ri Tredecim Ciuitatum Ca: pitaneatus n[ost]ri Scepusien[sis] q[uod] non permitteretis, aliquem istac ex Hungaria et Polonia ad eos transire, nec ullas res, aut commeatum vel merces ducere, sed neq[ue] ulterius eos in Hun: gariam progredi et negociationes eorum agere secundum an: tiquam et semper alias d[iu] observatam consuetudinem in gra: uamen et preiudicium ipsorum non mediocre quandam su: perioritatem vos habere in illos pretendentes, Cum autem ipsi Cives predicti subditi n[ost]ri sint, et non alium q[uam] nos ip[su]m superiorem et dominum suum ubi iure et merito debent recognoscunt, hortamur vos, ut, si ita sit, deinceps ab hac prohibitione profectionis et commeandi ad illos, omnino temperetis que plurimum iuribus bone vicinitatis adversa: tur atq[ue] repugnat nec aliqua alia damna aut iniurias eis inferatis alioquin si hanc n[ost]re exhortacionis racionem ac: ceptare nolueritis, nos animum nostrum ad aliud consil[iu]m referemus, subditisq[ue] n[ost]ris ne ulla mercimonia aut negoci: ationes vobiscum exerceant, vobisq[ue] iter ad regnum et do: minia n[ost]ra inhibebimus, verum quantum n[ost]ra refert o[mn]ibus in rebus cum Ser[enissi]mo domino Rege Ferdinando, et eius M[aies]t[at]is subditis semper et ubiq[ue] bonam vicinitatem et pacem reti: nere mallemus Dat[um] Cracouie die penultima Februarii Anno domini M° . D. XXX°

Legatio a Ioanne rege Vngarie ad Sigismundum primum regem Pol data Jacobo Secignewski oratori ac nuncio eiusdem regis Joannis.

Navka dana od Naiasnieißego Kxiazaczia i pana, pana Januscha Crola Vegierskiego etc. Wielmoznemv Jacubowi Seczig: niewskiemv Starosscie i Radzie ie° Crolewskiei M.ci a Ora: torowi do Naiasnieischego, Kxiazacia i Pana, pana Sig: muntha Crola Polskiego etc.

Naprzod powie od ie° M.ci Crola Vegierskie°, Crolowi Pol: skiemv iego M.ci pozdrowienie, ktore Crolowi Vegierskie° iest barzo mile iako swe wlasne i swego oicza namilschego

Pothym bedziesie radowal Crolewi Polskiemv isch Sin ie° M.ci podwisson iest na wielkie Kxiasthwo Litewskie

Pothmi powie przicziny, ktoremi nawieczei Czessarz Thvreczki pobvdzon, vmislil abi ze wschitka swa mocza do tich stron przischedl, ale pierwscha i nawiatscha przicina bedzie powie: dal, isch listi i Ferdinanda, Crola, y Cessarza Carolusa barzo chelpliwimi iest pobvdzon kv poruschenv tei walki wtich to stronach, ktorimi listi grozili sie wziacz Bialogrod i insche Zamki, Czessarzowi Thvreckiemv, i walka snim stoczic czos to zlistow ich mozebic porozvmiana, Bo gdi Czessarz Tvreczki to porozvmial, mial vsiebie, takiego i tak Kxiazaczia i pa: na mocznego za rzec niegodna, abi niepotlumil, tak podniesio: nego a chelpliwego vmislv przerzeczonego Crola Ferdinanda i Carolussa Czessarza, a wnet swoi vmisl obroczil naprzod kv posiedzieniv Crolestwa VEgerskiego, potim kv zwalczeniv onei czasczi Niemieckich ziem, ktora bi bila Stolczem tich tak

pischnich Kxiązath, ktore on chcział pierwei vprzedzić, mislibi odnich bil vprzedzon, ktore to rzeczi gdi porozumiał iego M[c] Crol Vęgierski a vsiebie rozwazaiac, iako wielie złego bisię stalo, bi wssitka ziemia Vęgierska miala zaginacz posłal do Czessa: rza Tureczkiego swego Oratora prosciac abi iemu ziemię Vęgierską zupelna a nieskazona racził dac, i pothim drugi: ras, gdi iusch Czessarz Tureczki wssetl wziemią Vęgierską nielęknil się iego M[c] Crol Vęgierski, wswei personie, mię: krom wielkiei przewaznosci ziwota swego ku Czesarskiemu Maiestatowi przistapić, gdziesch to iako sczesliwie wssitkie rzeczi postanowil iego Crolewska M[c] zonim namocznieischim Czessarzem, sama rzec iasnię okazala, abowiem i kroliestwo swe Vęgierskie od zatraczenia wibawil i stak mocznego a barzo niezwiczjazonego nieprziiaciela, przijaciela tak las: kawego sobie nabil, isch lesch sprzisięga obieczal się zawsche bic obroncza ie[o] Crolewskiei M[ci] naprzeciwo wschitkiem nieprziiaczielom ktoregosbikolwiek stanu bili, czosch to więc dosic iasnię okazal, w Austrigi czo i wginschich ziemiach vczinic chczial, bibil prozbami iego Crolewskiei Milosci nie: bil odwiedzion, maiac tesch lutosc nad tim vpadem Austrigei ktorego vpadu przyczina nikomu inemu niabic przipisana, ieno Ferdmandowi, ktori drugi ras powtorzonimi listhi Cze: ssarza gdi bil niedalieko Austrigei ku walcze pobudzal obieczuiac sie naprzeciwo iemu wiechac i walka snim stoczic, ktorei rzeczi iako czisćie dokazal wschistek swiath rozumię, a zwlascza oni ktorich tak wielie tisiączi wzię: czi sa wwieczne niewolstwo, aczkolwiek Budzinia niew: zial ku ktoremu zadnich strzelb nieprzipusczal, niezkac abi bil mial chczieć dobiwac, a wschakosch tak wielie skod wonei stronie poczinil iako sam chczial a snac liepiei bilo abi bil Vieden straczon, abowiem tak Czessarz swim gniewem bilbi nasiczon atesch niemialbi prziczini drugi ras sie wra: czać. Teras iako on iest wielmoznego vmislu a niebesprzi: czini gdi iest tak mocznim panem, trzeba się bac abi tego znowu

zwięczschem vpadem Chrzescziianstwa niepokusil, zwlascza gdi
Ferdmand maiącz swe rzeczi tak nakazone niechcze przestac abi
niewagabal iego M^ci Crola Vegierskiego i iego Crolestwa
a Czessarz nigdi nieopusci iego Crolewskiei Milosci, a iego
tesch Crolewska M^c raczei bi zywoth straczil, nisli Crolestwo
Vegierskie, bi tesch okoliczne ziemie miali iakie schkodi a
vpadi podiane.

Nad to bedzie powiedal tento Orator isch Czessarz wraczaiac
sie od Viednia rozmawial s Crolem o naiasnieischim panie
Crolu Polskim, i pital ieslibi insch dotich miast dal nieiaka
pomoc iego Crolewskiei M^ci, iako Orator iego M^ci ktori po:
koi do piaczi lath vprosil iego M^ci imieniem pod przisiega obie:
czowal Czessarzowi, izbi to mial vczinic naiasnieischi pan ie^o M^c
Crol Polski; Jego Mc Crol Vegierski czo inego mial odpowie:
dziec, ieno to czo bilo, isch od nikogo zadnei pomoczi niemial.
Czessarz prosil i pod straczeniem przyiazni poruczil Crolowi Ve:
gierskiemu, abi iego M^ci naiasnieischego Crola Polskiego o
wspomozenie zadal a napominal, ktore wspomozenie Crol
Polski przes Oratora swego obieczal dac przed Czessarzem
A czobikolwiek Crol Polski Crolowi Vegierskiemu wtei
rzeczi odpowiedzial, abi to Crol Vegierski Czessarzowi
wetrzech miesiaczach dal znac, ieslibi tesch Crolowi nich
przes ten czas nieodpowiedzial iego Mc Crol Polski tedi to
isch nic nieodpowiedzial mussi iego M^c wskazac Czessarzowi
dlia tego Crol ie^o M^c wedlug radi Czessarskiei petit od :prosy:
naiasnieischego pana Crola Polskiego, insch czestokroc prosso:
nego wspomozenia, abi tesch iego M^c wtei rzeczi mogl miec
richla odpowiedziec, abi wtim czasie zamierzonim iego Cro:
lewska M^c mogl dosic vczinic zadaniu Czessarskiemu, czo
owszeiki vczinic musi ie^o Crolewska M^c, chocia przyidzie
abo nieprzyidzie odpowiedzenie od iego M^ci Crola Polskiego
wktorei rzeczi Crol ie^o M^c niewatpi, isch od ie^o M^ci Crola
Polskiego taka bedzie mial odpowiedz ktora i Czesarzovi i ie^o M^ci
Crolewskiei bedzie wdzieczna

Porozumial tesch ie° Crolewska M^c isch naiasnieischi pan Crol Polski skarzi na iego milosci Oratora, pana Laskiego isch zadal przimierza v Czessarza dla naiasnieischego pana Crola Pols: kiego, dlia tego pan Orator ma powiedziec. n. P. Crolewi Polskiemu, isch pan Laski nie sam ssiebie nesprawowal, alie Crol Vegierski iego M^c dla tei milosczi ktora iest sklonion ku naiasnieissemu panu Crolewi Polskiemu, poruczil bil panu Laskiemu swemu Oratorowi abi iego jmieniem a nieimieniem Crola Polskiego, zalieczil rzeczi Crolestwa Polskiego Czessa: rzowi aizbi to wssystko sprawowal dla Crolestwa Polskiego czobikolwiek mogl i powinien bil. vczinic dlia iego M^ci Crola swego. A iesli ti rzeczi ktore pan Laski sprawil dla Crolestwa podobaia sie naiasnieissemu panu Crolewi Pol: skiemu tedi Crol iego M^c wdzieczne to przimuie, iesliby wiacz inaczei bilo tedi pan Orator wschistkimi obiczaimi ma pilnowac, abi mogl vprosic a otrzimac listhi od naiasnieisse° pana Crola Polskiego do Crola iego M^ci abi iego M^c wssitko to mogl zrzuczic a odwolac bo nie ie° M^ci laczwei niebedzie iako to odwolac kazac v Czessarza,

Ieslibi pan Orator porozumial naiasnieissego pana Crola Polskie° abo kogoskolwiek ginego zebisie skarzil o listi pana Ludowica Gritti, tedi pan Orator ma powiedziec isch pan Gritti iesth sluzebnik Czessarski a to czo pissal, pissal zroskazania Czessar: skiego krom wschego walpienia.

Ma tesch przelozic pan Orator przed naiasnieischim panem Cro: lem Polskiem, isch Polaczi ktorzi sa wsluzbie Crola iego M^ci wielgie czierpia krziwdi w Polsze, ktore krziwdi iego Cro: lewska milosc ma ie za wlasne, a nierozumie iego Croliew: ska M^c abi kiedi ssiebie dal przicziny, ktore iss sluzebniczi

iego M.ci takie krziwdi czierpia w Polscze. Dla tego iego Crolewska M.c prosi naiasnieischego pana Crola Polskiego abi nie dopusczil draczic swich slużebnikow, alie maiac wzgliad na iego M.t abi ie raczil laska swa ogarniawac ti ktorzi sa na sluzbie iego Crolewskiei Milosci

Nadtobedzie skarzil Orator przed naiasnieischem panem Crolem Polskiem przed Rada i przed Posli isch Crol iego Milosc Vegierski miasto wspomozenia powinnego wedlug przimierzow mial od naiasnieischego pana Crola Polskiego wschistko prze: nagabanie tak wprzepusczeniu poddanich iego M.ci Crola Polskiego na sluzbe iego M.ci Crola Vegierskiego czos to Crol Vegierski pewnie wirozumial z listow Crola Polskiego, kto: rimi listi Crol Polski, Starosti i Vrzedniki swe z grozbami napominal abi wedlug vchwali a decretu Crola Polskiego i wschitkiei radi na Seimie Piotrkowskim Polakom niedo: pusczili sluzic w Vegrzech, abi tesz ti Polaki ktorzibi do Ve: gier chczieli wschistkiemi obiczaimi, tesch mocza zabamo: wali, tesch ktemu abi przes Crolestwo Polskie niedopusczali do Vegier przechodzic riczerstwa niemieczkiego. Tu wiec dlia tich przyczin naiasnieischi pan Crol Vegierski barzo sie dziwuie stak vprzeimego swego wzgardzenia, isch iest za: to mniman iakobi bil niegodnim riczerstwa Polskiego, ktore to riczerstwo Polskie nietilko naschei pamieczi, alie dalie: kich przed tmi czassow, wtim, ystego Crolestwa Vegierskiego, panstw, bogacztw, czci, y inschich rzeczi dostapowalo, a dla tich przyczin przerzeczonich Crol Vegierski iego M.t wielgie omie: skanie iskodi mial wswich rzeczach, a gdi poznal issie tak zlie mial wpolscze, skad zadnego riczerstwa niegodzilo mu sie miecz, wielga potrzeba przipadzoni poslal pana Laskiego i insche swe Starosti do niemiec abi tam mogli niektorich pomoczi nabic ktori to pan Laski i inschi Starostowie gdi zwolia i zwielkim nakladem Crolewskim kilko thisiancz

ludu Niemieczkiego ziednali a popisali a im drogę vkazali abi przes Polske niegromada ani huffem alie rozlicznie i tedi iowedi do Vegierski, tedi Starostowie Crolestwa Polskiego i inschi Vrzedniczi na wielie miesc niedopuscili ym przescia, atak snich niektorzi musieli sie wrocziç a nie: ktore pogimali, a dla tego drugie rizerstwo slisszac to, na zad sie wrocili, Crol tesch Vegierski iego Mc widawschi wielie thissieczi zlotich przes wssitko liato asch do tego za: ssu, czudzoziemskiego a potrzebnego wspomozenia niemial owschem ziwielkim vpadem Stanu swego Croliewskiego i rzeczi swich, A dla tego iego Mc Crol Vegierski prosi abi ten Decret i o Polskim i o Niemieczkim Riczerstwie niebil wieczei wazon v iego Mci Crola Vegierskiego i v iego Rad i poddanich wschistkich abi panom Polakom bilo wolno iez do Vegier, a takiesch abi Niemczowie mo: gli miech wolne przescie przes Polske.

Na ostatek bedzie zalieczal Orator szprziasliwa a chetliwa chuc Crola Vegierskiego iego Mci ku mocznemu a zupel: nemu przijaczielstwu skrolem Polskim iego milosczia kto: re malo przijacielstwa ze strony Crola Polskiego choczia przes ten czas niedosic sie stawalo, tak izbi tesch Crol Vegierski czego inego nisli przijacielstwa sprawiedliwie mogl schukac A wschakosch Crol Polski poznawschi dobrze skromnosc a czierpliwosc Crola Vegierskiego abi bil powinnieischi ku spelnieniu tego czo omieskal chczialbigo Crol Vegierski tak milowac iako oicza a iemu i sinowi iego wielkiemu Kxiazeczu Litewskiemu i ktemu wschistkiemu iego Cro: lestwu obieczuie sie bic dobrim a pozitecznim Sasiadem.

Prosi tesch Crol Vegierski abi iego Mc Crol Polski pana Laskiego mial vsiebie zalieczonego. Tu powie Orator czo zost Croliewskich iest mu poruczono ku zalieczeniu pana Laskiego

Tho tesch iest potrzebno abi Orator wschistka pilnoscia imie: niem iego Mci Crola Vegierskiego odpowiecz napisana pod: pisana i zapieczetowana otrzimal od Crola Polskiego abi ta odpowiec mogla bic poslana Czessarzowi Tureczkiemu we: dlug iego prozbi i zadania

Item dominus Orator nomine Mtis Regie commendabit Se: renissimo Regi Polonie Illustrissimam virginem Heduigim Reginulam Polonie

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Iudici et Iuratis Ciuitatis Bartwa

FAmati domini et amici nostri dilecti. Reddite sunt nobis litere vre quibus causam in qua estis cum domino Marschalco Regni Polonie impliciti nobis commendatis, Cuius quidem cause sicuti vos tenere rationem nos non dubitatis, ita vi: cissim nos nihil dubitamus posse uobis esse ex Nunctiis vris cognitum, quantum nos diligentie et opere proxime acta as: tate impenderimus, vt nos ex controuersia et dissidiis animorum eductos ad concordiam rursus et Christianam charitatem cum domino Marschalco reducere potuissemus Verum quia tum vt nos cupiebamus perfici hoc negotium non potuit, Nunc iterum vt vos optatis quantum in no: bis erit, dabimus operam diligentem vt cum ipso domino Marschalco in gratiam redeatis, vtque pro more et instituto veteri vltro citroque commeare et vicinitatis Commertia in Regno hoc Polonie libere exercere possitis, vos modo in hac re diligentiam et facilitatem vram vbi opportebit acco: modetis bene valeatis sitisque felices omnes Dat

Mag^ce domine et amice char^me. Cum allatum huc ad nos esset de morte uxoris M. V^re, egro et molesto admodum aio casum illius tulimus cum propterea quod neptis fuerat Generosi domini Boner defuncti et Soror eius qui nunc est superstes optimorum amicorum nrorum, tum etiam propter Mag^ciam v^ram cui illam charam et dilectam esse sciebamus, in quo quidem dolore tametsi consolanda nunc nobis veniret Mag^cia V^ra pro humanitatis et beniuolentie v^re officio quia tu et ipsi nos ex morte iucundissimi fratris nri in graui luctu constituti consolatione egeamus silentio preterire magis volumus quam ab hoc quo ipsi laboramus, alterum dehortari debeamus Verum quia nos ipsi hanc rationem nobis potissimam consolationem deligimus qua capimus et cognoscimus vanum in his esse dolorem que nulla hominu consilio deuitari possunt, hanc etiam rationem leuandi meroris amplecti vellemus Mag^cia v^ram ut scilicet illa id quod in uxorem illius statuere diuine Meti collibuit ad solam eius voluntatem et arbitrium sine molestia deferret, Nam ista est omnibus nobis lex etiam inuitis subeunda

Ceterum quia mortua uxore Mag^cie v^re dominus Seuerinus Boner amicus nr scit ex Iure et pactorum obligatione pecuniam et res omnes dotales Sororis sue ad se et fratres suos pertinere, rogauit nos ut Mag^ciam v^ram pro amicitia que nobis cum illa intercedit hortaremur et rogaremus ut illi omnia sine controuersia restituat, Nos vero tametsi non dubitamus Mag^ciam v^ram pro virtute et officio suo Iuri comuni et pactis initis non esse aduersaturam ne tu

Franciscus de Frangepanibus Archieps Colocen
Petro Tomiczki epo R Polonie Vicecancellario
Chrfero de Sridlovec Castello et Capito Crac
Regni Polo Cancello, Corczmen. Gostinensi
Sochaczeuien Capito

R

RME ac Spectabilis et Mgce domini, domini et amici colenmi
Salutem et amicabilium obsequiorum solitam commendatione.
Dum nuper transactis diebus ageremus in Dieta per Mtem
Regiam celebrata, Allate sunt ex Posonio lre ad Rmum
dominum Strigomien alteré, altere autem ad me, que in se co:
tinebant transumptum cuiusdam Bulle Sumi Pontificis, in
qua sua Stas excommunicat Principem meum cum omnibus
sequacibus suis, que transumpta ostendimus Mti sue, qui vt
Princeps plusqz Catholicus non fractus aut mutatus hac in:
signi iniuria satis modeste, (mea quidem sententia) ad
suam Stem scripsit, in sui excusationem, et vt videtur fal:
sas calumnias vera responsione confutando. Prouocauit ad
Sedem Apostolicam, et ad Summum Pontificem segregatum à
passionibus animum perturbantibus, Indutum autem equita:
te et iusticia, alioquin ad futurum Concilium in Spiritusan:
cto congregandum. Prouocationem non fuit visum mittere
V. Dbus paria tamen literarum Pontifici missarum mitto eisqz
ptibus inclusa, non dubitans id gratum esse V. Dbus non om:
mittens facetiam que contigit in hac materia. Dum enim
Mtas Regia consuleret in hoc negocio quid facto opus esset
quidam ex meis grauius hec accipien quedam in Pontificem
iaciebat, tace iniquam, alter ad eum, non vides inquit, tu Po:
tificem omnes vias tentare, vt possit Rex nr Regnare et
vindicare eum de inimicis suis primo iniquam tentauit viam
Benedictionem scribendo tociens Apostolicam Benedictione

quam vt vidit non procedere iam tentat viam maledictionis
que proculdubio et Regi meo et omnibus nobis melius succedit. nonne
melius tibi videtur Bude respondere ad malediciones quam in
Tharnow suspirare legendo et audiendo Apostolicas illas Bene:
dictiones Cum et hoc aduertas tantam esse elacionem Regis
Ferdinandi, vt nunquam humiliasset se ad petendum hunc gladium
Spiritualem ad eiciendum Regem nostrum si corporali succede:
rent sibi ad votum res. ego domini mi cum hec audiui licet sub:
riserim in apparencia exteriori, tamen vehementer ingemui.
cum vidi ita iocose interpretari facta Pontificis. cognoui enim
futurum esse, vt hic gladius aut debebit vibrari raro et iuste
aut ita contemnetur vt eodem prorsus vultu excipiantur et
Benedictiones et malediciones. Et quia nollem tediosus esse V.
D. conclude scripta mea illis verbis quibus sepe vsus sum
scribendo ad easdem, Laboretis apud Serenissimum Regem vestrum
et meum Polonie, vt pax conficiatur inter hos duos affines Re:
ges. quia omnia alia que fiunt nihil sunt, sine pace autem pe:
ribimus, et nos, et vos, et omnes vicini nostri. Et cum hiis
me commendo V. D. et cupio comendari seruicia mea Maiestati
Regie vti domino meo clementissimo. Commendo item D.
V. negocia domini cuiusdam Iacobi Tornali que habet cum he:
redibus Michaelis Spiss, que vt video, si D. nostre V. non appo:
nent manum post diem Iudicii terminabuntur. Bude vige:
sima nona Marcii Anno domini M°. D. XXX°.

Excommunicatio in Ioannem Comitem de Zapola / Qui se Regem Vngarie nominat, publicata per Italia Germaniam Vngariam Bohemiam.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Noverint vniuersi et singuli presentes literas, siue hoc presens publicum transsumpti instrumentum inspecturi, pariter et audituri. Nos Vincentiu Pimpinellum, Dei et Apostolice Sedis gratia, Archiepiscopu Rossan. Apostolicum Nuncium, cum potestate legati de latere, certas litteras Sanctissimi in Chro patris et domini nri, domini Clementis, Diuina prouidencia Pape Septimi, eius vera Bulla Plumbea, in Cordula Serica, rubei croceique coloris appenden, more Romane Curie expeditas, nobis coram Notario et testibus infrascriptis exhibitas et presentatas. Ea, qua decuit reuerentia, recepisse. Quarum tenor de verbo ad uerbum sequitur et est talis

CLEMENS Epus Seruus Seruorum Dei. Vniuersis et singulis Christifidelibus, presentes literas inspecturis. Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum supremus coeli terreque moderator, in ea nos iustitie Sede locauerit, que tam ad bonorum tutelam quam ad improborum exitum, diuinitus est constituta: vt munus nobis demandatum, omni ex parte implere valeamus. Quemadmodum probos et religionis cultores ad virtutem ardentius exercendam, multiplici officiorum genere inuitamus, ita aduersus impios, et facinorosos, vltrici dextra insurgere, eosque coercere et mucrone presertim spirituali ferire impellimur, quo et ipi meritas pro criminibus poenas luant, et reliquis sint exemplo, ne quid tale aggredi, moliriue audeant. Sane quum nuper ad nostrum peruenisset auditum, iniquitatis filium Ioannem, olim Vaivodam Transsiluanie. Postquam nephandissimus Turcarum Tyrannus

superiori triennio cum validissimis copiis, Regnum Hunga:
rie, clare memorie, Ludouico Rege Hungarie, ac vniuer:
so eius exercitu profligato occupauerat, ac omnia diuina et
humana pessundederat, agris et Ciuitatibus vastatione, ce:
deque completis. Paucis vero diebus interiectis (mirum dictu)
seuissimus ille Tyrannus, nulla vi vrgente, nullaue necessitate
coactus, ope nimirum diuina, patrocinioque illius intemerate vir:
ginis, sub cuius tutela Regnum ipsum Hungarie semper est
habitum, vniuersam Pannoniam, nullo presidio relicto, vltro
sponteque dimiserat. Sed cum post eam cladem, et flebilem eius:
dem Regis Ludouici interitum, charissimus in Christo filius
noster Ferdinandus, ipso Pannonie Regno legittime potitus
esset, dicto Joanne Vaiwoda, qui illud variis artibus sibi vsur:
pare contendebat, coelesti permissu, eiecto et fugato: idem ma:
ligno spiritu agitatus, nulla salutis, aut honoris ratione
habita, ipsoque dei timore procul abiecto, sauciata mente ver:
sare coepit, vt per nefarium et inauditum scelus, Ferdinandum
ipsum in Regno iam adepto, et constituto extrudere, longissimeque
arcere posset, ausus rem, que vix in cuiusque Christiani hominis
animum cadere posse videbatur. Immanissimum enim Turcarum
Tyrannum, nihil fortasse tale cogitantem, inexcogitato suadendi
artificio, et mira quadam vafredine allexit, induxit, excita:
uit, inflammauit, vt rursus cum numerosissimo Exercitu
in Regnum Hungarie irrumperet, illudque cede et cruore
repletum, sibi vendicaret, spe scilicet inani et Sacrilega duc:
tus, futurum vt simul atque Turce victoria potiti essent,
Regnum ipsum sibi habendum, possidendum relinquerent, tan:
tis profecto tenebris, et mentis caligine obcecatus, vt non vi:
derit Tyrannum illum, qui omnem fidem et promissa proprio
commodo metitur, Hungariam domitam et subiugatam, nul:
lius alterius ditioni fuisse concessurum, sed eam firmissimis
munitam presidiis sibi soli duntaxat retenturum, atque inde
aditu, ad reliquam Europam patefacto, ceteras nationes po:
pulosque Christianos ex hac nefaria Joannis Comitis instigatione

in extremum periculum adducturum. Nos vero attendentes, quante sit perfidie et atrocitatis Turcarum rabiem, Christianum sanguinem tantopere sitientem, quasi cruentos et inexplebiles lupos, in Christianum ouile irritare, et tanquam manibus inducere. Qui etiam scimus, priscorum patrum sanctionibus cautum esse, Non licere aduersus fideles et Sacri fontis lauacro expiatos, quacunque occasione, infidelium opem et auxilium implorare, quum id presertim non in unius alteriusue perniciem, sed in Sacrosancte Ecclesie, et totius Christiane reipublice iacturam atque calamitatem redundare dinoscatur. Quod quum omnem immanitatem exuperet, vix nobis persuadere poteramus, ipsum Joannem Comitem, non modo Regni Hungarie adipiscendi, sed ne uniuersi quidem terrarum orbis lucrandi gratia velle suam animam eterno supplicio, perpetuisque inferorum cruciatibus mancipare, pro qua seruanda, et in coelestem patriam euehenda, nihil durum, nihil asperum, nihil acerbum in hac vita recusare aut formidare debemus. Quum vero de iis nullam certam exactamque noticiam haberemus. volentes in tam graui negotio mature procedere, Venerabili fratri Joanni Episcopo Albanensi, Senen. et dilectis filiis nostris Antonio, Tituli sancti Apollinaris, Presbitero sancti Seuerini, et Alexandro Sancte Marie in via lata, de Caesarinis Cardinalibus nuncupatis, viue vocis oraculo commisimus, vt an hec ita se haberent, solerter exquirere, planeque edocere vellent, et quicquid super his comperti, exploratique sibi esset, id in Consistorio nostro secreto referrent, receptisque et examinatis nonnullis testibus, medio iuramento, visisque per eos eorundem testium depositionibus. factaque coram nobis, in eodem Consistorio fideli relatione. ex ipsorum testium depositionibus, compertum esse affirmarunt, atque dilucide constitisse, ipsum Joannem, et quosdam alios, tanti facinoris conscios, ac participes, eundem Turcarum Tyrannum, ad Regnum Hungarie denuo inuadendum, deuastandum, et occupandum, suasionibus, exhortationibus, pollicitationibus, omnibus denique, quibus fieri poterit

instigationibus induxisse, attraxisse, atque inclinasse, idque non so:
lum verum, sed etiam notorium esse reperisse, Et propterea habi:
ta super his, cum Venerabilibus fratribus meis Sancte Ro:
mane Ecclesie Cardinalibus, deliberatione matura: De illo:
rum consilio, prefatum Ioannem Vaiwodam, ac omnes et sin:
gulos, quorum nomina et cognomina pro expressis habemus, Chris:
tifideles, qui eidem Turcarum Tyranno ad invadendum dictum
Regnum Hungarie, quomodolibet auxilium, consilium, vel fa:
vorem, directe vel indirecte publice vel occulte dederint et
eorum complices et adherentes, cuiuscumque status, gradus, ordi:
nis, et preeminentie fuit, et quacumque dignitate mundana, vel Ec:
clesiastica etiam Archiepiscopali, Episcopali, Ducali potestate
prefulgeant, Excommunicationis sententiam, ac alias censuras et
poenas, contra talia perpetrantes, à canonibus promulgatas in:
currisse declaramus. A quibus excommunicationis censuris, et poe:
nis huiusmodi, preterquam in mortis articulo constituti, et ab alio
quam a Romano Pontifice etiam pretextu cuiuslibet facultatis cuicumque
pro tempore desuper concesse, nequeant absolutionis beneficium
obtinere. ita ut si quem eorum tanquam in tali articulo constitutum,
absolui contigat, qui postmodum convaluerit, in eandem ex:
communicationis sententiam recidat eo ipso. Et ut premissa
omnibus innotescant. Universis et singulis Patriarchis, Ar:
chiepiscopis, Episcopis, Patriarchalium, Metropolitan. et aliarum
Cathedralium, et Collegiatarum Ecclesiarum, Prelatis, Ca:
pitulis, et personis aliis Ecclesiasticis, etiam quorumvis Or:
dinum, etiam Mendicantium, religiosis, exemptis et non exem:
ptis, per universum Orbem constitutis, mandamus. Quatenus
ipsi, et quilibet eorum, sub similibus censuris et penis, per eos
et singulares personas, eorundem Capitulorum, infra tres dies
quorum unum pro primo, alium pro secundo, reliquum pro ter:
tio, et peremptorio termino, canonica monitione premissa, assi:
gnamus non paruerint eo ipso incurrendis. eundem Ioannem
Vaiwodam, consultores, fautores, adherentes, complices, et
sequaces eiusdem, in eorum Ecclesiis, dominicis, et aliis festi:
uis diebus, dum maior inibi populi multitudo ad divina co:

uenerit, cum crucis vexillo, pulsatis campanis, et accensis can:
delis, ac demum extinctis, et in terram proiectis conculcatis, et
cum trina lapidum proiectione, ac aliis in talibus fieri consuetis, soli:
tis cerimoniis, excommunicatos, declaratos, ut prefertur, publice
denuncient, ac faciant, et mandent ab aliis nunciari, et ab om:
nibus arctius euitari donec à censuris, et poenis predictis ab:
solutionis et reconciliationis eorum gratia, à nobis et Sede
Apostolica meruerint obtinere. Excommunicamus quoque et ana:
thematizamus omnes, cuiuscumque Status, gradus, ordinis et
conditionis, fuerint, qui quo minus presentes litere nostre, vel
earum transsumpta copia seu exemplaria, in suis aut alicuius
Dominiis legi, affigi, aut publicari, ad omnium noticiam de:
duci possint, fecerint, vel procurauerint quoquo modo. Ecclesiis
quoque Monasteriis, Conuentibus, et aliis quibusuis sacris lo:
cis, in quibus denegatum fuerit, per eorum Prelatos et perso:
nas, literas ipsas publicare, omnia priuilegia, omnia indulta,
omnes gratias, quibus à dicta Sede decorantur, adimimus. Vo:
lentes illa pro non concessis haberi. Postremo quia difficile
foret, presentes literas ad singula loca deferri, in quibus
necessarium foret. Volumus et Apostolica auctoritate decer:
nimus, quod earum transsumpto, manu Notarii publici con:
fecto, et Sigillo alicuius Prelati Ecclesiastici munito, ubique
stetur, prout originalibus literis staretur, si essent exhibite
vel ostense, non obstantibus constitutionibus et ordinatio:
nibus Apostolicis contrariis quibuscumque, aut si excommunicatis
predictis vel quibusuis aliis communiter vel diuisim à Sede
dicta sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari
non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam et
expressam, de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentio:
nem. Datum Bononie, Anno incarnationis Dominice Mil:
lesimo Quingentesimo vicesimo nono, Undecimo Kalen. Ja:
nuarii. Pontificatus nostri Anno Septimo.

POST QVARVM quidem literarum Apostolicarum exhibitionem, et præsentationem, vt præmittitur factas. Nos Vincentius Pimpinellus Archiepiscopus præfatus, eas conspeximus contrectauimus, et examinauimus diligenter. Et quia illas sanas, integras, et illesas, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, immo omni prorsus vicio et suspicione carentes inuenimus. Iccirco easdem prætactas literas per Notarium publicum infrascriptum transsumi, et exemplari, ac in publicam et autenticam formam redigi necnon transsumptum huiusmodi cum ipsis literis originalibus, quarum copia præinserta est debite collationari fecimus atque mandauimus. Quibus omnibus et singulis, per nos et dictum Notarium publicum infrascriptum, rite et legittime factis et celebratis. Nos transsumpto huiusmodi nostram auctoritatem interposuimus, ac præsentibus interponimus pariter et Decretum. Volentes et eadem auctoritate mea decernen. quod præsenti transsumpto, seu publico transsumpti instrumento, vbicumque locorum ipsum exhiberi contigerit credatur, et integra fides, ac plenaria adhibeatur, ac talis et tanta qualis ipsis literis originalibus supraimsertis adhiberetur, si in medium producerentur in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum præsentes meas literas, siue hoc præsens publicum transsumpti instrumentum, subscribi et publicari, Sigillique mei Pontificalis iussimus et fecimus appressione communiri. Datum et actum in Ciuitate Pragensi, sub anno à Natiuitate domini Millesimo Quingentesimo, tricesimo. inditione secunda, die vero lune vltima Ianuarij. Pontificatus prælibati Sanctissimi domini mei Papæ, Anno septimo, præsentibus ibidem venerabilibus viris et dominis, Testibus, Reueren. Pré ac domino dnó Ioanne Fabri, Serenissimi Hungarie et Bohemie etc. Regis Consiliario etc. ac Paulo Macarello, ad præmissa vocatis et requisitis

Et ego Guilelmus Bosius, Clericus Cenomanen. publicus, Sa:
cra Apostolica auctoritate Notarius. præfati domini Archie:
piscopi Abbreuiator, quia dictis literarum Apostolicarum ori:
ginalium præsentationi, et exhibitioni, auscultationi, et collatio:
ciationi, transsumptiqz huiusmodi petitioni et decreto, omnibusqz
aliis et singulis præmissis, dum sic vt præmittitur per Reue:
ren. in Chro. Patrem, et dominum D. V. Pimpinellum,
Archiepiscopum Rossan. Apostolicum Nuncium et coram
eo fierent, et agerentur, vna cum prænominatis testibus præ:
sens interfui, eaqz sic fieri, vidi, et audiui, ideirco de eiusdem
Reuerendiss. domini Archiepiscopi Rossan. mandato, hoc
præsens publicum transsumpti instrumenti exinde confeci,
subscripsi, publicaui, et in hanc publicam formam redigi,
signoqz, nomine et cognomine meis solitis, et consuetis, vna cũ
eiusdem Reuerendiss. Rossan. Pontificalis Sigilli appres:
sione signaui, in fidem et testimonium omniũ et singulorũ
præmissorum, rogatus et requisitus

Joannes Rex Vngarie Dalmatie Croatie Clementi pape septimo

contra Censuras aduersum se a pp. promulgatas.

BEatissime Pater post filialem commendacionem assiduumque prosperitatis successuum et benignius de grege dominico et Ecclesiis Chri qui se redempcionem pro omnibus dedit senciendi voluntatem. Perlatum est ad aures meas fido referente testimonio Sanctitatem Vram in Aula Principis Ferdinandi Boemie Regis hostis et emuli mei et Regnorum meorum maxime infeste Bullam quandam Chro et Vicario eius prorsus indignam, probris conviciis contumeliis, Scandalis, et maledicencia vndique scatentem et refertam ministerio Nuncii sui Apostolici quem apud ipsum Ferdinandum habet contra formulam a Chro Salvatore nro nobis et omnibus orthodoxis praescriptam, in me et Regna mea Incolasque illorum veram et sinceram Christi fidem non sine multa sanguinis mei effusione hactenus professis, in publicum edi, et divulgari fecisse, meque et incolas eosdem dictis etiam per Censuras Ecclesiasticas devovisse, et a Capite nro Jesu Chro quod in eo erat resectos et extorres prorsus declarasse. Quod factum quantum mihi et omnibus Regnicolis meis attulerit admiracionis non facile dixerim. Miramur namque Pater Sancte quod cum Beatitudo vra asserat se a supremo coeli terreque moderatore in Sede iusticie collocatam esse, ita iusticiam sibi bene notam conculcando in contemptum illius, Cuius vices se fatetur in terris gerere, Tyrannidi aduersariorum meorum iniustissime subiecerit. Si enim Sanctitas vra partes agit aduersariorum meorum iam Sedem tantum iusticie obtinere dinoscitur, Iusticia prorsus vacuam, Si autem Sanctitas vra in illa Sede iusticie sedet vt Pater comunis omnium Regum praecipue non declinans ad dextram nec ad sinistram, neque personarum acceptator

esse, nec probris conuiciis et contumeliis quemq; Principum,
presertim quorum corda in manu dei sunt insectari et onerare
deberet. Cum enim cupiat Sanctitas vrã ab omnibus pie
et religiose coli ac venerari, religiose profecto et honorate
ipsa quoq; alios tractare et tenere deberet. Audio namq; me
per Sanctitatem vrãm filium iniquitatis tametsi falso et in:
iuriose talem appellatum fuisse, ommisso etiam per contem:
ptum vero titulo meo Regali sepius mihi à Sanctitate vrã
inscripto, Natus enim honestissimis (teste toto Septemtrione)
parentibus et legitimo Matrimonio in Regem absq; largitio:
ne assumptus Christiane et innocenter, quantum humana pati:
tur fragilitas viuendo, Nescio cur iniquitatis filius mere:
ar appellari, iniquitatem enim non aspexi in corde meo, vn:
de prouidendum solertius est Sti vrę, ne ille iustus moderator
omnium, Beatitudinem vrãm iustius in terribili eius iudi:
tio Villicum iniquitatis appellare et condemnare possit.
Nam quod in me agit Stas vrã, non est illud iudicare
orbem, dispensare bona domini sui, potestate vti Pontificia,
que in edificationem non in destructionem data est, in fa:
uorem sed vel potius timorem aliquorum, hominem Chris:
tianum innocentem non vocatum, non Citatum, non monitum,
inauditum, incognita causa, et non quemuis hominem (quod
vtiq; graue esset) sed Regem cum Regno optime de Chri:
stiana Republica merito, ab Ecclesie communione separa:
re, Neq; iste est modus corripiendi fris peccantis à Chro
institutus, non possum profecto non ingemiscere, cum Salua:
toris precepto pastor debeat tot oues deserere in deserto vt
vnam perditam recuperet. Vicarium eius tam facile tot
Regna à tot iam annis Chro e faucibus Diaboli recuperata
quantum in ipso est perdere velle, qualis obsecro Vicarius ille
est, qui operibus domini sui non concordat! Simon Petrus Prin:
ceps Apostolorum, Stis vrę predecessor multum laborauit
vt Cornelium Centurionem cum suis Chro lucrifaceret chari:
tate Chri eum ad hoc instigante: Stas autem vrã vt video non
vnam Centuriam sed pene infinitas videtur prona quantum

rem ipsa est à Chrō separare, videat S^tas v̄rā ne spargatur in
orbe S^tem v̄ram plurifacere aut Florentine aut Romane
urbis Imperium q3 oues Chri sue Cure creditas: quod Pas:
toris officium obsecro est hoc. vt S^tas v̄rā mihi hanc inau:
ditam à multis seculis inferat iniuriam! que causa subest
huic tanto flagello? Turcarum n̄q3 Principem potentissimu
ad Hungarie destructionem multis versutiis et astucijs ac
pollicitis nihil forte tale cogitantem eduxisti: Pater Beate q3
longe video Sanctitatem v̄ram à veritatis tramite (bona
venia eiusdem dixerim) deflexisse. Si enim S^tas v̄rā per:
pendere vellet, vt deberet sedens in illa sede quam asserit
iusticie, qui sunt hi qui me accusant, profecto inueniret ista
conficta esse ab aduersariis meis, vt mille alie calumnie.
que omnia tamen condono ei qui dixit, mihi vindictam et
ego retribuam, qui saluos faciet vt spero filios pauperum
et humiliabit calumniatores. Non ego Pater Beate prouo:
caui Principem inuictissimum, sed prouocarunt eum stulte
Ferdinandi Regis Bohemie aduersarii mei minę, quibus
iactabat se Belgradum et omnes Arces finitimas bre:
ui ab eo recuperaturum. Prouocauit eum insana eius le:
gacio qua petebat à sua M^te Samandriam et alia que:
dam que si reddere nollet bellum sibi denunciabat, hec sunt
que prouocauerunt Imperatorem potentissimum cupidum
glorie, et semper inuictum, non ego, qui dum hec agebatur
exulabam Regno legitime adepto, et patrimonio iniustissime
spoliatus, et in Regno agebam alieno. Melius profecto fa:
cerent mei aduersarii si ingenue faterentur, vt res se habet
habuisse scilicet se summam voluntatem spoliandi me armis p
fas nefasq3 legittime adepto Regno et iusto patrimonio, exe:
plo progenitorum suorum, qui multis Principibus similes intu:
lerunt iniurias, verum cum id tunc non succederet, nunc
armis Spiritualibus nituntur id facere, quod telis corpora:
libus nequiuerunt, neq3 miror si ipsi omnem lapidem moue:
ant, vt eorum ambicioni satisfiat, mirari tamen satis non possum

Deo

Sanctitatem Vram q post tot calamitates adeo sibi inflictas nō
didicerit deum magis reuereri qz hominem metuere. Meminisse
Stas vra potest quociens ego, postqz ad Regale fastigium dei op:
timi gracia assumptus sum Sti vre cum per literas, tum per Nu:
cios, et omnibus Christianis Principibus, questus fuerim de in:
iuriis, per Ferdinandum mihi illatis, rogans et obtestans tam
Sanctitatem vram qz omnes alios, ne sinant me regno ritte
adepto et patrimonio multo meorum sanguine mercato, adeo
iniuste spoliari, offerens me Juditio cuiuslibet Principis Chris:
tiani, imo et Sermi domini Caroli Caesaris fratris germani,
aduersarii mei, tamen dum hostis meus superior esset viribus,
nullus locus dabatur iuste mee querele, nec tunc aliquas cen:
suras à Sanctitate Vra contra me postulabat, nunc vero cū
ex dei optimi misericordia gladio corporali inferior est, Justiciā
optat quam ego iampridem etiam cum lachrymis ab vniuersis
Principibus Christianis, ad quos propter aduersariorum tyrannidē
mittere licuit, et potissimum à Sanctitate Vra postulabam, illā
tamen aduersarius meus tunc et superbe et crudeliter respue:
bat, Jus Regni dictitans in armis esse, et nedum Regnum, ve:
rum et sanguinem meum sitiens, omnia mala que potuit fecit.
Cuius crudelitati si restiti, quid mali feci? Sin autem nihil eorū
feci quibus isti me accusant, nemo me potest condemnare rexis:
timassem Sanctitatem vram mihi acceptum referre, q hoc Re:
gnum optime de Republica Christiana meritum multis preci:
bus à potentissimo Turcarum Caesare obtinuerim, et Christia:
ne religioni liberum conseruauerim, quod hostis meus cum gra:
ui onere tributi, quod literis et Nunciis sero tandem offe:
rebat à potentissimo Imperatore impetrare non potuit, et in hoc
me falso apud Sanctitem vram insimulatus est, pocius qz illis
faueret qui non sunt veriti Sanctitatem vram coram qua alii
Christiani Principes non dedignantur adorabundi procumbere,
in indignissimis vinculis tenere: nullam aliam forte ob causā,
nisi q Sanctitas Vra, velut et ego nunc, eis proprio non ce:
deret. Rogo igitur Sanctitatem vram velit aliam viam
reperire, qua pax inter Christianos stabiliatur. Nam ista concordia
perniciosa est et multum Sancte Apostolice Sedi nociua.

Gladius enim hic iuste et raro vibrandus est, si ratum in coelo esse debet quod in terris fit. Nam si vtte hoc quoque tempore ex: cois vibraretur gladius non minus Sathanae potestati subi: cerentur excomunicati, quam Aplorum tempore contigebat Nunc autem nec agitari a maligno spiritu nec expirantes aliquos videmus post excommunicationem: ob errorem intollera: bilem, et onera importabilia que excomunicatis imponuntur, vnde contigit vt auctoritas Ecclie venerit in abominatione et contemptum omnium et maior pars G Exmanie sub Le: one decimo Patruele Sanctitatis Vre desciverit ab obedi: encia Romani Pontificis. Nolit Sanctitas Vra tempore sui regiminis vt de residuo grege Chriano idem contingat. lapis enim ille angularis quem debemus imitari ad coniugen: dos parietes non distringendos missus est. Nolit me Sancti: tas vra hominem innocentem hac infamia notare. Nolit Regna et subditos meos Sathane improuide tradere, quamuis excommunicatio ista tanquam nulla, neminem de iure coram deo ligare potest. ab ea vtique, aliisque grauaminibus prescriptis, appellaui. Nihil autem excusare Sanctitatem vram potest quod hanc Excomunicationem in me et Regna et subditos me: os coacta protulerit vt credere fas est. nullus enim metus debebat Sanctitatem vram compellere, vt rem indignam Su: mo Pontifice faceret, et tam nobile membrum Christianitatis absque causa a reliquo abscinderet corpore Chriano. Liceat igitur mihi nunquam contra Sanctitatem Vram delinquenti hanc nullam excommunicationem non timere, si licuit ad: uersariis meis tenendo in vinculis Sanctitatem Vram et totum Collegium Rmorum Cardinalium post direptio: nem omnium bonorum Ecclie iustam vilipendere, quam ta: men ego tametsi nulla, vti verus fidei Chriane et Sedis Apostolice cultor contemnere nolo, sed ab ea vna cum Re: gnis et subditis meis omnibus ad Emulorum meorum obloqa diluenda absolutum per Sanctitatem vram declarari ve: lim. Et vt semper feci ita nunc quoque protestor coram deo et Sanctitate vra ac toto orbe Christiano me contentum esse

sorte mea nec Regna aut prouincias cuiuspiam ambire aut damnum et excidium alicuius nedum querere sed nec optare dummodo siuant me in hoc latere et alioquin satis afflicto reg:o meo in pace viuere, et deo ac Christianitati seruire. Quod si obtinere non potero certa sit Sanctitas vrã me omnibus viis et modis meipsum et Regna et subditos meos Iuraq; et liber: tates Regnorum eorundem defensurum. Nec tamen ob hoc intendo discedere à gremio Sanctę Matris Ecclesię Cu: ius, cuius semper obediens filius fui et modo quoq; esse volo. Caueat interim Sanctitas vrã ne si voluerit me iniuste in fauorem aliquorum Sede mea Regali deturba: re, spolietur Beatitudo vrã, Iusto dei iudicio sua Sede Apostolica, per eum qui intelligit super egenum et pauperẽ. Si quid autem Sanctitas vrã acerbius contra morem meũ scriptum in his meis literis reperierit, id mihi vicio San: ctitas vrã non vertat, qui Ius meum tutari velim, sed ascribat illis qui eandem induxerunt ad hanc iniuriam mi inferendam, et maledictis me incessendum. A Sanctitate vrã citissimum responsum expecto, nam si eandem in iniusto suo proposito perseuerare videro (quod non credo) non omittam quin mihi et meis de oportunis remediis prouideam. In reli: quo vt deus omnipotens Sanctitatem vram conseruet pro quieto et tranquillo Statu Sancte Matris Ecclesię et to: tius Reipublice Christianẽ exopto. Cui me commendo.

Laurentius Cardinalis. s. quatuor.
Regni Poloniæ Protector.

Sigismundus primo Regi Polonie.

Exma Regia M^{tas} humill commendacion. Sicut nullu bellum est exitialius q quod à domesticis et propinquis fuerit illatum, ita Principes maxime cauere oportet, ne qd insidiarum, et occulti venem in corpore suorum Regnorum resideat, neue aliquid monstri intra sinum et viscera nutriant. Quapropter cum Procurator fisci Pontificii ad cuius officium spectat, ne scelera, et que turpiter flagitioseq fuerit, vbicumq locorum qua Chriana religio diffunditur patentur, inulta impunitaq permaneat, ad Pontificem et Sacrum Collegium nuper detulisset, publicis rumoribus, et quibusdam indiciis et coniecturis sibi innotescere Archiepm Gnesnen auxilium consilium et fauorem Turcarum Tyranno, seu quod tantundem valet Nepotibus suis illi pesti adherentibus, præstitisse, ad ipsius fiscalis querelam et postulationem aduersus eundem Archiepiscopum sancitum fuit decretum, Quod monitorium appellat, vt ad tempus in eo præfixum iudicio sisteret, seq ab obiecto crimine palam expurgaret, et insontem ac innoxium ostenderet, alioquin aduersus eum tanq contumacem, et iussa Potificia detractantem iure ageretur, etiam ad mulctam et Sacerdotii priuationem. Pontifex autem mihi demandauit vt huiusmodi Decretum ad M^{tem} vram perferendum curarem, vt in eius sit potestate prout rebus suis magis conducere videtur, monitorium hoc ipsum eidem Archiepo insinuari facere et insinuatum quo reliqua suo ordine agantur pproximum ad Curiam remittet. Quicquid autem M^{tas} vra super eo negocio statuendum duxerit, mearum partium erit, cuius vt Regis sapientissimi et cui iampridem obsequia mea

deuoui ac dedicaui, studio voluntateqz obtemperare Que foelicissime ac inuictissime Valeat. Dat Bononie die xv Marcii Anno domini M. D. XXX.

Supplicatio ad PP. aduersus Jo. Lasky Archiepm Gnesnem: propter Turcos in Vngariam et austriam per eius nepote Palatinum Siradiensem adductos.

BEatissime Pater Ideo etiam hec vra Sancta Catholica et Apostolica Vniversalis Ecclesia militaris appellatur qz etiam Archiepos et alios prelatos tanqz fortissimos Duces habes qui aduersus hostium fidei incursus eam viriliter defendere debent. Qui ergo eam non defendunt pro suo posse, desertoris crimen committunt, nec carent scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinunt obuiare, Sed quod longe grauius est, proditores existunt, qui ad ipsos hostes Christianorum consilia perscribunt, et non solum perscribunt: sed multos Nobiles contra edictum Regis sui, neqz extraneos solum, sed suos etiam Nepotes amicos et fautores, pecuniis redditibus Ecclesiasticis adiutos (quosquidem redditus ad abominabile desiderium exequendum non dubitant vendere oppignorare et distrahere, Ecclesiam dei depauperantes, et Diaboli Cetum fortificantes ad apertos hostes fidei in Christianitatis viscera inducendos, transmittunt, transmissos in sceleratissimo proposito fouent et adiuuant, fotos et adiutos animant, animatos maligniores et perniciosiores reddunt, horum autem nequiciam superant, qui ad instar Jude proditoris, videntes hostes fidei ad intima Christianitatis per suas execrandas machinationes receptos esse, et non solum periculum

ingens sed apertum exitium non conniuere, sed adesse Sa:
cte Romane Ecclesie toti Christianitati et sibi etiam per:
fidissimo. tn nocendi animo, inter Scismaticos et heretí:
cos ab vna et hostes Christianitatis ab altera parte, foe:
dus faciunt et fide reciprocant, deinde ad illos hostes, cum
quibus sciunt et per statuta et Decreta sibi interdictum
esse, ne aliquo modo Commercium habeant, milites ar:
ma, tela, et Machinas et alia ad oppugnandum Chri.
ouile instrumenta non in aliis locis fabricata, sed in suismet
Vrbibus, non aliorum iussu sed suo execrabili mandato
facta: non clanculum, sed aperte per suos Nepotes et af:
fines transmittunt. Quo sic facilius ad vineam domini
deuastandam continuare aper efferus iam missus possit.
Quosque suis nefandissimis consiliis potuere inducere,
eosdem detestandissimis auxiliis non desinunt adiuuare
Que omnia ille perditionis alumnus, Jude Iscarioth fr.
Joannes de Lasko, nomine Archiepiscopus opere vero,
Archidiabolus Gnesnen. Regni Polonie Primas noie,
re ipsa Dipsas serpens sitiens sanguinem Chrianorum
inexplebili malicia adimpleuit, Nam cum post mortem
Illmi Regis Ludouici Hungarie et Bohemie, videret
certum periculum instare Christianitati, eo q notorium es:
set Joannem Vaiwodam ad Turcas respicere, Neque
dubitaret ex hac diuisione exitium adesse Hungarie,
Cum pro suo munere teneretur et obligaretur id auerte:
re quantum in se erat: tantum abfuit, vt id faceret, vt
cum haberet Nepotem nomine Hieronimum Laski pnti
animo Juuenem, sed peruerso ingenio, ad nihil non au:
dendum et supera inferis permiscenda apto et idoneo,
eundem auidum ad res nouandas neque deum neque ho:
mines curantem, et iam iam meditantem quomodo ex
excidio Chrianorum tametsi malum, perpetuum tn sibi

nomen comparavet, non secus q illo quondam qui Dianę Ephesię templum toto orbe cantatissimum incendit: huic ergo eius prodigalitatem redditibus Ecclię suę oppignoratis distractis, venditis collectis prius tam ex Archiepiscopatu qui opulentissimus fuit q aliis ex modis Thesauris, explere, satiareque non poterat, ad prefatum Joannem Vaiwodam eidem auxiliatrurum transmisit, Quiquidem ex instinctu Patrui sui ita animatus subito excogitauit quomodo Chrianorum res labefactaret, ideoque primus auctor fuit, Vaiwodę ad Turcas deficiendi, Quinimo ipsemet Hieronimus ad eos profectus primo quidem impediuit quominus Sermus Rex Ferdinandus cum Turcis de induciis, quicque peregerit, deinde quicquid inter Turcum et Vaiwodam tractatum fuit, per eum et non per alium tractatum fuit, adeo vt ipse solus author fuerit aduentus Turcarum in Austriam et calamitatum exinde secutarum, Quod ne forte Beatisme Pr Sanctitas vra miretur, dignetur intelligere hunc Hieronimum fuisse multis in Legationibus versatum, apud Coesaream Mtem apud Chrianissimum Francorum Regem, In Germania, multa exinde secreta nactum, viam, itinera, omnes factiones q procul dolor inter Principes Chrianos fuere noscente, qua cognitione et experientia rerum ductus, et viribus Turcarum confisus, ipsemet priuatis suis literis Sermo Regi Ferdinando bellum denunciauit, minatusque est se Turcas Valachos, Tartaros et Moldanos contra eum introducturum quod et effectu comprobauit, Et ista quidem faciens et tractans cum hincinde modo a Turcis ad Vaiwodam et quosdam factiosos Polonię Nobiles tenderet, modo ab illis et a Patruo ad eos frequenter contra iussum Sermi Polonię Regis, visus est, Cviribus tamen Patrui sui huius Joanis de Lasko filii perditionis et Sathanę fisus) ad eundem suum Patruum in habitu Turcico venire: eiusdem Patrui

sui iussu aduenienti Turco in Austriam obuiam profectus est, cum fratribus suis, seque et eos eidem Turcarum Imperatori omnimoda subiectione subiecit, et hoc tametsi satis solum est, tn alia perpetrasse praefatus Joannes de Laski dinoscitur. Non enim contentus solum suum Nepotum (quod tamen uti dixi maximi momenti fuit) ad Turcarum seruicium misisse, cum Sermus Rex Poloniae certissime quanta calamitas imineret, publico interdictu vetuisset ne quis subditus Regni Poloniae et prouintiarum suarum Vaiwode Suppecias ferret, quem sciebat Turcas sese subiecisse Joannes de Lasko praedictus, tanquam alter Chore mandatum Moisi contemnens, sua auctoritate longe plurimos Nobiles tam suos affines quam alios multos induxit ut mandato Regis sui contempto ad Vaiwodam profecti sint, cum eo bellauerint contra Ser mum Regem FErdinandum Hungariae et Bohemiae: cum eo et cum Thurcis alios Christianos fratres suos eppugnatum venerint Qui sine ipsius mandato, nunquam id, ne cogitare quidem ausi fuissent Quos idem Sermus Rex Poloniae castigare nequiuerit ob id quod autoritate Primatis illius Regni innitebantur in quem quia spiritualis persona est et in dignitate constituta, idem Sermus Rex manus extendere non praesumpserit.

Neque contentus ea in parte incendium illud excitare sed tanquam Basiliscus sibilo suo omnia inficiens, lateque venenum spargens cum Scismaticis hereticis et Lutheranis aliquot Principibus scilicet Alberto magno quondam Magistro Prussiae, Friderico Duce Holsatiae Gustauo gubernatore Sueciae à quibus sciebat omnes Episcopos expulsos esse Ecclesiam dei hactenus virginem contaminatam esse, contempta dei et Beatitudinis vestrae auctoritate, tractauit egit et conclusit

foedus et ligam eosq3 foedere et liga coniunxit Joanni Vaiwo:
de et Thurcas, ne sez ab ea parte Christiani periclitantibus
suis fratribus succurrere possent Quinimo per medium illoru
egit q plurimi milites et Lanczknechti Lutherani contempta
vite fidei verae Chrianae ad ipsos Turcas profecti sunt quos:
quidem lancknechtos tantum abfuit, vt cum impedire posset
impediuit vt eos in Diocesi sua aluerit et sustinuerit, co:
mmeatu et rebus necessariis adiuuerit, Sicq3 ad Turcas
per Nepotes suos et alios transmiserit, Illorum exploratores
et Nuncios benigne tractauerit, et hinc inde proficiscentes
adiuuerit satis indicans q si propter senium fuisset in ipsoru potuisset
Castra fuisset profectus

Et quod omnium longe nocentissimum est cum Draco iste in:
sidiator virtutem simulans sub Archiepiscopali pallio sed
vitius occultans quod tamen retinere absconditum non po:
terat, videret Turcas magna edita Chrianoru strage
Viennam oppugnasse, indigentesq3 ferramentis hastaru et
cuspidibus lancearum, et aliis quibusdam rebus ad bellu
necessariis, ideoq3 petiuissent praefata ferramenta et cus:
pides et Machinas in Regno Poloniae vtpote vicino fabri:
cari nolente et non permittente id Sermo Rege Poloniae
praefatus Joannes de Lasko opifices et fabros conduxit eosq3
in opidis Diocesis suae aluit et sustinuit, operariisq3 et fabri
care praefatas Machinas cuspides et lanceas aliaq3 ad
bellum necessaria instrumenta iussit, quasquidem ma:
chinas, cuspides, lanceas, instrumenta bellica, ita instru:
cta fabricata et facta ipse Cacodemon ad aliorum Chri:
stianorum fratrum suorum perniciem Turcis transmisit Quo
facto quid magis abominandum inueniri potest? Alia
adhuc sunt multa quae contra hunc dici a me et vere
possunt, sed causa breuitatis omitto, et ne sanctissimas

aures Beatitudinis vrę prolixitate offendam, poterit tn̄ cū Epis illmis Regni demandata, eaqꝫ pluraqꝫ Sanctitas vrā intelligere

Quodsi eadem Sanctitas vrā ad talium et similium facinorum exemplum auertendum, Sanctissime statuit et conclusit. De Depositione Pauli de Varda quondam Strigonien Archiepi: longe magis contra hunc hoiem de Lasko statuere et concludere debere videtur Cum ille quidem Strigonien dcūs, videns Thurcarum vim maximam iminere, cui resistere non credebat se posse: male quidem fecit praesidium à Sermo Hungarię Rege missu non recipiendo intra arcem, tn̄ potest id metu videri fecisse qui aliquando in constantem virum cadit, Iste autē Joannes de Lasko rebus omnibus integris, nullo in periculo constitutus, sola animi malicia et Diaboli instinctu, vt Christianorum quietem turbaret. Nepotem suū pecunijs Ecclię suę ad foedus inter Thurcum et Vaywodam percutiendum transmisit Et exploratores ipsorum et nuncios aluit: ad Nepotem suum omnia secreta Christianitatis ad quę sciendum in Curia Sanctitatis vrę multos aluit ministros, transcripsit, aliquot milia hominum ex Polonia induxit ad seruiendum vna cum Turcis Vaywode, Inter Scysmaticos ab vna et Vaiwodam et Thurcam ab alia parte per eundem Nepotem suum foedus percussit, Ipsos hostes armis et bellicis instrumentis publice in sua Diocesi fabricatis iuuit et muniuit, et hec eo tempore quo vidit non esse Constantinopoli aut Siria bellum sed in ipsis portis Vienne Lā.

Lanzknechtos et alios Luteranos in sua Diocesi aluit, eosqꝫ peccunia et commeatu adiutos ad opem hostibus ferendū

Nepotibus suis ducendos tradidit, In Suma: aduentus Tur:
carum in Hungariam et Austriam causa fuit Quia Strigo:
mien quondam PAulus de Varada praesentem Thurcarum
potentiam formidans ad ipsos defecerat, vnde iure merito à
Sanctitate vrã eodem Archiepatu spoliatus fuit, Quae
cum talia sint, nonne Sanctitas vrã apertissime perpen:
dit, illum qui omnia haec fecit, et per cuius praecipuum ad:
adminiculum omnia talia facta sunt, longe magis dignum
vt qui non spolietur solum dignitate, et in ipsius Episcopa:
tum velut Iudae locum alter succedat, sed brachio etiam seculari
inuocato, publice de eo in reliquorum exemplum et ter:
rorem supplicium dignum sumatur

Que legisti in supraescripta accusatione: scias esse
mendacia: et furiosas insanias. et Romanistos
pecunia illectos, cum Almanis insanisse.

Monitorium Romanum contra Joannem Laski Archiepm Gnesnensem propter Turcos in Chrianas prouincias adductos.

Vniuersis et singulis Christifidelibus et praesertim Polonice nationis Petrus miseratione diuina Epus Sabinen. Sancte Romane Ecclie Cardinalis Aucomitan vulgariter nuncupatus, causeqz et causis ac partibus infrascriptis a dno nro Papa Iudex et Commissarius spalr deputatus Salut in domino, et nris huiusmodi ymo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis qp nuper Sanctismus in Chro Pr et dominus nr Clemens diuina prouidencia Papa septimus, quandam Commissionis siue supplicationis cedulam, nobis per certum suum Cursorem presentari fecit, quam cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore. BEatissime Pr. Ideo hec vra Sancta Catholica et Apostolica Vniuersalis Ecclesia que etiam militans appellatur, quod etiam Archiepos, Epos, et alios Praelatos habet, qui aduersus hostium fidei incursus eam viriliter defendere debent Qui ergo eam non defendut, desertoris crimen comittunt, nec carent scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinunt obuiare sed qd longe grauius est transfuge et proditores existunt, qui ad ipsos Chriane fidei hostes, consilia, que Chrianam rempublicam concernunt, conscribunt, ac eis auxilia et fauores impendunt, necnon alios ad id inducunt, inductos fouent et redditibus Ecclesiasticis adiuuant, adiutosqz peruersiores reddunt, Eorum autem omnium nequiciam superant qui ad instar Iude proditoris Ecclesia oppressa cu

cum illius hoste, horrendum foedus percutiunt ac inter here:
ticos et Scismaticos ex vna, et fidei predicte hostes ex altera,
ad ipsam Ecclesiam hosti tradendam et vnicam domini deuo:
randam foedera componunt, milites, arma, tela, et Machinas
bellicas, eis ad expugnandum Christi ouile ministrant. Que
omnia ille perditionis alumnus Jude Schariotis frater Joannes
de Lasko, nomine Archiepiscopus, opere vero Archidiabolus
Gnesnensis Regni Polonie, fidei honestatis, et domini timoris
laxatis habenis, in profundum malorum descendens, velut ser:
pens Christianorum sanguinem sitiens, inexplebili malicia
adimpleuit. Nam cum oppresso Hungarie Regno per Thur:
cum terribilem et inanum fidei hostem, ingentique vniuer:
se reipublice Christiane instabat periculo pro debito sibi com:
misse Ecclesiastice dignitatis officio eidem hosti totis viri:
bus resistere teneretur, nedum id dolose omisit, verum
eciam quendam iniquitatis filium Hieronimum de Lasko
eius ex fratre Nepotem, etate quidem Juuenem, sed peruerso
ingenio et ad nichil non audendum superaque inferis per:
miscendum, et res innouandas aptissimum, neque deum neque
homines curantem et iam iam meditantem quo pacto, ex Chri:
stianorum excidio, perpetuum, tametsi malum nomen exé:
plo illius qui Diane Ephesie templum toto orbe cantatis:
simum incendit, sibi compararet qui variis legationibus
ad multos Christianos Principes functus, multa eorum se:
creta didicerat, et perniciosas eorum factiones optime no:
uerat, collecta ex redditibus dicte Ecclesie quorum etiam
partem ob eam causam distraxit et pignorauit, aliundeque
ad ipsius prodigalitatem explendam pecunia conquisita ad
Joannem Vaiwodam Transsiluanum quem ad Turcas
respicere sciebat, auxilia eidem hosti contra Serenissimum Ferdi:
nandum Hungarie et Bohemie Regem acerrimum fidei

Christiane defensorem prestatuerum transmisit. Qui quidem Hieronimus persuasionibus et auxiliis dicti Joannis anima-tus, ad Turcam foedus inter eum et Joannem Vaiwodam prefatum tractaturus accessit et perfecit, precioque dato, im-pedivit, quominus prefatus Ferdinandus de Induciis cum Thurcis quicquid peregerit, adeo ut non immerito dici possit quod prefatus Joannes de Lasko, medio dicti Hieronimi sui Nepotis author fuerit Vaivode, ad Thurcas respiciendi, ac adven-tus Thurcarum in Austriam, et calamitatum inde secuta-rum, sicque causam et operam obsidioni Vienne prebuit eiusque iussu, prefatus Hieronimus advenienti Thurce omnimoda subiectione subiecit. Et non contentus premissis dictus Joannes Archiepiscopus, cum Serenissimus Polonie Rex, publico edicto vetuisset, ne qui Regni et provinciarum suarum sub-diti Vaivode quem Thurce coniunctum sciebat suppetias ferrent dictus Joannes tanquam Altechore mandatum Moy-si contemnens quamplures Nobiles dicti Regni, tam suos af-fines quam alios multos qui absque illius auxilio et opera, nec id quidem cogitare ausi fuissent induxit, ut mandato re-gis sui contempto ad Turcum et Vaivodam profecti, contra Christianos pugnaverint. Nec contentus tam grave incendium eisdem excitasse tanquam Basiliscus veneno omnia inficiens, cum Scysmaticis hereticis, et Lutheranis aliquot Principibus à quibus sciebat omnes Episcopos expulsos fuisse, foedus et ligam composuit, illosque Thurco et Vaivode foede-re et liga coniunxit, ne scilicet ab ea parte Christiani periclitan-tibus suis fratribus succurrerent, quorum medio etiam egit quod multi milites Lutherani, quos in diocesi sua, commeatu et rebus aliis adiuvit ad hostes fidei predictos profecti fue-runt, quorum etiam exploratores huiusmodi à Thurcis ad eos missos, redeuntes suscepit et graciose tractavit postre-mo cum dictus Joannes de Lasko insidiator virtutem si-

mulans sub Archiepali pallio, sed verius occultans, quod tamen absconditum retinere non potuit, videret Thurcas magna Chrianorum edita Strage, Viennam Austrie oppugnare, indigerentqz ferramentis hastarum, et cuspidibus Lancearum aliisqz rebus ad bellum necessariis, illaqz in Regno Polonie utpote vicino fabricari nolente et non permittente prefato Polonie Rege, opifices et fabros conduxit, per quos in oppidis sue diocesis, huiusmodi bellica instrumenta fabricari fecit, illaqz sic fabricata Turcis transmisit per que totam rempublicam Chrianam vniuersalemqz Ecclesiam, in tanto discrimine posuit, q nisi deus propiciatus religione, et viribus dicti Ferdinandi Regis hostem prefatum à dicta obsidione repulisset, Chriana religio longe deterius contrita fuisset. Quis talia fando temperet a lachrymis, cum necdum sit periculi finis, Minatur enim hostis reassumptis viribus ceptum prosequi, et redire ad vomitum, quorum omnium totqz inde cedium, rapinarum, incendiorum, ruinarum, fornicationum, incestuum, Sacrilegiorum, captiuitatum, et inde Chri abnegationum, ac aliorum omnis generis malorum, idem Ioannes de Lasko, reus damnabilisqz existit, et sue promotionis iuramentum Sedi Aplice prestitum per premissa violando deierauit, et contra illum fidei articulum, vnam sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam faciendo heresim manifestam comisit, ac Tunicam dni inconsutilem, quod Iudei facere noluerunt temere scindendo, etiam Scysmatis crimen admisit et verisimiliter non desistet, nisi mucrone Eccle percussus, merito intereat, ne vltra noceat. Vt igitur tot execrandi excessus, debita vltione puniantur, et huius perfidi poena, alijs transeat in exemplum cum in correctione malorum deus placetur, alioquin si ea de quibus offenditur vlcisci differantur, ad iracundiam

dignitatis pacientia prouocetur · supplicat humiliter S. V. de-
uotus illius Or.[sic] ac fisci Apostolici S. V. Procurator Acun-
cius de vanaliis, quatinus Pastorale officium in premissis
debita seueritate exercentes · dignetur eadem S. V. alicui
ex Rmis Patribus dominis S. R. E. Cardinalibus co-
mittere, et mandare, consito sibi sumarie etc. etiam ex-
traiudicialiter quantum sufficiet etiam per indicia suo ar-
bitrio de premissis prefatum Ioannem Archiepm vt per-
sonaliter per seipsum, et in eius propria persona, non autem
per Procuratorem nec excusatorem infra aliquem perempto-
rium terminum etiam suo arbitrio prefigendum quacunque mora
consultacione, appellatione, excusatione · et difficultate semo-
tis, sub maioris excomunicationis, alysque Ecclesiasticis sen-
tenciis censuris et penis etiam priuationis predicte Gnesnen. priuatio
et aliarum quarumuis Ecclesiarum Monasteriorum et benefici-
orum, et feudorum Ecclesiasticorum que obtinet et in posterum
obtinebit ac perpetue inabilitatis ad ea et quecunque alia ob-
tinenda, necnon Apostolice maledictionis, et eterne damnationis,
et viginti quinque milium duc. auri Camere Apostolice applica-
dorum eo ipso incurrend. compareat coram E. S. V. in illius
Consistorio secreto ad respondendum Procuratori fiscali Ori
prefato, ac etiam ore proprio se legittime excusandum de et super
omnibus et singulis supradictis, et aliis sibi obiciendis excessi-
bus, criminibus et delictis alioquin ad videndum declarari se
incurrisse sentencias, censuras et poenas predictas, ac in dicto
Consistorio et ex illud per eandem S. V. prouideri de Ecclesiis
Monasteriis beneficiis aliis predictis, vt per dictam priuatione
vacantibus, easdemque sentencias, censuras et poenas predictas
aggrauari, reaggrauari; Interdictum etiam apponi, et auxilium
brachii secularis inuocari et nichilominus si videbitur in cau-
sa et causis dictorum excessuum sumarie · prout in beneficia-

libus per eundem dominum Cardinalem procedi et illas E. S. V. in dicto Consistorio decidi et referri ac per eandem S V in ipso Consistorio decidi et fine debito terminari ex: tra Romanam Curiam, et in partibus etiam per edictu publicum constito summarie, et extraiudicialiter de non tuto accessu, districte moneat, requirat, et citet, ac sibi et quibusuis aliis, ne quicq; in premissis attemptare presu: mant sub eisdem sentenciis censuris et penis similiter in: currendis, etiam simili edicto districtius inhibeat, ac eid Joanni Archiepo, resignandu cedendum et comutandu Ecclias, Monasteria, beneficia, et alia predicta omnem facultatem auferat, illaq; omnia et singula dispositioni S. V. et Sedis Aplice exnunc reseruata, et prouisiones de illis per eandem S. V. absq; premissorum narratiua fiendas, nullas et inualidas esse decernat Et in euentum non paritionis, eundem Joannem Archiepm ac alios con: tradictores, inobedien et rebelles quoscumq; per audientia contradictarum dumtaxat citatos sentencias censuras et poenas praedictas incurrisse declaret, aggrauet, reaggra: uet Interdictum Ecclesiasticum apponat et auxilium bra: chii secularis inuocet Ceteraq; omnia necessaria et opportuna faciat et exerceat, eaq; omnia et singula per simile edictum intimet, seu faciat intimari Non obstantibus premissis, ac constitucionibus ac ordinacionibus Aplicis Stilo palatii et dicti Consistorii Juribus, quodq; causa et cause huiusmodi non sint forsan ad Romanam Curie legittime deuolute, nec in ea de sui natura, aut Juris necessitate tractande et finie: de. Statutisq; et consuetudinibus illarum partium, etia Juramento, confirmatione Aplica et quauis alia firmitate roboratis Priuilegiis quoq; et indultis ac literis Aplicis Joanni et Ecclie, Necnon Regno Polonie predictis, et qui: busuis aliis etiam de non trahendo ad dictam Curiam Ar: chiepm Gnesnen et alios regnicolas et als quolzt cocessis

confirmatis et innouatis quibus etiam si de eis nullatenus aut non nisi sub certis aliis expressis modis et formis derogari posset ad effectum premissorum omnium et singulorum et quorumuis aliorum hic forsan de necessitate exprimendorum tenores status, continentias, atque formas, pro plane et sufficienter expressis haben. In fine vero dicte Commissionis siue supplicationis cedule scripta erant de alterius manu, litera superiori litere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diuersa, hec verba videlicet de Mandato D. N. Pape, audiat Rmus dns Epus Sabinen et constito summarie et extraiudicialiter de asser: tis et de non tuto accessu, citet inhibeat, etiam sub censuris et aliis premissis prius moneat ad premissa et personaliter com: parendi terminum prefigat, procedat vt petitur, declaret, aggrauet, etiam cum inuocatione si et prout de iure premissis non obstan. In extremitate vero marginis inferioris eiusdem Commissionis siue supplicationis cedule scripta erant de aliena manu, lra superioribus lris ipsius cedule simili modo penitus dissimili et diuersa hec verba videlicet plz POST cuiusquidem Commissionis siue supplicationis cedule presentacionem et receptionem, nobis et per nos vt premittitur factas productis primitus coram nobis pro parte discreti viri domini Laurencii prefati domini nri Pape et Camere Apostolice Procuratoris Fiscalis principalis in eadem preinserta nobis facta, et presentata Comissione principaliter nominati pro ipsius Commissionis verificatione nonnullis testibus fidedignis ad informandum animum nrm de et super eo quod eidem domino Laurencio Procuratori fiscali seu alicui alteri eius nomine ad quendam Rmum dnm Joannem de Lasko Archiepm Gnesnen ex principalem predictum in eadem preinserta Commissione ex principaliter

nominatum, in eius propria persona seu domicilio aut locis co:
suetis, pro ptibus nris monitoriis exequendis et publican:
dis tutus non pateat accessus, etiam coram nobis productis
ipsisq3 testibus successive receptis admissis et in forma iuris
iuratis ac diligenter examinatis et interrogatis coramq3
dictis et depositionibus in scriptis fideliter post modum
redactis Tandem fuimus pro parte ipsius domini Lucrecii
Procuratoris fiscalis principalis debita cum instancia re:
quisiti, quatinus sibi lras monitoriales in euentum Citta:
torias per edictum publicum ad comparendum coram Sa:
ctissimo domino nro Papa in suo Consistorio secreto persona:
liter, et in propria persona, et non per Procuratorem seu
excusatorem sub penis et censuris, tam Ecclesiasticis q3
pecuniariis, in preinserta nobis facta et presentata Com:
missione contentis et expressis contra et aduersus Ar:
chiepm Gnesnen exo principalem in dicta nobis facta
et presentata Comissione exo principalem nominatum
in Romana Curia et in partibus circumuicinis affigendas
legend publicand et exequendum iuxta tenorem dicte
Commissionis nobis facte et presentate, in forma solita et
consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur
Petrus Cardinalis Commissarius prefatus attenden postu:
lationem huiusmodi fore iustam et racioni consonam, vo:
lentesq3 in causa et cais huiusmodi rite et legittime pro:
cedere, necnon partibus in dicta Comissione contentis,
iusticiam equalitatem seruando ministrare ac dictam
Comissionem ad effectum debitum et finem deducere vt
tenemur Et quia ex iuribus et munimentis, superius
vt premittitur coram nobis exhibitis et productis nec:
non testium dictis et depositionibus huiusmodi, reperimus

omnia et singula in praeinserta Commissione contenta, quo
ad effectum infrascriptum veritate fulciri, necnon dicto Pro:
curatori fisci, aut alteri eius nomine ad suprascriptum Ar:
chiepm ex° principalem monendum in eius propria persona
seu eius domicilio, aut alias putes meas literas monitoriales,
in locis consuetis more solito exequendum, tutum non pa:
tere accessum, iccirco auctoritate Apostolica nobis commissa,
et qua fungimur in hac parte per hoc pns publicum edictum
in audientia publica literarum contradictarum domini nri
Papae ac Cancellariae Apostolicae extra Romanam Curiam
et in partibus ac locis circumuicinis videlicet in Cathedra:
libus Posnanien et Plocen dicti Regni Poloniae, vigit in
ipsarum Cathedralium Ecclesiarum valuis seu portis, et
alibi vbi tute fieri poterit affigendum et publicandum,
prefatum dominum Archiepm Gnesnen ex° principale
tenore pntium requirimus et monemus primo, secundo,
tercio, et peremptorie, In virtute sancte obediencie, et
sub maioris excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sen:
tenciis, censuris et penis, etiam priuationis predicte Gnes:
nen, et aliarum quarumuis Ecclesiarum Monasteriorum
et beneficiorum, et feudorum Ecclesiarum, que obtinet et
in posterum obtinebit, ac perpetue inabilitatis ad ea et que:
cumque alia obtinenda, necnon Apostolice maledictionis, et
eterne damnationis et viginti quinque millium Ducatorum
Camere Apostolice applicandorum late sententie, quas fe:
rimus in his scriptis et quas ipsum dominum Joannem
Archiepm ex° principalem iuxta et secundum premisse
Commissionis vim formam et tenorem incurrere volumus
ipso facto, nisi fecerit que mandamus districte precipien man:
dan quatinus octuagesima die post legitimam lecturam, af:
fixionem, publicationem et executionem, praesentium nos:
trarum literarum, in dicta Romana Curia et extra eam

in locis supradictis legittime factas immediate sequen. si dies ipsa octuagesima juridica fuerit vel nos vel forsan alius loco mei surrogandus Comissarius, ad jura reddenda et causas audiendas pro tribunali sederimus, vel sederit alioquin prima die juridica extunc immediate sequenti, qua nos vel surrogandum Comissarium prefatum, Bononie, Rome, vel alibi, ubi tunc dominus noster Papa cum sua Romana Curia residebit, comparerat, in Consistorio secreto, coram Sanctissimo domino nostro Papa personaliter et in eius propria persona, et non per Procuratorem seu excusatorem, ad respondendum Procuratori fisci prefato, ac etiam ore proprio se excusandum legittime, de et super omnibus et singulis in dicta Commissione contentis et aliis sibi obiciendis excessibus criminibus et delictis, alioquin ad videndum declarari se incurrisse sententias censuras et poenas prædictas in dicto Consistorio, ac alias in causa et causis huiusmodi si opus fuerit ad omnes et singulos actus gradatim et successive usque ad sententiam diffinitivam inclusive, debitis et consuetis terminis et dilacionibus proceden. ut moris est processuri, et procedi visuri, aliasque dicturi facturi, allegaturi audituri, ostensuri, et recepturi, quod justicia suadebit, et ordo dictaverit rationis, Certificantes, nichilominus eundem sic monitum et requisitum, ac citatum quod sive ut præmissum comparere curaverit sive non, Nos nichilominus vel surrogandus Commissarius prædictus, ad dictarum tam Ecclesiasticarum quam pecuniarum poenarum prædictarum declaratione ac earundem aggravationem, reaggravationem, auxilii Brachii secularis invocationem et alias prout iustum fuerit procedemus seu procedet justicia mediante dicti domini Ioannis Archiepiscopi Eboracensis principalis absentia seu contumacia in aliquo

non obstante. Loca vero audientie predicte literarum con:
tradictarum Cancellarie Apostolice et valuarum seu por:
tarum Ecclesiarum predictarum tanquam publica et idonea
pro presentibus litteris nostris exequendis ad instar edictorum publi:
corum duximus eligenda, que huiusmodi nostram monitionem
et citacionem publicabunt. In quibus nostras literas modo pre:
misso decernimus et decrevimus publicandas et affigendas ne
dictus dominus Joannes Archiepiscopus, ac alii contradictores, in o:
bedientes et rebelles quicumque sic moniti et citati seu eorum
aliquis de premissis aut premissorum aliquo ignorantiam ali:
quam pretendere valeant, seu etiam quolibet allegare, cum non
sit verisimile apud ipsos sic monitos et citatos remanere in:
cognitum et occultatum quod tam patenter et notorie omni:
bus extitit intimatum et publicatum. Volentes nichilominus
et auctoritate predicta decernentes quod presentes nostre litere sive mo:
nitio et citatio modo premisso execute et publicate, dictos
monitos et citatos taliter arcteent et constringant et perinde
valeant, ac si omnes et singuli in eorum propriis personis mo:
niti et citati forent, ac eisdem et eorum cuilibet monitio et
citacio huiusmodi personaliter lecta fuisset et intimata et pu:
blicata. In quorum omnium et singulorum fidem et testimo:
nium premissorum, presentes literas, sive presens publicum instru:
mentum, huiusmodi nostras monitionem et citationem, per edictum
publicum in se continentes, sive continens, exinde fieri et per
Notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram no:
bis Scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavi:
mus Sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri
Datum et actum Bononie in Palatio nostro sub anno a Nativita:
te domini Millesimo Quingentesimo trigesimo Inditione ter:
cia, die vero sexta Februarii Pontificatus Sanctissimi in Christo
patris et domini nostri domini Clementis divina providentia
Pape septimi Anno eius septimo, presentibus ibidem in domo

dicti R.mi dni Cardinalis. Venerabilibus dominis Nicolao
a Ramano et Ioanne de Fredutiis et Ancomitan
respective testibus ad premissa vocatis et rogatis

Et ego Nicolaus Casulanus Clericus Senen. Camere Apos:
tolice Notarius, ac in huiusmodi causa coram dicto R.mo
domino Cardinali deputatus. Quia premissis omnibus
et singulis interfui Suprascriptum monitorium aliena
manu mihi fida scriptum subscripsi, publicavi cum oppo:
sitione mei soliti signi in fidem et testimonium premisso:
rum rogatus et requisitus

Anno a Nativitate dni Millesimo Quingentesimo trigesimo
Inditione tercia, die vero ultima Mensis Februarii.
Pontificatus Sanctissimi in Chro Pris et domini nri dni
Clementis divina providencia Pape Septimi anno eius
septimo retroscripte litere, affixe, et publicate fuerunt
in valvis Ecclesie Sancti Petri Civitatis Bononie Ca:
thedralis, et Valvis Sancti Petronii Collegiate, et Cu:
rie auditoris Camere ut moris est, per me Simonem de
Bellavilla Sanctis.mi domini mei prelibati Pape Cursore

Andreas Cricius Eps Plocensis Petro Tomiczki Epo Cracouiensi Vicecancell° Regni Polonie.

RME in Chro Pater, domine et benefactor colenme. Ago im:
mensas gratias vre. D. Rme, q per meum Copaczowski mit:
tere mihi dignata sit exemplum literarum Sermi Regis Jo: f rotta exorata
annis, ad Summum Pontificem, et alia que tum in nouis ha:
buit: que cum magna admiracione legi. Tametsi iam vsu quo:
dam mirabilium istorum animus occalluerit. Mitto vre
Rme D. vt mandauit legationem domini Joannis Laski
quam putabam, non illam solum sed multos alios istic habe:
re: quandoquidem huc veniens eam apud multos offendi.
Mi Rme dne veni huc quidem gratia dei incolumis, sed ocu:
lis Ecclesiam meam intuens miro modo ictam, et adeo con:
cussam, vt necesse sit totam dirui, magna afficior sollicitu:
dine et molestia. vnum me tamen solatur, q Prelati et
Canonici mei audito meo aduentu, plures solito huc conuo:
larunt, offerentes alacriter obsequia et facultates suas ad
ea omnia, que pro restauranda ea ipsa Ecclesia mihi opor:
tuna visa fuerint. Ego etiam id quod habeo, libens in opus
hoc tam pium effundam. summa mihi cura est de probis Ar:
chitectis et vt res cito perfici possit: Nihil autem incipiemus
inconsulta Mte Regia. non q hoc reticulo aucupari vel:
lemus à Mte sua subsidium. committimus id gracie Mtis sue:
sed quia multe rationes cogunt nos de mutando loco Eccliae
cogitare, Nam preter hoc q deest in Arce fundamentum

solidum labantibus per inuriam in flumen cum monte edificiis omnibus. non caret enim magna seruitute et molestiis totus ordo Ecclesiasticus, quando prefecti Arcis vel minus reli: giosi vel Episcopo aut Capitulo infesti contingunt: contra vero si Ecclesia et Cetus Clericorum transferri ex Arce deberet, omnis decor ipsius Arcis et presidii etiam illius pars maxima periret de quibus omnibus postbac latius. Interim me et seruicia mea commendo D. Vre Rme qua dominus deus seruet sanam saluam et letam ex Ploczka die Inuentionis Sancte Crucis Anno domini M°. D. XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Regi Vngarie Dalmatie

Serme Princeps et domine frater et affinis charme. Acce: pimus hoc Mense Decembri literas Mtis vre datas vlti: ma Septembris, quibus primum queritur, nos alteri parti que causam iustam haberet non adhesisse, deinde quod gentes eius aliunde conducte et prohibite essent hinc transire et co: tumeliis affecte. Nos susceperamus quidem causa Mtis vre differentiam hanc eius cum Sermo Rege Ferdinando com: ponendam si hoc fieri aliquibus honestis mediis potuisset nihilque in ea re opere et impendii nri pretermisimus. Judici: um vero decernendi, neque nobis vtraque pars detulit, quod fieri oportebat, neque si detulisset, causa tanti momenti, adeo cito vt Mtas vra putat cognosci et determinari potuisset. adhere autem alteri parti minime dignum videbatur, cum vt apud vtramque faciende in posterum concordie fidem in: tegram conseruaremus tum ne hinc bello tam funesto, quod

semper abhorruimus nos misceremus neque utramque partem
ita meticulosam videbamus. ut si maxime alterutri adhesis:
semus altera a ceptis suis destitisset De Gentibus vero
suis externis nescimus profecto quid M[aies]tas V[est]ra queratur
quarum neque usus est quisque in hoc Regno neque si in rerum
natura fuerint compertum habemus Quod autem subiu:
xit, ut si inde Regnum n[ost]rum aliquid detrimenti patia:
tur, v[est]ram M[aies]tem debere esse excusatam. An hoc scribi
ad nos opportuit, virtuti et prudentie ill[ustriss]ime expendendum
relinquimus Que foelicissime valeat Pioterconie die
Natalis domini Anno domini M° . D . XXX°

LEg
ru
est
sui
ma
len

R
ter
ga
ex

Dec
ill
ca
to

Ex
ne
ve
pe
Pa
v

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie Datum Joanni Laski Gnesnen et Lanciciensi Prepo[to]: Joannis regis Vngarie oratori.

LEgatio vr̃e D. quam nomine Ser[mi] domini Regis Hungarie habuit, hec in summa continebat. Gratulata est in primis Sacre M[ti] Regie prouectionem Ser[mi] filii sui in culmen Regium et hoc consilium M[tis] sue, et optimatum Regni sui, cum non vulgari ill[mis] M[tis] beneuolencia et fauoris testificatione collaudauit.

Recensuit dehinc copiosissime causas, quibus permotus potentissimus Thurcorum Imperator, descenderit in Hungariam et Austriam, et de iis que illic acta sunt, que ad excusationem Ser[mi] domini Regis Hungarie pertineant

Declarauit item illa que ipse Imperator conferre debuit cum ill[mis] M[te] de subsidiis, postulauitque nomine ill[mis] M[tis] eadem subsidia veluti ab Oratore M[tis] sue, Imperatori promissa

Expostulauit demum cum M[te] sua regia de his que aduersus Mag[cum] dominum Palatinum Siradien M[tas] sua vel grauate ferre, vel queri debuisset, commendans impense fidem et operas M[gcie] sue, similiter et aliorum Polonorum apud ill[mis] M[tem] militancium, que omnia vr̃a D. multis et luculentis verbis explicauit. Ad

que M^tas sua Regia sic illi respondere mandauit.

Agit imprimis M^tas sua gras quas potest maiores domino Regi Hungarie, q adeo ex animo gratulatur successibus et prouectioni ad Solium Ser^mi filii M^tis sue, quam et ipsa M^tas sua, et optimates ac Regnicole vniuersi considerantes etatem ingrauescentem, et egram valetudinem M^tis sue, horumque temporum malignitatem, fieri potius viuente M^te sua curauerunt, quo vt futuris euentibus quodque fidei haberent. Quod factum probari a Ser^mo domino Rege Hungarie libentissime audit M^tas sua, et nihil dubitat hanc gratulationem illius M^tis ex integerrimo animo et beneuolencia proficisci, quam illi vicissim M^tas sua vnacum ipso Ser^mo filio suo curabit omnibus officiis et amore fraterno semper referre.

De iis que acta sunt in Hungaria et Austria non erat quicquid opus excusare tot verbis et testimoniis Ser^mum dominum Regem Hungarie cum M^tas sua non culpet de aliquo illius M^tem. Tamen et hec omnia M^tas sua libenter audiuit, et in eam partem vt dicta sunt accepit

Quod pertinet ad ferenda subsidia, licet iam multoties M^tas sua satis abunde declarauit Ser^mo Regi Hungarie et ipsamet illius M^tas id plane intelligat quibus rationibus cogatur M^tas sua neutralis et aliena esse ab hoc bello, propterea quod vtrique parti foederibus necessitudine et affinitate iuncta sit, quoque bellum hoc modis omnibus

dissuaserit, et concordiam ac pacem summo studio procuret cuius conficiende, si in alterutram partem declinaret, occasio et spes omnis precideretur. Quod denique Mtas Sua hoc debitum et studium suum, utrique parti, et toti ferme orbi declaravit, tamen in ea neutrali et necessaria condicione existente Mte Sua Serenissimus Rex Hungarie hactenus semper cognovit singularem in se Mtis Sue et regni sui affectum et benevolentiam, cum ex opera quam Mtas Sua summa cura et impendio suo adhibuit et adhibet etiamnum de pace aut concordia facienda, tum ex receptu illi in regno suo dato, aliisque vere amicitie et necessitudinis officiis prestitis proinde rogat plurimum Mtas Sua ipsum Serenissimum Regem Hungarie ut illius Mtas, talia, et non exigat ipsa a Mte Sua et exigendi per alios, occasiones et modos omnes ubi potest, amputet, qualia ipsamet satis intelligere potest, praestari non posse, sine magno fidei et rerum Mtis Sue discrimine quodque paci et concordie ad quam faciendam Mtas Sua omni studio incumbit plurimum officeret: sed et potentissimum Turcorum Imperatorem qui more maiorum suorum verbum et fidem suam hactenus unicuique illibatam servavit, sperat Mtas Sua id pariter non exacturum a se, quod Mtas Sua adversus fidem et debitum suum nequaquam prestare posset: praesertim cum Mtas Sua nihil tale promittere commiserit Oratori suo: neque secus ex Oratore ipso et tenore Induciarum quas attulit constare potest quas quidem Inducias suo more consueto expeditas et semper inviolabiliter observatas, esse firmas et sinceras non dubitat.

De Mgco domino Palatino Syradien. mirum quidem non esset

si quando Mtas sua grauate ferret, aut quereretur de aliquibus
que acta viderentur praeter scienciam et mandatum Mtis sue que
illam et Regnum eius immeritis odiis et difficultatibus inuol:
uerent. Tamen hactenus neque aduersus Mgciam suam neque eti:
am aduersus vllum alium qui apud Sermum Regem Hun:
garie militant, quicquam statuit, vnde illius Mtas indignatio:
nem eius Mtis colligere, aut expostulare secum merito de hac
re deberet, exhibebitque libens Mtas sua gratiam omnem suam
ipsi domino Palatino vbi illam promereri curabit Dat ante
Dominicam Judica Mo . Do . XXXo

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Regi Vngarie et Bohem

Serme Princeps etc Tametsi opera nra de sistendo bello, inter Mtem Vram et eius aduersarium ratione Regni Hungariae, quam ab initio, diligenter et integerrimo animo praestitimus, nescimus nostra ne magis an temporum infoelicitate, nobis non successit, dolentissimo tamen animo videntes, que sequuta sint, et adhuc sequutura metuimus, nolentesque debitum et officium nrm praetermittere, cuperemus adhuc vnacum Illmo Princi: pe Georgio Duce Saxonie hoc negotium tractare, sed non visum est vtrique nostrum, illud absque scientia et voluntate Mtis Vre ordiri. Quare plurimum rogamus eandem Mtem Vram vt nos de ipsa voluntate sua, an hoc idem negocium aggredi deberemus, certiores reddere velit. Nos vero quicquid nobis Mtas Vra concedere dignabitur, id totum et secretissime con: tinebimus, et id omne diligentissime curabimus, quicquid et di: gnitati Mtis Vre et Reipublice Christiane conducere vide: bitur, cuius fraterno amori nos ex corde comendamus et vale: illam foelicissime desideramus Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie Et Marchioni Missnae.

Ill: Cum ea quae vra Illtas egit non pridem nobiscum medio Nobilis Ioannis Schombergk Oris sui de tractanda concordia inter Ser^mu^ dominum Regem Ferdmandum, et eius Mtis adversarium, moram non paciantur, propterea quod tempus suspectissimum iam appetit, et vis ingens Thurcorum fertur omnino Castra in finibus collocasse, et nihil aliud quam opportunitatem irrumpendi expectare: significatio vero quam iamdudum nobis dari debuit a vra Illte de voluntate ipsius Ser^mi^ domini regis Ferdinandi hactenus non apparet. Rogamus plurimum vram Illtem ne hac in re diutius moretur: ne posthac occasionem benegerendi in hoc negocio ammittamus, sed voluntatem ipsam illius Mtis nobis quantocius declaret, Nisi nos metus publice calamitatis et debitum nostrum urgeret, facile hanc expectacionem ferre possemus felicissime valeat vra Illtas, et nos diligat Datum Crac feria sexta ante dominicam Letare, die ipso Annunctiationis Mariae qui fuit XXV Marcij M° V. D°. Regni mei anno XXiij

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellar
Hieronimo Lasski Palat Siradien.

Mag^ce domine et domine amice honoran^me Cum venisset huc Borzikowski, Servitor M. Vre, et literas mihi illius reddidit, et ea que habebat in mandatis verbis coram exposuit, quibus in rebus omnibus ego ita me gessi, vt et Mg^cie Vre amicitia et meus vicissim erga illam amor postulare videbantur. Etenim quatum mihi vel per summas occupationes Principis, vel per imbecillitatem valetudinis mee licuit curaui diligenter negocium M. Vre et promoui illud priuatim et sincerziter apud suam Mtem responsum tn hactenus nullum habere potui sicut et ceteri amici et necessarij Mg^cie Vre, qui idem curabant non habuerunt, quamquidem expectacionem cum do Borzikowski diutius ferre non potuisset maluitqz hinc sine responso discedere quam tardius ad Mg^ciam Vram redire, ego praesentes lras non tam necessitatis qz officii causa exaraui quibus illa saluto meamqz illi beneuolenciam et amorem fraternum declaro. post vero si necessarium videbitur per occasionem super omnibus Mgae Vre copiosius respondebo. Consultamus hic in medium omnes cum Mte Regia de ratione suadende concordie et pacis inter Sermos Ioannem et Ferdinandum verum quia voluntatis et animi Regis Ferdinandi hactenus non est facta compos Mtas sua incohoare tam subito nequit negociu. Quamprimum tamen cognouerit Mtas sua studium in hacre et consilium illius (quod propediem speramus) totis viribus

ad tractandam inducendamque concordiam incumbet ego etiam quantum inter ceteros diligentia valuero id more suadere et rogare non desinam, Maiestatem modo vestram in parte ista quantum valet gracia persuadere non cesset id quod ad pacem comunem et bonum Christianitatis pertinere arbitrabitur, Commendo me amori et benevolencie fraterne Maiestatis vestre Quam sanam et felicem semper esse vehementer opto Datum Cracovie XXIX Marcij M° .D. XXX°

R

pe

ſu

fu

de

ut

qm

Poſ

ſu

Se

di

eg

pl

ab

bo

pe

ne

Qu

mi

ſcr

R

vi

ve

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell
Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocen

RME in Chro Pater et domine amice honorandissime. Id quod per literas mihi et domino Castellano Crac. D. Vra Rma suasit egimus summa diligentia apud Mtem domini mei, facileqz Mti Sue persuasimus vt iterum atqz iterum tracta: de concordie inter istam Mtem Serenissimi Regis Ioannis et Mtem Serenissimi Regis Ferdinandi operam daret ad quod quidem opus presentem Dominum Sebastianum Custodem Posnanien Secretarium et Oratorem suum istuc Mtas sua mittere eidemqz dare in mandatis dignata est, vt eund Serenissimum D. Regem Ioannem Hungarie ad pacis concor: dieqz amplectende rationes, inuitet et hortetur Quia tn ego intelligo in tractacione rei istius authoritate et consilio plurimum valere D. Vram Rmam maiorem in modum ab illa rogo vt vires et studium suum ita accomodare in hoc negotio velit, vt Serenissimus Rex Hungarie hoc de quibus per Oratorem rogabitur facere et efficaciter prestare dig: netur

Que autem sint que acturus est Orator ipse coram istuc ve: niens D. Vre Rme exponet, a quo etiam et caetera que scribi a me deberent melius intelligere poterit D. Vra Rma Cuius ego me amori et beneuolencie fraterne plu: rimum commendo foelicissimamqz esse et optime incolumem vehementer opto Dat

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Hieronymo Laski Palatino Siradien.

M

Agce domine amice char.me et honoran. Litere D. Vre quas ad me aliquot hoc tempore dedit magnam mihi spem et fidem de illius erga me benevolentia et amore pollicen: tur, quod equidem non magis me delectat ita fore qz quod ex illius literis perspicere hinc animu mihi liceat. Cui quidl beniuolentie Mgcie Vre, etsi animum meu pereque res: pondere sim michi conscius, quia tamen id opere grato comproba: re hactenus mihi non licuit, magnopere doleo, verum tn do operam diligentem vt inter ceteros pro Mgcia Vra hic facientes, offitium, studium meum declarare illi possim, Quod certe me facere posse spero, si dissensiones de Regno Hungarie inter Sermos Joannem et Ferdinandum Reges bone sine componentur, nam id solum in causa est quod Mcie Vre hactenus prodesse opera mea non potuerim Quare cum mittitur istuc Orator ad inuitandum Sermu Rege Hungarie in accipiendas amplectendasqz certais condicio: nes future pacis, Mgciam vram rogo vt pro viribus hoc suadere illius Mti curet, quod ad celeriorem et firma concordiam pertinere existimabit, Nam si in hoc feliciter, vt omnes optamus succedet, Mgciam vram nihil dubi: tare oportebit res et peticiones suas hic quoqz vti ego spero ex voto esse successuras, in quibus ego et operam et amicum officium Mgcie Vre prestare conabo cuius me amori et beniuolentie comendo feliceqz esse et recte salua ac incolumem vehementer opto Dat

Instructio legationis ad Ioannem regem Vngariae data a Sigismundo primo rege Poloniae: Sebastiano de Opalenicza Custodi Posnanien et Canco Cracouien: secreto regio.

Post dictam Salutem etc.

DEclarandum illius Mti quantopere doleat haec Mtas regia, controuersiam illius Mtis cum Serenissimo Rege Ferdinando de Regno Hungariae eo usque processisse, ut inde nihil aliud sit expectandum, quam et ipsorum utriusque, et totius rei Christianae ruina: quam Mtas sua prospiciens adhuc ab initio, nihil nisi pacem et concordiam suadebat: ad quam conciliandam hoc toto tempore nihil operae et impendii praetermisit quae tamen causa fuerit, quod Mtas sua nihil in ea re proficere potuerit, viderint illi per quos stetit

Quare sperans Mtas sua quod saltem attritis rebus facilius pax ipsa seu concordia persuaderi possit, capto mutuo consilio cum Illmo domino Georgio Duce Saxoniae Principe optimo et integerrimo, rursus cum eius Illte tractatum concordiae aggredi statuit: nihil dubitans Mtas sua tot honesta media faciendae ipsius concordiae reperiri et offerri posse, ut tam funestum bellum citra ullam difficultatem componi et sopiri possit. Proindeque visum est Mti suae, et ipi Illmo Principi, partem utramque ad ipsam concordiam adhortari: ad quam tractandam visum est imprimis necessarium Inducias unius anni statuere, et locum Oratoribus

conueniendi commodiorem esse Wratislauie. Tempus vero festum Sancti Ioannis Baptiste proximum.

Quapropter rogare plurimum Mtem suam ipsum Sermum dominum Regem Hungarie, vt illius Mtas tam sue F quam Christianitatis comunis omnium salutis, non detrectare velit ipsam concordiam: neue grauetur et Inducias acceptare, et tempore condicto ad Ciuitatem Wratislauien legatos suos cum plena facultate mittere: Qui vt secure venire et redire possent Mtas sua prouidere curabit. Verum quia metuendum est, ne ab Imperatore Thurcarum aliquod impedimentum accedat huic concordie, nec sine illo fortasse esset integrum illius Mti aliquid in hoc negocio transigere, prouidere dignetur, eius Mtas, vt ab ipso quoque Imperatore nihil huic tam salutari studio et operi possit officere: Quandoquidem illius Mtas melius nouit, quatenus sibi cum illo conueniat: et qualiter ex parte sua res ad concordiam recte conficiendam dirigere et disponere debeat.

F Regnique sui

Quod autem Sermus Rex Hungarie per Oratorem summi Mti sue declarauit videri sibi necessarium: vbi pax et concordia inter se et Sermum Regem Ferdinandum tractari debeat: Orator ab hac Mte ad Imperatorem Thurcorum mitteretur, qui et consilium Mtis sue illi de reducendis ad concordiam Regibus Hungarie et Bohemie declararet: et simul ab illo peteret, ne hoc anno expeditionem aliquam in Vngariam, in terras Sermo Regi Ferdinando subiectas faciat: Mti sue non videtur esse ad rem accomodatum consilium multis quidem ex aliis rationibus, sed maxime tamen propterea, quod metuit Mtas

sua, ne id ab Imperatore non impetret: et ne longa ista expectacio reditus Oratoris sui optato et necessario instituto tractandę pacis officiat vel moram afferat. Quare Mtas sua postulat ab illius Mte, vt hanc prouinciam de continendo Imperatore ipsa suscipiat: cum et mittendi ad illum: et ab eo singula impetrandi faciliorem modum propiores rationes habeat. hec vero Mtas vicissim cum prenominato domino Georgio Duce Saxonię omni studio cura, et sollicitudine admitentur et laborabunt vt bona pax, et concordia honesta, inter Mtem suam et Sermum Regem Ferdinandum ęquis condicionibus perficiatur. bellumque et perniciosa dissensio intercipiatur

Legatio a Sigismundo primo rege Polo^e^ data Sebastiano Opaleniczki Custodi Posnañ. Canco Crac. ad Joannem regem Vngarie.

Verba hec faciet Orator apud Sermum Regem Hungarie nomine Mtis domini sui

Serme Rex. Mtas domini mei Sermus Rex Polonie dicit Mti vre Serme plurimam Salutem, tanquam amico et affini suo charmo cui summum bonum et rerum omnium foelicitatem ex animo fauet et optat.

Serme Rex dolet vehementer Mtas domini mei controuersiam Mtis vre, cum Sermo Rege Ferdinando de Regno Hungarie eousque processisse, vt nihil inde aliud expectari possit quam et vtriusque Mtis vre incommodum et Regni Hungarie totiusque Chriane Reipublice ruina. Quam Mtas sua prospiciens adhuc ab inicio nihil nisi pacem et concordiam suadebat, ad quam conciliandam toto hoc tempore nil opere et impendii pretermisit. Nunc quoque sperans Mtas sua quod saltem susceptis vtrinque tot bellorum difficultatibus grauibusque periculis aditis, pax ipsa facilius seu concordia persuaderi possit. Capto mutuo consilio cum Illmo domino Georgio Duce Saxonie, optimo et integerrimo Principe, affineque suo charmo, rursus cum eius Illte tractatum concordie agredi statuit: nihil dubitans: Mtas sua tot honestas raciones faciende ipsius concordie reperiri et offerri posse, vt tam funestum bellum, citra vllam difficultatem componi et sopiri possit. Quare visum est Mti sue, vt vram

Mtem Ser^ma^ per me: per alterum vero Oratorem smm. Se:
renissimum Regem Ferdinandum ad ipsam concordiam me:
undam hortaretur: ad quam tractandam hec imprimis
fore necessaria antumat Mtas sua vt Inducie vnius
anni, locusqz conueniendi Oratoribus Vratislauie
tempus vero festum Sancti Joannis Baptiste proximum
statueretur. Quapropter Mtas sua plurimum rogat
à Mte vra Ser^ma^ vt illa causa tam sue, Regniqz sui
quam etiam communis omnium salutis, neqz concordiam ip:
sam detrectare velit: neqz Inducias acceptare, et tem:
pore condicto ad Ciuitatem Vratislauien legatos su:
os cum plena facultate mittere grauetur qui vt Securi illo
venire et tuto recursum redire possint Mtas sua prouide:
re curabit

Verum quia metuit Mtas sua ne ab Imperatore Thurco:
rum aliquod impedimentum huic concordie accedat cu
sine illo fortasse aliquid in hoc negocio transigere Mti
vre non esset integrum, rogat ab illa plurimum, vt
dignetur prouidere, ne ab ipso Imperatore tam salutari
studio et operi aliquid impedimenti officiat.

Quandoquidem Mti vre Ser^me^ melius constat quatenus
sibi cum illo conueniat et qualiter ex parte sua rem ad
concordiam recte conficiendam dirigere et disponere de:
beat

Nam quod Mtas vra proximo Oratore suo declarauit Mti
sue, videri sibi necessarium vt si pax et concordia
inter illam et Ser^mu^ Regem Ferdinandum tractari debeat

Orator hinc à Mte sua ad Imperatorem Thurcorum mit:
teretur qui et consilium Mtis sue illi de reducenda vra
Mte ad concordiam, cum Serm̃o Regi Ferdinando decla:
ret. et simul ab illo peteret ne hoc anno expedicionem ali:
quam in Hungariam et prouincias Sermo Regi Ferdinan:
do subiectas faciat: Mti sue non videtur esse ad rem ac:
commodatum consilium: multis quidem ex alijs racionibg,
sed maxime tamen propterea q veretur Mtas sua, ne
id ab Imperatore non impetret et ne longa ista expecta:
cio Oratoris sui redditus, optato et necessario instituto
tractande pacis officiat vel moram afferat

Quare Mtas sua postulat à vra Mte, illamqz maiorem
in modum rogat, vt hanc prouinciam de continendo Impe:
ratore ipsa suscipiat, cum et mittendi ad illum, et ab eo
singula impetrandi faciliorem modum, promptioresqz ra:
ciones habeat. Mtas autem sua vicissim cum prenomi:
nato domino Georgio Duce Saxonie, cum studio circa
et sollicitudine admitentur ac elaborabuntur, vt bona
pax: concordiaqz honesta inter Mtem vram, et Sermum
Regem Ferdinandum equis condicionibus perficiatur,
bellumqz et perniciosa dissensio intercipiantur...

Responsum a Joanne rege Vngariae datum Sebastiano Opaleniczki oratori Sigismundi Regis Poloniae.

Grato animo accipit Regia Mtas, quod Ser^mus dominus Rex Poloniae, vt Christianus Princeps, vnacum Illmo domino Georgio Duce Saxoniae adhibuerint animum concordandi suam Mtem cum hoste suo Ferdinando, eo magis cum Ser^mus dominus Rex Poloniae dicat se nihil dubitare illam pacem sequi posse equis condicionibus. Illud etiam semper sua Mtas a deo optauit, vt hosti suo daret mentem resipiscendi et consulendi quieti tocius Septemtrionis, quae sequi non potest, nisi extincto hoc incendio, quod ardet inter suam Mtem et Ferdinandum

Testis autem est suae Mti et Deus et Ser^mus dominus Rex Poloniae, et omnes Principes Christiani, se ab exordio belli vsque nunc nihil aliud egisse, quam vt quilibet sorte sua contentus, studeret et consuleret bono publico, quod ne sequeretur cuius culpa acciderit Ser^mus dominus Rex Poloniae bene nouit. Verum si iam deus misertus tantorum malorum illud mentibus Principum inspirauerit, sua Mtas dat gloriam deo omnipotenti

Tria sunt, quae nunc exigit Ser^mus D. Rex Poloniae, Missionem Oratorum, et tempus mittendi, et locum, Vratislauiam scilicet Ciuitatem deinde optat Inducias annuas, et ne interim

potentissimus Imperator permitteret facere incursiones in Dominio Ferdinandi.

Mittere Oratorem vel Oratores insignes probae tam gravi materia ad Serenissimum Regem Poloniae, Regia Maiestas non recusat, verum rogat Serenissimum Dominum Regem, ut Caveat dominus Rex Poloniae, ne Ferdinandus, ut alias, sibi imponat, et potius querat evasiones et alias artes quo possit respirare quam ut velit sinceram concordiam, sicut fecit in Conventu Olomuczensi, ubi nec iusticie locus datus est, nec habitus ullus respectus Serenissimi D. Regis Poloniae, ut eius Maiestas bene novit.

Tempus tamen mittendi Oratores Regie Maiestati breve videtur, utique regia Maiestas, ut voluntati Serenissimi Regis Poloniae fiat satis, mittet Oratores suos ad festum Sancti Iacobi Apostoli proxime futurum. optaret autem sua Maiestas ut et pars adversa, insignes mitteret Oratores, et cum pleno mandato. Cuiuscunque autem nationis fuerint Oratores adversarij, nihil refert, dummodo non sint Hungari illi, qui sunt apud Ferdinandum, qui sunt fomes belli, et causa tantorum malorum, ac profusionis tantarum impensarum quas adversarius suae Maiestatis fecit. existimat enim sua Maiestas, nil boni transigi posse de pace. si illi forte interfuerint vel praefuerint tractatui

Locus autem Conventus, et pacis tractande ubique videtur suae Maiestati competens ubi Serenissimus dominus Rex Poloniae. Cum Illustrissimo domino Georgio Duce Saxoniae interexit, Nam ipsis Principibus absentibus, nihil boni concludi posse credit praesertim cum in priori Conventu Olomucensi Oratores suae Maiestatis, vix in maximum discrimen non inciderint, insidiatum est. enim

Capitibus ipsorum, tam in eundo, quam in redeundo nescitur, Cuius instinctu, Et si Wratislauiam proficiscerentur Oratores sue Maiestatis, viderentur mendicare concordiam. Cum tamen dei gratia res suae Maiestatis sint superiores, et sperat in deo sua Maiestas deinceps foeliciores processuras, vnde videtur sue Maiestati, vt vbicunque in regno Poloniae, voluerit Serenissimus D. Rex Poloniae, ibi fiat Conuentus Oratorum, verum presente ipso Serenissimo dno Rege Poloniae, et si possibile fuerit, presente etiam Illustrissimo domino Georgio Duce, non enim dubitat sua Maiestas Serenissimum D. Regem Poloniae, pro bono et vtili totius Septemtrionis subiturum illum laborem.

Rogat tamen Regia Maiestas Serenissimum D. Regem Poloniae, ne pro nunc quicquam impendat in Oratoribus suis, sed quilibet suis impensis maneat, ne Serenissimus D. Rex Poloniae maioribus grauetur sumptibus. Cum presertim tam magni tractatus Cito determinari vix possint

De Inducijs annuis Oratores sue Maiestatis habebunt plenam facultatem si viderint rem ab aduersario serio geri, et non illudi, vt prius, sed negocium posse deduci ad concordiam

De inuasione Turcorum potentissimus ille Imperator est sui iuris si tamen intelligeret Regia Maiestas Ferdinandum ad ea accedere, quae debere pro bono suo, sperat sua Maiestas, se et maiora posse apud illum Imperatorem potentissimum, efficere modo Ferdinandus sequeretur consilium sue Maiestatis

De mittendo autem ad potentissimum Imperatorem Turcarum Regia Maiestas procedet iuxta consilium Serenissimi D. Regis Poloniae quia regia Maiestas non vult vllam concordiam inire cum suo aduersario, sine scitu potentissime Caesareae Maiestatis

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell. Joanni Dantisco oratori apud Cesarem Carolum V. regio.

Magce domine amice charme. Crebras ego quidem à te fateor accipio literas illis tamen quod tardius et non ad tempus respondeo, non accidit culpa vel negligentia de te mea sed et nuncii qui perferant raro hic reperiantur, et ego gravi nimiumque longa egritudine fatigatus nedum tibi longo intervallo disiuncto verum et iis qui proxime ab: sunt scribendo satisfacere non possum, tu tamen quod cre: bro scribis gratum mihi prestas officium quod vicissim omni mea gratificatione referre tibi curabo

Vehementer doleo te ita ut scribis pecunia et annuo tibi constituto negligi, quia tamen hoc potius Barensis Praefecti vel Administratoris imprudentia quam Regiis Maiestatis volun: tate vel mandato accidisse constat tu hec boni et aequi consulere bonoque animo debes

Dubitare enim te non oportet grata esse officia et servitu: tem tuam utrique Maiestati pro qua scio illius Maiestates ad omnem occasionem tui equam et benignam rationem habitu: ras esse ad presens autem Maiestas Regia scribi fecit ad Procuratores Ducatus sui Barensis literas quibus illis man: dat ut subducta ratione annorum et numerationis tibi facte, de reliqua omni pecunia que tibi secundum tempus

exactum numerari debuit respondeant illamque tibi dari, numerari, aut rescribi curent.

Maiestas autem Regia vltra hoc quod equorum stipendium vult tibi debere ad cuius nunc rationem ducentos aureos tibi mittit et alios ducentos quos credito ab argentariis acceperas domino Seuerino Boner solui mandauit, praecepit etiam eidem domino Seuerino vt in singulos menses ad sumptus in Germania faciendos centum aureos tibi Focaris numerari procuret. Quare tu quod datur grato accipias animo et si forte hec tibi pecunia non fuerit satis à Focaris summas mutuo quos ego nihil dubito in hoc tibi gratificaturos rei, Maiestatem autem Regiam certo scio id quod necessario acceperis pro te esse dissoluturam. Namque Maiestas sua in Conuentu Imperii tuam praesentiam necessariam sibi putat cum propter alia que ex improuiso contingere possent tum maxime vt in his que indigne homines istic de Maiestate sua vel suspicantur vel loquuntur famam dignitatem et innocentiam Maiestatis sue defendas eaque omnia cures et agas que ad honorem et decus sue Maiestatis pertinere fueris arbitratus

Monitorium contra dominum Archiepiscopum decretum et instructionem manu tua scriptam frater tuus mihi reddidit que omnia ego vtrique Maiestati legi et ostendi. Et sane quod ad monitorium attinet principio factum tuum de illo recepto huceque transmisso, Maiestatibus suis non erat gratum, postea tamen re perspecta culpe tue id attribuere noluerunt sed potius ignorationi earum rerum que hic ex munere neutralitatis suscepto Maiestatis Regie cum à Joanne tum à Ferdinandi Regis adherentibus maximas et arduas dificultates assidue facessunt. Namque vtriusque Maiestas sua

querimoniis et criminationib[us] variis impugnatur et laces:
situr. Rex enim Joannes edicta de non militando in
Hungaria ad iniuriam sibi facta esse cum M[aies]t[a]te sua ex
postulat, et ij contra qui fauent Ferdinando Regi, argu:
unt M[aies]tatem suam exinde occulte cum Rege Joanne sentire,
quod aliquot Polonos temerario ausu et contemptu edic:
torum in Vngariam se contulisse intelligant. Sed vt
ad monitorium redeam M[aies]t[a]ti sue expedire videbatur
vt illud domino Cardinali S. Quattuor remitteret seq[ue]
ex hoc odioso officio exoneraret Nam metuebat M[aies]tas sua
ne hac ratione offensus Rex Joannes vel Regnum sue
M[aies]tis Turcas quos ad presens circa se habet infestaret,
vel à concordia et pace suscipienda quam nunc M[aies]tas
sua per Oratores diligenter tractat animum reuocaret.
Quare in hunc modum se de non exequuto monitorio
per dominum Cardinalem M[aies]tas sua Pont[ifici] Max.
excusat, vt tu ex exemplo earum literarum quod tibi
cum presentibus mitto cognosces. Et sane hoc etiam ad
officium tuum pertinebit vt ijsdem rationibus M[aies]tatem
suam excuses idq[ue] adiungas M[aies]tatem suam impedire nolle
si per suum nuncium vel aliquam aliam hic in Regno
personam Pontifex Jus et correctionem suum in domino
Archiepo exercere voluerit, quod etiam si à principio
Sanctitas sua fecisset M[aies]t[a]ti sue prohibere animus non
erat, modo ab hoc officio persona M[aies]tis sue inmunis habe:
retur. Namq[ue] M[aies]tas sua pro benignitate sua, et vt Re:
gnum suum periculis liberaret, nemini vellet esse vel
suspicione vel facto aliquo obnoxia sed de hoc pru:
denti satis sit tamen.

Anno superiore cum M[aies]tas sua in Ducatu Lituanie
ageret, officio et fide quam debent M[aies]t[a]ti Regie, permoti

domini Lithuani postularunt concedi sibi ab eius Mte, vt
illa adhuc viuente filium Mtis sue in dominum sibi
optarent, quod cum Deo operante admisisset Mtas sua illi
communi consensu et alacri animo ita fecerunt, sublima:
runtque eundem Serenissimum Mtis sue filium in Solium Du:
cale et paternum, postquam vero huc Mtas sua redijsset
omnes ordines Regni Poloniae, ne in obseruancia et
fide apud Mtem suam concessisse dominis Lituanis
viderentur, in Conuentu Piotrcouien ad quem recta
ex Lituania rediens Mtas sua descenderat, mirifico
consensu et communi omnium studio ac voluntate cass
ratione de Coronando in Regem filio, Mtem suam im:
pense rogarunt, In quo cum etiam Mtas sua illis as:
sensa fuisset, Serenissimus illius filius xx^a Januarij hic
Cracouie in Regem est Coronatus Cui solemnitati et
Consiliarij, et Proceres, et Nuncij prouinciarum Regni:
item etiam Illmus Dux Prussie cum Coniuge et dno
Vilhelmo fratre suo interfuerunt quod et Mti sue
cum filio et toti Regno sit foelix et faustum

Dominus Petrus Dluski singularis et domesticus amicus
et seruitor meus, habet istic filium suum in Contuber:
nio Domini Lewiczki quem ex certo consilio cuperet is:
thic in Aula Caesaris in quopiam honesto loco collo:
care. Quare ego abs te magnopere rogo, vt illius et
mea causa de loco et domino commodo illi prouideat
eumque vel Rmi domini Cancellarii vel alicuius alterius
Principis qui continue sit in Aula Caesaris seruicio
addicas quicquid enim in illum officii et beneficij in
hac parte contuleris ego tibi id beniuolentia et grati:
ficatione mea referre conabor. Pater vero ipsius id ti
optime merebitur

Cætera tibi frater coram verbis exponet quem mature et sospitem ad te peruenire opto. Tu vero vt valeas saluusq[ue] sis et cito reuertaris multum cupio At si nõ tam cito fueris reuersus scribendi officium non obmittas Dat[um] Cracoviæ XXV[a] Aprilis 1530

Sigismundus primus Rex Poloniæ Mercurino de Gatinario Cardinali Cancell[ari]o Cesaris Caroli Quinti.

R[everendissi]me in Chr[ist]o P[ate]r et domine amice char[issi]me. Recepimus literas D. V[est]ræ R[everendissi]me quibus declarat nobis quantu diligencia et fide Mag[nifi]cus Cornelius Dupli Sceppe: rus famam dignitatemq[ue] n[ost]ram contra falsos rumores istic de nobis indigne suscitatos defenderit, quo noie nos illi multum debere volumus. D[omi]n[ation]i autem V[est]ræ R[everendissi]me plurimas agimus gratias quod nos eius rei certiores per literas fecerit. Miramur equidem quę sit tanta hoc tempore vel hominum malignitas, vel infoelicitas n[ost]ra, quod tam crebro apud quos minime vellemus: Integritas n[ost]ra in alienam suspicionem et odium adducatur, cum tamen nos plus q[uam] credi possit Secreto et palam id agamus quod non solum à probis et virtute præditis hominibus comendari, Sed ab his ipsis etiam nequam calumniatoribus si constare sibi vellent merito probari et laudari possit. Contra hos tamen impios rumores cum vitari non poterunt, et si recta conscientia nobis satis esse possit, Quia tamen nos Caesareæ M[aiesta]tis de nobis opinionem magnifacimus vt debemus, D. V. R[everendissi]mam plurimum rogamus, vt cum opus fuerit fidem et innocenciam n[ost]ram: contra leues quosq[ue] istos et

fallos rumores defendere velit, pro sua erga nos beneuolentia et nrã rursus quam de illa concepimus, fiducia singulari. Quod autem attinet ad negocium domini Archiepi Gnesnen' Oratori nrõ quem apud Mtem Caesaream habemus mandamus, vt omnem in hoc instituti nri rationem D. vrẽ Rme verbis exponat. Quod cum illum facturum non dubitemus: simul etiam confidimus D. vram Rmã id quod nobis expedire visum est, boni et aequi consulturã esse. Quam nos foelicem et in multos annos bene saluã esse ex animo optamus Datũ Crac. xxva Aprilis Anno domini M°. D. xxx°

Sigismundus primus Rex Polonie
Cornelio Dupplicio Scceppero Secreta°
Cesaris Caroli quinti.

MAgce Sincere nobis dilecte. Reddite sunt nobis S. tue lrẽ, quibus fidem et officium in tuenda dignitate et honore nrõ a se isthic positum nobis explicat et testificatur. Quodq̃ nos sicut plane sincerum cognouimus: ita etiam gratissĩo animo accipimus, pro illoq̃ plurimas agimus Sti tue grãs. simulq̃ illam rogamus, vt eadem fide et diligencia in posterum famam et innocentiam nram contra fallos et innoxios quosq̃ rumores defendat et tueatur. Nemo enim isthic est preter tuam Sinceritatem, qui melius et verius testimonium de animi nri integritate et factis Chriano Pri: cipe dignis: perhibere possit. Caeterum quod ad negocium domini Archiepi attinet. S tua ex Dantisco Oratore nrõ consilii nri racionem cognoscet Bene valeat. S. tua Datũ vt supra

Sigismundus primus Rex Poloniae Laurentio Cardinali S. quatuor coronat Regni Poloniae Protectori

Rme in Chro Pr et domine amice charme ac honorande. Orator nr quem apud Caesaream autem habemus, binas literas à Dominatione vra Rma nobis transmisit. In quarum alteris, qd scribit se ad postulationem nram facultatem impetrasse, vt in duas prouincias, fratres regularis obseruanciae minores diuidi et seiungi possint magnopere nobis gratum extitit, non tam propter factum ipsum qm propter amantem et officiosam Dnis vre Rme operam in hoc praestitam quam nos vicissim sicut debemus merito amamus et summam agnoscimus, pro illaqz vt à nobis D. vre. Rme quandoqz satis fiat diligentem damus operam. In alteris vero lris quod de monitorio aduersus dominum Archiepm Gnesnen decreto ad nos scribit D. vra Rma etsi intelligamus quidem voluntatem et mandatum id fuisse Sanctmi domini nri vt à nobis, ipsi dno Archiepo insinuaretur. suscipere tamen eam prouinciam nunc ex multis quidem aliis causis non potuimus, Sed maxime tamen propterea qd vereamur ne Regem Ioannem hac re aduersum nos commoueamus, quem nobis infensum esse nollemus, hoc potissimum tempore, cum inter illum et Sermum Regem Ferdinandum tractandae concordiae et pacis munus suscepimus, eiusqz rei iam Oratoribus ad vtrumqz missis inicium fecimus Ad haec enim et illa non postrema

excusationis nrē racio accedit quod nobis non usquequaque dig:
num videbatur contra Primatem Regni nri decreta pro:
mulgare, quem nos per multos annos, sicut et reliquos Epi:
scopos solemus, debito honore et grā sumus prosequuti,
quemque eciam nrē Iurisdicioni non subiacere sciebamus
Quare plurimum rogamus à D^ne. vrā. R^ma. vt nos:
trum hoc factum apud Sanctis^mum Dnm nrm excuset
persuadeatque illius Sancti^ti nos non vlla temeritate vel
contemptu adductos obtemperare Sancti^tis suē volun:
tati noluisse, sed necessariis et toti Reipublice Chris:
tianē vtilissimis racionibus prohibitos non potuisse.
Expedire enim toti Christianē Reipublice plurimum vi:
detur vt tam perniciosa de Regno Hungarie contencio
ad optatam pacem et concordiam Regum et Principum
inter se dissidencium traducatur. Quod institutum nrm
siue foeliciter vt optamus, siue secus nobis cedet, nobis
locus erit semper Sanctis^mo domino nrō vindicandi eū
in domino Archiepō de quibus criminatur. Namque
etsi nosipsi certis legittimisque de causis immiscere nos
vindicacioni isti noluimus, alias tamen personas qui:
bus hoc officium demandare Sanctitas sua dignabitur
in exequutione impedire nolumus partim propter Sancti:
tatis suē authoritatem, contra quam, non agere modo
aliquid indigne, sed ne cogitare quidem consueuimus
partim eciam propterea, ne si defensionem D. Archie:
piscopi susciperemus, in suspicionem apud Chris:
tianos Principes adducamur, consilium et assensum nos
illi in hiis prębuisse, in quibus fortasse id quod nobis
penitus non constat, reus deprehensus et damnatus esse
possit. Preterea quod de pace inter multos et Mtem Cae
saream factas et de Coronatione eius ~~litteris~~ Mtis nos certiores fecit

D. Vrã Rma vehementer nobis et gratum et iocun-
dum extitit, hanc etenim Coronationem cum pace Summo-
rum Regum et Principum coniunctam, magnum fructum
ocii et tranquillitatis publicae propediem allaturam spe-
ramus, ad cuiusque confirmationem et amplificationem
nos omne studium diligenciam, et vires etiam ipsas pro
facultate nrã impendimus et accomodamus. Cete-
rum agentibus nobis hieme proxime preterita Conven-
tum Regni nri generalem, partim de domesticis nris
negociis: partim etiam de impendentibus reipublice
Christiane periculis, Consiliarii et Regnicole nri conside-
rantes aetatem nram ingravescentem, et horum tempo-
rum motus, et malignitatem, volentesque turbas et se-
diciones omnimodas que vacantibus Regnis continge-
re solent prevenire, nos impense rogarunt, ut filium
nrm charissimum iam paulo ante ad Solium Magni Du-
catus nri Lituanie sublimatum, etiam in Regem Po-
lonie eligi permitteremus. Quorum fidelissimis co-
siliis cum annuissemus, confestim universi, miro quo-
dam et unanimi consensu elegerunt in Regem, ipsum
filium nrm charissimum, et die vigesima Februarii hic
in Ecclia Cracovien maiori Coronarunt, Quam co-
solationem nram, et ipsius Serini filii nri provecti-
onem Vre. Rme. Dni cuius singularem erga nos
propensionem et benevolentiam exploratam habemus
significandam et declarandam duximus nihil dubita-
tes, futurum hoc illi gaudium nrm commune. Quod
reliquum est à D. Vrã Rma plurimum rogamus
ut nos et obsequia nrã simul cum omnibus officiis ser-
uitutem Sanctissimo dnõ nrõ comendet et ipsa foeli-
cissime valeat sitque diutissime salua et incolumis Dat
Crac die XXVa Aprilis Anno Mo.Do.XXXo regni nri
XXiiiio

Sigismundo primo Regi Polonie

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Regni Polonie Vicecancellarius

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum comendaciom. Dns Custos Opalienski Orator Mtis vre Serme ex Hungaria reversus heri huc applicuit. Qui refert Sermum Regem Ioannem propensum admodum esse ad ineundam concordiam et pacem cum Sermo Rege Ferdinando modo hec ipsa pax et concordia non alio in loco nisi in Regno Mtis vre tractetur Namque censet Mtas illms Vratislaviam ad hanc rem non esse locum convenientem et comodum ob multas legittimas et necessarias rationes Tempus etiam ad quod mittendi oratores essent huc in Regnum Mtis vre Mtas illms ad festum Sancti Iacobi prorogari voluit fortasse propterea vt ad tractacoem concordie Orator Mtis eius ex Turcia redire possit quem proximum illuc sicut visum est Mti vre Serme mittere decrevit, sicut hec et alia que habet in mandatis Ds Opalienski Mti vre Serme coram exponet cui obviam in Proschovice usque veniet ego tamen hec Mti vre Serme summatim presentibus declarare volui vt interea meditari possit quid fuerit Sermo Regi Ferdinando his de rebus scribendum Comendo me rursus et humilem servitutem meam in gram Mtis vre Serme Quam sanam salvam et cum Serma Coniuge et omnibus liberis semper foelicissimam esse vehementer desidero Dat Crac XXI Maij Anno domini Mo D XXXo

Ioannes Dantiscus orator apud Ces:
~~Petro Tomicio Epo Crac: Vicecancell:~~
Bernardo fratri suo.

Charis^me frater Bernarde. Quum hinc abieris, sis itineris tui diligens, et quantum potes matura, ut sospes ad Regiam et Rlem Mtem peruenias, ubicunque illas cum Curia sua agere intelliges, quo postquam veneris, Inprimis te ad Rmum dominum meum Epm Cracouien conferes. et si forte fortuna non adesset, usque ad decem miliaria eum inquires. eique humiliter comendabis, et lras ei inscriptas reddes, quas cum perlegerit hanc etiam Instructionem ostendes, et deinde omnia facies, quecunque tibi mandauerit, quod si forsan remotius quam decem miliaria abesset à Curia, hec infrascripta, que literis committere omisi, seorsum et nemine presente Regie et Rli Mti referes, et literas colligatas sub hoc signo Rmo domino Cracouien inscriptas, Mtibus eorum offeres

Dices Rmo domino Cracouien, aut si non aderit Regie et Rli Mti quod hic nomine Coesaris, ex relatione domini Cornelii, qui Mtem Regiam semper iustificauit, multa proposita sunt, in Consistorio Pape contra Rmum dominum Archiepm Gnesnen, quomodo ille contra voluntatem Mtis Regie Nepotem suum dominum Hieronimum Laski, immisisset prouentibus suis Ecclesiasticis, ut adesset Palatino Transiluanie, contra Ferdinandum Regem, et quod ille tractasset hec pacta inter Palatinum et Turcas, contra Ferdinandum Regem.

Turcasq in Austriam duxisset, denunctians prius ~~Ferdi~~ Ferdinando re:
gi hostilitatem per lrãs suas proprias, et pleraq alia, que
in processu contra illum videbuntur, pro quibus cum
ego nomine Pontificias quesitus essem, respondi me iam sex an:
nis abfuisse à Mte Regia, et me istarum rerum non ha:
bere scientiam, protestatus si quid contra eundem Ar:
chiepm statui deberet, ne fieret in preiudicium Regie
Mtis, et regni eius, unde tandem contra ipsum Archie:
piscopum decretum fuisset monitorium, et ad me una cum
literis Rmi domini Cardinalis Sanctorum Quattuor lrãs
missum, ut illud ad manus Regie Mtis reddi curarem
sub ea condicione, q si Mti eius placeret, talis contra Ar:
chiepm processus, et subinde fieret executio, et publica:
retur. Ego vero cum hanc condicionem adiectam vide:
rem, et q tale monitorium à protectore Regni Cardinali
Sanctorum Quattuor una cum literis eius Mti Regie in:
scriptas ad me mitteretur, non potui recusare quin susciperé
et hanc potissimum ob causam, ne viderer Caesarianis sus:
pectus, q Turcarum et illis adherentium partes tuerer
factumq est etiam ob id, q tale monitorium arbitrio Re:
gie Mtis permittitur: quo cognoscatur, si parti adverse
Ferdinandi Regis Mtas Regia faveat nec ne? Qua:
doquidem, si monitorium habuerit executionem, iam Mtas
Regia liquido animum suum erga Ferdinandum Regé
declarabit, et omnem suspicionem de Turcis abolebit

Quodsi Mtas Regia voluerit, q hoc Monitorium sor:
tiatur effectum, dices q Rmus D. Cardinalis de Tratti:
naria, supremus Caesaree Mtis Cancellarius, qui istud
Monitorium ex parte Caesaris procuravit, Mtem R.
summopere rogat, ut habito respectu serviciorum, et pro:
pensionis quam ille serio et non inutiliter rebus Mtis regie

atq Rtis iam non semel impendit, vt ei faceret gratiam de prouentibus Archiepatus per modum pensionis qz dum viueret, quod inde haberet quolibet anno, quantum beneuolentie Mtis regie videretur, relicto ipso Archiepatu vna cum titulo, quem conferre posset cui vellet, in votis et voluntate Mtis regie. rogatq idem Cardinalis Lateranus Rtem Mtem, vt hoc desiderium suum apud Mtem regiam promoueat, quo in effectum deducatur. offerens se in posterum (sperat enim bonus senex aliquando altiorem gradum) Regie et Rti Mti earumqz negociis bonum se semper amicum futurum. Et q ea de re Credenciales in personam meam ad Regiam et Rtem Mtem scripserit quas cum aliis reddes. Ipse enim asserit, si Mtas Regia voluerit, q Accomitorium habeat executionem Archiepi Gnesnen omnino debere destitui officio suo et deponi.

Ista referes vel potius legenda dabis Rmo domino meo Epo Cracouien, rogabisq vt ea sic in noticiam Regie et Rtis Mtis deducat. vel si hoc ei inconueniens videbitur, vt te instruat quo ista, seorsum, et secrete, in vtriusq Mtis cognitionem perferre possis. ne, cum sint odiosa grauius mihi odium excitent.

Exponas etiam Caesarem igr non iuisse Romam, Quemadmodum destinauerat in animo ibidem Coronari, q non satis fidebat Pontifici. Nata fuit ista suspicio ex contractibus Epi Atrebaten is nomine Regis Francie, egit Oratorem apud Pontificem, qui conabatur in oppido Turino Subaudie, Caesarem cum Rege Francie, vt ibidem conuenirent, coniungere, et nescio quid tale Caesariani suspicabantur, quod erat latere fraudem, et ne illa, inter

eundem, vel Rome erumperet, dissimulauit Caesar, praetexes causam, quod necessario quam primum cum fre in Germaniam co: uenire, et ad Conuentum Imperii proficisci cogeretur. Sicque hic est Coronatus, multo commodius et Securius.

Rogabis Rmum D. meum Cracouien, vt me tandem sua intercessione hinc liberet, nam diutius in istis difficultati: bus et laboribus hic immorari non possim. Iam enim etas mea, quamcumque etiam quietem sibi deposcit, sumque istius modi morbis factus obnoxius qui negociis et itineribus sunt contrarij. Quod idem humiliter vtrisque Matibus ex: pones.

Quod reliquum est, tu cura vt ista suprascripta cum Rmo domino Cracouien, et in absentia apud Rlem Matem seorsum vt tibi dixi, transiges, atque de omnibus resolutus quantum potes citius, ad Curiam Caesareae Matis vbicumque illa erit, ad me reuertaris. deus te saluum ducat et re: ducat Ex Bononia 17 Marcij Anno Mo. D. xxxo

Dices etiam seorsum Rmo domino meo Cracouien, quod quum omnia iam essent parata et abitues, litereque in fasciculos co: cluse, ad me missas fuisse lras domini Cardinalis de Cat: tinaria, Cancellarij Caesareae Matis, ad Regiam et Rlem Matem, que mihi fidem facere debent, superhiis que illi: us nomine vt est in ista Instructione Regie et Rli Mti de prouentibus Archiepatus exponi debent. Item quod etiam in ea re contra Archiepm dominus Cornelius Mti Regie et domino Chowinski scribat, in his omnibus standum erit voluntati domini Rmi Crac. Et quod ego etiam in istis vltimis quedam adhuc que hic acta sunt et

in prioribus omisi, Regie et Rli Mti descripsi, illisq[ue] exem:
plum expeditionis pro duobus millibus Ducat[orum] ad minus, quos
ego preter commissionem ex me ipso, Rli Mti à Coesare ob:
tinui, ex quibuscumq[ue] prouentibus in generali, quos Coesar
habet super Ducatu Baren[si] vnde mihi Rlis Mtas non
deberet succensere, nam eam pecuniam, Coesar dedisset, quo
me magis contentum à se dimitteret, putás forsan me etiá
inde aliquam partem habiturum. Qua in re non ambió ali:
ud, q[uam] graciam Rlis Mtis, et q[uod] mihi esset paulo benig:
nior.

Reddes etiam certiorem dominum meum Rmu D. Craco:
uien[sem], q[uod] Epus Gurcen[sis] Titulo tenus, quem Balbum vocamus
in Coesaris et Pontificis Conuentu, in plurima negocia se in:
gessit, in quibus nullos habuit successus, habitusq[ue] est à
Coesare pro exploratore Pontificis, qui se ad omnes Consi:
liarios Coesaris solebat insinuare, et quicquid rerum intel:
ligere potuerat, deferebat ad Cardinalem Sanctorum Quat:
tuor et ille ad Pontificem, Isq[ue] ad presens cum intellexis:
set Coesarem huic abiturum, me non semel molestauerit,
vt pro eo ad Illm D. Comitem de Nassau intercederem, quo
illum Coesari commendaret, vt eum qui in Germania in re:
bus Lutheranis multa posset, et qui in his rebus Coesari
bene posset inseruire etc. Quod ego feci, quumq[ue] ea de re allocu:
cutus fuisset Coesarem, dixit mihi illum respondisse, q[uod] per
alios etiam tractauerit, vt eum secum in Germaniam du:
ceret. sed quum compertum esset eum iturum, vt Pontifici
omnia describeret, que expiscari posset, q[uod]q[ue] Pontifex, eo pro
exploratore vteretur, non fore consultum, vt talem secum
haberet, iussit tamen ei responderi, q[uod] cum ipse Coesar cum fre
suo Rege Ferdinando conuenirent in Tridento, ibidem
se tractaturos, quos viros idoneos ad ea negocia eligen:
dos censerent, q[uod] si ille futurus esset vnus, id eum non debe:
re latere, Sic eum Coesar per me à se expediuit, Quum
bonus iste Ardelio videns non posse assequi quod peteret

vt tamen reet, minctus est forsan à Pontifice, Cardinali Ca:
peio, qui designatus est Legatus in Germaniam. Et paulo an:
te intellexi, q̄ se iactauerit iturum in Poloniam ad M^tem
Regiam, apud quam auctoritate plurimum valeat, suspi:
corq; eum hoc facturum, vt comissionem aliquam pro Orē
à M^te R. habere possit, quo sub isto pretextu commodius in
Curia Caesaris et in Germania officium suum explorandi
et deferendi exercere posset. Intellexi q̄ ad Pileum his ar:
tibus aspirat, Quod igr̃ per te in noticiam domini R^mi
Cracovien̄, atq; etiam secreto Regie et R^lis M^tis deduce:
dum existimaui, q̄ si ille venerit, ab eo cauere sciant.
Iampridem tractauit per quosdam dominos Regni Pol.
vt esset apud Pontificem M^tis Regie Orator, vt cum
iam fidem apud Hungaros, et apud Regem Ferdinand
amiserit, illam se apud Polonos habere ostendere posset.
Hec omnia sic à me scripta R^mo domino meo Crac offe:
res legenda, et me dominationi sue R^me humiliter cō:
mendabis. Vale et saluus redi.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Duci in Prussia

Illustris Princeps et domine Nepos nr̄ char^me. Quoniam cū
hic ageret Ill^tas vr̄a visum erat nobis necessarium vt
negocium profectionis in Liuoniam Ill^ris domini Marchionis
Vilhelmi cum Oratoribus nr̄is ad Consiliarios Magni
Ducatus Lithuanie referremus, quibus inconsultis tali
in re quidq; statuere integrum esse nobis non debere sci:
ebamus celerius, q̄ per eum nunctium, certi nihil de eorum
sententia Ill^ti vr̄e scribere potuimus, nam super hoc pri:
die modo à primis Consiliariis nr̄is responsa accepimus
que ita se habent, vt nobis secundum illorum rationes nō

videatur fore tutum iter quod terra Liuoniam versus Illris
dominus Marchio Vilelmus Nepos nr meditatur. Nam
preter id q non paruum discrimen illi afferre posset si ab
Oratore nro ad Sedem Mgri Liuonie clam traductus, so:
lus deinde ad dominum Archiepm Rigen, qui magno loci
interuallo distare illuc dicitur se conferre debeat, suspe:
ctam etiam nobis hanc rationem itineris facit seditio et
motus Liuonie prouincie, quem illic propterea grauem
excitatum nunc accepimus quod de consiliis que dominus Ar:
chiepus clam cum fratre Illtis Vre et Nepote nro fa:
cere instituit homines sint facti certiores. Quare nobis
non videtur vt Illtris dominus Marchio Vilelmus
vadat in Liuoniam cum Oratoribus nris ex causis su:
pradictis Si tamen Vra Illtas de eo illuc mittendo
institutum non mutauit, tutius multo erit illi naui
cum Mercatoribus ad dominum Archiepm ~~Regnum~~ Rigensem
traijcere, quam in periculis eiusmodi terrestribus salutem
simul cum vita periclitari. Quod tamen nos Iudicio
et prudentie Illtis Vre committimus, quam nihil
nisi oportunum ad hanc rem amplecti debere non du:
bitamus Valeat foelix Illtas Vra et sit diu cum suis
incolumis Dat Crac xiii Maii Anno M. D. XXX
Regni nri XXIIII

Sigismundus primus Rex Poloe Georgio Duci Saxonie . Marchioni Misßne .

Illtris Princeps et domine affinis nr charme. Orator noster
quem in Pannoniam ad Regem Joannem suadende concordie
gratia miseramus, intra hos paucos dies rediens, retulit
nobis ipsum Regem Joannem grato accepisse animo nos qu
Illte vra conciliande concordie et pacis inter se et Sermu
Regem Ferdinandum prouinciam suscepisse: ad eamqz pa:
cem et concordiam ineundam humaniter propensum et in:
clinatum esse, non magis vt adhortacioni vre satisfaciat,
qz vt calamitate et iactura graui Regnum Hungarie li:
berare tandem possit. Atqz vt hoc quod verbis proposuit
facto comprobetur, Orator retulit ipsum Regem Joannem
pollicitum esse se facturum, vt insignes abs se Oratores
ad tractacionem tanti negocii mittantur: quos tamen cum Vra:
tislauiam vel in alium locum Sermo Regi Ferdinando addictu
ex legittimis necessariisqz rationibus se mittere non posse di:
ceret, huc in Regnum nostrum quocumqz videretur se mis:
surum esse promisit. verum vt copiam temporis habere
possit quo per Oratorem suum apud Imperatorem Turca:
rum id ageret ne illo inuito concordiam et pacem cum Sermo
Rege Ferdinando ineat missionis Oratorum tempus ad fes:
tum Sancti Jacobi designauit

Caeterum quod ad Inducias annuas attinet, Orator retulit
illum in presens assentiri noluisse: verum esse pollicitum
se mandatum plenum ad Inducias statuendas fore daturum
iis quos ad tractacionem concordie mittere debet, vt tum de:

mum de Induciis transigatur, cum non frustra illas statui debere certum esse possit. Quare cum hec ita sint, nos de illis certiorem facere Illtem vram presentibus voluimus: quam plurimum rogamus, vt Sermo Regi Ferdinando persuadeat quo et ipse quoque concordiam et pacem, cum aduersario suo amplecti: Oratores huc in Regnum nrm, ad festum Sancti Jacobi, in quem libuerit locum, cum pleno mandato mittere: demum ad hec omnia, et illa que per oratores Illtis vre significauimus, certum et definitum nobis responsum per Illtem vram propere dare velit, vt vicissim et nos tempori de iis Regem Joannem instruamus, namque veremur, ne per nimiam cunctacionem et moram diuturniam aliquid alieni intercidat, quod salubberrimum institutum de pace nostrum impedire possit Valeat optime Illtas vra, et sit quam diutissime incolumis et foelix Dat Cracouie penultima May Anno domini M° . D . XXX° . Regni nri 24

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie Marchioni Missne .

Illrus Princeps et domine affinis nr charme. Ex lris Illtis vre quas nobis viii die mensis presentis illius reddidit Nuncius, abunde vtrumque perspeximus: quod scilicet agente ac referente Illte vra Sermus Rex Ferdinandus, et affinitatem nobiscum instituere, et ad tractacionem concordie cum aduersario suo Oratores mittere decreuerit, secundum ea que nos hic simul cum nunctiis Illtis vre commoni deliberatione statueramus Induciis tantummodo et armorum suspensione non admissa que nobis ad susceptum negocium summe videbatur necessaria. Quequidem res sunt nobis

vel hoc nomine gratissime, quod initia et ingressum ad tractatus pacis nobis polliceantur, quibus inchoatis spes est et cetera omnia ex voto, domino deo cooperante processura esse. Illtis autem Vre sollicitudo et opera tam in his que in affinitate nobis concilianda prestita, longe charissima nobis extitit: quam omni benevolencia nos semper prosequi et liberali gratificatione vicissim Illti Vre volumus per omnem occasionem referre.

Caeterum quia ante adventum Illtis Vre Nuncii ad nos miseramus quoque istuc ad illam nuncium nrm cum litteris scriptis de responsione Ioannis data Oratori nro. confidimus Illtem vram cognita ex illis Regis Ioannis voluntate: collatisque eius et Sermi Regis Ferdinandi rationibus: non expectato eciam prefati nuncii reditu ea iam istuc curare que ad promovenda utiliter cepta studia nra pertinere videbuntur. Nam et Sermus Rex Ferdinandus et illius adversarius de die, de mittendis Oratoribus, deque Induciis et armorum suspensione minime sunt inter se differentes, nisi quod de loco oratoribus assignando Rex Ioannes ita se animatum esse nobis declaravit, ut nusque illum nisi hic in Regno et dominiis nris acceptare, et assignatum approbare velit. Super quo cum et nos nunc primum cogitaremus, que potissimum Civitas in Regno nro ad id apta esse posset: ex omnibus aliis Posnaniam magis omnibus accommodatam et propinquam esse censuimus. Quare Illtem Vram rogamus, ut propter commune bonum apud Sermum Regem Ferdinandum instare et operari velit, quo illius Mtas Posnaniam Ores suos simul cum Oratoribus Illtis Vre ad diem Sancti Iacobi mittere non gravetur, quo et nos quoque nros mittere non negligemus: et Regi Ioanni ut ipse illuc mittat persuadere curabi

demqꝫ omnem curam et diligenciam meam ita accomodabimus vt bonis condicionibus pax et concordia inter Sermum Regem Ferdinandum et illius aduersarium stati et perfici possit: pro bonore primum dei omnipotentis: deinde eciam pro singulari omnium Chrianorum consolacione, Mtas modo vra quantum in se quod est persuadere Sermo Regi Ferdinando curet que ad concordiam oportuna videbuntur: et nos propter angustiam temporis certiores cito faciat quid de loco illius Mtas statuendum censuerit, vt et nos vicissim Regi Ioanni mature id declarare possimus. In quo Mtas vra rem nomine suo dignam, publice vtilitez et nobis ante omnia gratam faciet Que bene valeat: sitqꝫ semper foelix et incolumis: et nos diligat Datum Cracouie Sabato ante Trinitatis que fuit XXI Iunij, Anno dni M° . D° . XXX° Regni nri XXIIII°

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell
Luce de Gorca Castel° Posn. Capit° maioris
Polonie generali.

Magce domine domine frater et amice honorandissime. Facere non potui quin eunti istuc Doctori Iacobo aliquid literarum ad Mgciam vram darem. Nam etsi ille ita sit industrius vt me etiam silente de rebus que hic aguntur Mgciam vram instruere possit, officii tamen ratio et amicee coniunchonis vinculum, vt aliquid scriberem suadebat Quare saluto primum et viso Mgciam vram precibus quam omni tempore foelicem et incolumem esse cupio

Illtris Dominus Dux Saxonie iam perscripsit Mti Regie Sermi Regis Ferdinandi hanc esse voluntatem et assensum vt cum aduersario suo tractacionem de pace

Legatis in aliquem locum (de quo adhuc deliberatur) missis
meat, a qua tamen voluntate factum eius magnopere mihi
videtur dissentire, audio enim mitti à se in Hungariam equi:
tum et peditum non contemnendas copias quas si concordie
studere vellet videtur mihi non fore missurus, tn̄ hec deus
dirigat vt volet in melius, Mtas certe domini mei non cessa:
bit in hoc elaborare vt aliquid de pace pro bono publico inter
hos duos Principes possit constitui. Dominus Opa:
lensky est profectus in curam administrationemque Serm̄i
D. mei filii quod officium non modo ipsi sed et toti eius fa:
milie amicisque non modicum honorem et vtilitatem affer:
re poterit si ipse vt consuevit prudentia sua deesse si:
bi hoc in loco noluerit quod illum confido facturum
esse. Alia hic non sunt, si que tamen erunt Doctor
Iacobus coram verbis Mcie exponet et ego posthac
scribam. Interim me Mcie vre amori et benevo:
lentie fraterne commendo Quam sanam et foelicem
esse quandiutissime opto Dat Cracovie xvi Iunij
Anno domini M° D. XXX°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andree Crziczki Epo Plocensi.

RXME in Chro Pr et domine Nepos charme. Magnas ago gratias . Dni vre Rxme quod me crebris suis viset et salutat: lris quod illius offitium cum sit mihi charum et Iucundum dabo vicissim operam vt pariter illi meo studio et diligentia scribendi respondere possim modo id quod velim quodque satis foret gratum argumentum stilum simul cum voluntate mihi non fraudet . scripsi nuper . D. vre Rxme de Regis Joannis Inclinato ad concordiam animo, quem si eque pre seferret Sermus Rex Ferdinandus spes foret non modica cito conciliandae pacis et eius que ex dissensione illius et eius adversarij in Pannonia orta est calamitatis avertende, verum cunctatio illius et in respondendo tarditas facile mihi persuadet animum illius a tractatibus pacis abhorrere, spe aliqua fortasse proposita de aquirendis in Conventu Germanie Principum auxilijs . tametsi aliqua que ad concordie tractationem pertinent se facturum esse Mti Regie per dominum Ducem Saxonie declaraverit . Ac ea quidem de causa quod in aliquibus articulis cum Rege Joanne diversum senciebat, et quod locum in quo congregari legati pacificatores deberent Wratislaviam delegerit . Mtas regia denuo ad illum scribere est coacta . In quo cum responsum acceperit, prosequetur sicut cepit suma cura hoc negocium de pace susceptum ad optatum finem dirigere, Nam tacente Rege Ferdinando Mti sue non est integrum aliquid his de rebus vel inchoare vel

statuere/ Posnaniam quod vulgo istic circumfertur Mtem Regiam ire debere non puto, tametsi illmis Mtem eius sententie esse sciam vt si hic in Regno tractari concordiam vtroque Rege permittente contingat Posnaniam capessendam illis persuadeat

Ceterum quod ad prepositurram Eccle Sancti Floriani attinet, res equidem eiusmodi est vt excusatione apud me non egeat, tamen quia hec ita D. vre Rme scribere libuit boni consulo, et quod illi propter Nepotum suorum vtilitatem facere placuit mihi etiam non potest non placere. Quod restat de munusculo mihi misso plurimas ago D. vre Rme gras, In quo non tantum elegantiam vel pondus specto, quantum animo quo me Rma D. vra prosequitur, delector. Commendo me amori et beneuolentie D. vre Rme quam sanam et foelicem semper esse summe desidero Dat. Crac. xxv Junij. Anno dni Mo D. xxxo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancel Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocensi.

RME in Chro Pr et domine maior ac amice honorande. Cognoscet D. vra Rma ex lris Mtis domini mei ad Serenissimum Regem Hungarie scriptis quid fuerit in causa quod hucusque Mtas sua non fuerit facta certior quem in locum Oratores suos mittere ad tractandam pacem debeat namque id profecto non negligentia aliqua Mtis dni mei sed Sermi Regis Ferdinandi potius in respondendo tarditate accidit qui binis literis super hoc negotio iampridem acceptis me vsque ita respondit quod nequaquam alio

quam Wratislauiam Oratores suos mittere vellet. In qua re cum sit frustra amplius Regem Ferdinandum inter: pellare magnum mihi equidem et egregium facinus fac: turam fore D. vram Rmam persuadeo si Serenissimi Re: gis sui animum in hac parte moderetur et persuadeat sue Mti vt dimissa de alio loco controuersia (que in tanta re nullius momenti esse debet) Wratislauiam Oratores suos mittere, pro suaque Regia clementia et humanitate id quod publice rei Christiane vtile fore speratur celerius iam tractare incipere dignetur ali: oquin enim res in magnum belli discrimen reditura apparet; Sed ego hec prudentie et ingenio singulari D. vre Rme committo quam certo scio commodo et vtilitati publice quam affectionibus vllis conten: ciosis fauere / gratissimum est mihi de bona volen: dine R. mi domini Epi Sirmiensis ex literis vre Rme D. intellexisse, a quo accepi etiam nuper literas, quas ad me ex Gallia scripsit vtcumque mutato de indus: tria nomine quem vt sanum me intellexisse gaudeo ita cito redneceff bonisque munctis et auxiliis omnibus esse vehementer opto. Commendo me amori et beni: uolencie D. vre Rme quam rogo plurimum vt me isti Regie Mti diligenter commendare velit et va: leat foeliciassime vra Rma Do Datt Crac xvi Julii Anno domini M° : D: XXX°

Ioanni Regi Vngarie
Petrus Tomiczki eps Crac
Regni Polonie Vicecancell

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime,
Post humilem seruitutis et oracionum mearum commendacionem
Allate sunt huc his diebus lre ad manus meas, Inscriptio:
ne quidem Illme domine Hedwigi Serme Domini mei filie
pertinentes re tamen vt opinamur sua illas ad Mtem
vram ex Gallia misse. Quare ego illas missu illis
sue cum praesentibus mitto Mti vre Serme cui me
simul et seruitutem meam humillime commendo foelicissi:
mamque esse semper et optime saluam et incolumem vehe:
menter desidero Dat. Cracouie xxiiij Iulii Anno
domini M°. D. XXX°.

Petrus Tom. eps Craconien Vicecancell
Luce de gorca Castell. Posnaniensi &
Capito maioris Polonie generali.

Mag.ce domine, domine et frater honorandissime. Magnopere
me recreauit Mgae vre Nuncius qui mihi illam bene sal:
uam et incolumem esse retulit, Salus enim Mgcie vre
super omnia est mihi vt merito debet, charissima, . Cae:
terum et ex lris Mgcie vre magna pars voluptatis
mihi accessit quod ex illis perspexi valetudinem meam
illi summe cure esse, pro qua amica significatione ego plu:
rimas ago et habeo Mgcie vre gratias illamque vicissim
illamque vicissim presentibus viso et fraterne quam maxie
possum saluto. Hic apud nos noui nihil habetur preter

hoc qd indústerrimus dominus Iacobus Sczzigmierski Regis, Ioannis Oratorio munere fungens hic mortuus est. Mtas domini nri vt cepit nunc etiam laborare non cessat vt SErmus Rex Ferdinandus cum Rege Ioanne de condi: cionibus concordie et pacis inter se tractare incipiant

Quibus id tantisper propterea persuadere non potuit, quod Rex Ferdinandus non alio quam Wratislaviam et Rex Ioannes contra nisi in Poloniam Oratores se mis: suros esse promittant. Spes quam de reperiundo argento Mgcia vra habet, plurimum me delectat. Namqz cuperem vehementer, vt aliquando opulentiori qz frugum feracitate patria mea augeatur Commendo me amori et beniuolencie fraterne Mgcie vre Quam foelicem semper esse et cum suis omnibus bene incolumem vehemē: ter desidero Dat

Petrus Tomic. Eps Crac. R.P. Vicecancell
Ioanni de Lasco Archiepo Gnesnensi
Primati. Legato nato

Rx. Me in Chro Pr et domine maior honorande Accepi lras P. vre. Rx me quas ad me scribit de mittendo in Vr: bem Romam familiari suo in Comitatu Oratoris Regii super quo cum ego cum Mte Regia conferrem perspe: xi id non fore contra mentem Mtis sue. Verum de tempore quod ad profectionem P. vra. Rx ma. post festum Visitacionis beatisme virginis Marie ad: notauit, cognoui Mtem suam aliter sentire Namqz pro: pter nimios estus qui sub illud tempus interuenire solent et propter racones expedicionis domini Sbaski videretur Mti sue tempus ad proficiscendum magis

aptum circa finem Mensis Iulii vel principium Augusti

Caeterum quia veretur Mtas sua vt propter familiarem D. vrae Rmae aliquid impedimenti in itinere Orator Mtis suae habeat, persuadet sibi vtile fore vt hanc missionem Smi Nuncii celare ab omnibus velit. P. vra Rma, vtque illum non hic Cracouiae sed extra alicubi congredi et coniungi cum domino Sbaski faciat, Interea vero dum se parat dominus Sbaski in aliquo loco Crac vicino illum collocet. Quare cum hoc consilium Mtis Regiae P. vra Rma intelliget, apud se constituere velit, si commodum nec ne id fieri hoc ita arbitretur. Nam quod ad me attinet non grauabor opera et diligentia mea adesse causae vrae Rmae D. et cum profecturus erit Orator Regius instruam eum diligenter qua ratione illam excusare debeat, modo et P. vra Rma suum familiarem instruat quo pacto se in vrbe gerere et illam tutari recte debeat

In casu qui in bonis P. vrae Rmae Louiczien contigit date sunt lrae domino Sudolski vt res postulare videbatur de reliquis si quae scire vellet. P. V. Rma ipse dominus Sudolski illam edocebit ego me et officia mea P. vrae Rmae ex animo commendo Quam saluam et incolumem Smus et foelicem esse vehementer opto Datum Cracouiae XXa v Iulij Anno domini M.o D.o XXX.o

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Georgio Duci Saxonię Marchioni Missnę.

Ill: Princeps et domine, domine affinis noster charissime. Rece-
pimus literas Illmae Vrae quibus declarat gratum sibi fore, quod
ad ineundam affinitatem cum Serenissimo Rege Ferdinando
animum nos induxisse cognouerit. et miratur quod nuncius
noster quem nos istuc ad Illmam Vram misisse cum literis nostris
scripsimus huc usque non sit illi visus. Postremo significat
quod Sermus Rex Ferdinandus adduci non possit, ut mit-
tere alio quam Wratislauiam Oratores suos de pace trac-
tanda velit, ex quibus quemadmodum illud nobis intel-
lexisse fuit iucundum, quod voluntas nostra de ineunda cum
Sermo Rege Ferdinando affinitate satisfaciat Illmae Vrae
ita vicissim id quod de non acceptis literis nostris, et non vi-
so nuncio, deque obfirmato animo Sermi Regis Ferdinan-
di in non mutando Wratislauiae loco Illmas Vra scribit
vehementer nobis erat molestum, multum enim et haec
nostri nuncii tardacio si forte non periit, et haec Sermi Re-
gis Ferdinandi mens de loco constans, nostris ac Illmae Vrae
consiliis morae affert et impedimenti, ac si forte eciamnum
noster non peruenit Nuncius, sciat Illmas Vra nos id in il-
lis literis quas ad illam tulit de Rege Ioanne scripsisse quod per-
suasionem et hortacionem nostram quam de accipienda pace et tra-
ctanda concordia per Oratorem nostrum fecimus beneuole excepe-
rit, quodque ad mittendos vbilibet hic in Regnum nostrum Orato-
res pro festo Sancti Iacobi proxime instante fuerit assensus.
Wratislauiam enim multis ex causis se non fore missurum
Oratores vllos constanter negauit. Quum vnicam rem, cum
animaduertissemus nos salubri instituto nostro minari impedi-

mentum: rogaueramus, illis tu literis vestram Illem ut apud Serenissimum Regem Ferdinandum instaret, quo dimissa Wratislauia Posnaniam Ciuitatem hic in Regno nostro ad tractanda tanta negocia, et mittendos quosque Oratores aptam acceptaret, iamque illuc Oratores ad diem decretum mittere non grauaretur. Nos vero hic vicissim per literas diligenter apud Regem Ioannem interea egimus, ut si forte Serenissimus Rex Ferdinandus a Wratislauia que semel illi et nobis iam placuerat discedere nollet, ipse ad mittendos iam illuc suos Oratores assentiretur, quod cum persuadere illi nequaquam potuerimus, propterea quod dicat se nullo modo posse nec velle suos Oratores ipsis eciam inuitis in Dominia Serenissimi Regis Ferdinandi cum quo res sibi nunc est mittere, Illem vestram nunc rursus rogamus ut pro suo consilio et prudencia istas auertat difficultates, persuadeatque Serenissimo Regi Ferdinando, ne, ne controuersiam hanc de loco pluris facere velit quam id quod reipublice Christiane utile commodumque esse debeat neue propter id parui momenti impedimentum inchoatas nostras istas publicatasque actiones irritas et inanes esse permittat presertim cum nihil referat quo in loco res tractetur in qua bonus finis sperari fructusque publice utilis capi possit Quoniam vero ad angustiam temporis longinquitas loci multum nobis officiat, plurimum rogamus ab Illte vestra, ut his de rebus expedite celeriterque nobis respondere velit ut et nos quid sit agendum scire possimus et Regem Ioannem tempori quod sit acturus instruamus, Nam quod ad nos attinet non solum Oratores ad tempus et locum designatum libenter mittemus, sed et alia eciam omnia que in utilitatem publicam spectabunt. labori et impendio non parcentes sedulo prestabimus

Ceterum quod ad affinitatem attinet, nos sicuti semel decreuimus

ita iam id persequi perficereque ... quantum in nobis est cupimus et. Oratores meos si non videbitur ut hic coram in presentia vestra tractetur negocium, sive Vratislaviam sive alium quempiam in locum qui ad id fore aptus Serenissimo regi Ferdinando videbitur mittemus, modo ut commode et ad tempus convenire possint Oratores. dies illis longior quam ad quintamdecimam diem Augusti prorogetur de quo etiam nos Maiestas vestra cito facere velit certiores Que foeliciter valeat, sitque diu salva et incolumis et nos diligat Dat.

Sigismundo primo Regi Polonie Petrus Tomicius Eps Cracoviensis & Regni Polonie Vicecancellarius

Sacra Maiestas Regia et domine, domine clementissime. Post humilem servitutis et oracionum mearum commendacionem Recepi literas vestre Serenissime Maiestatis simul cum exemplo literarum Illustrissimi domini Georgii Saxonie Ducis ex quibus probe cognovi, quid et Maiestas vestra mihi mandet, et quid item Illustrissimus Dominus Dux apud Maiestatem vestram postulet et contendat, et tametsi quidem molestum fuit mihi intelligere Cubicularium Maiestatis vestre hactenus Auguste non visum esse cum literis, longe tamen illud molestius et grave, quod Serenissimus Rex Ferdinandus ita obfirmavit in animo de loco, ut preter Vratislaviam nuspiam alibi velit suos mittere Oratores, hec enim vel sola res saluberrimum Maiestatis vestre et Illustrissimi domini Ducis Georgii de pace institutum impedire facile poterit, presertim cum ex contrario Serenissimus Rex Ioannes declaravit se nullum locum in Dominiis Serenissimi Regis Ferdinandi amplexurum esse. Quare in tam angusta re et difficili

id mihi ad presens factu videretur necessarium vt Mtas
vra Serma, ita vt instituit, hec que prius per Cubicula:
rium suum scripserat Illmo domino Duci Georgio, nunc re:
petat, vtque illum persuadendo roget et hortetur quo Sere:
nissimum Regem Ferdinandum, aliquo consilio inducere
conetur, ad acceptandum hic in Regno Mtis vre Posna:
nie locum ad recipiendos sustinendosque tantos Oratores
Judicio Mtis vre aptum, Ad Regem autem Joa:
nem videretur expedire celerem mitti nuncium, per que
Mtas vra declaret illi se propterea hucusque de loco in que
oratores mitti debeant nihil scripsisse, quod per istos totos
dies laborauit vehementer lris et nunciis apud Sermu
Regem Ferdinandum vt de loco Oratoribus assignando
hic in Regno Mtis vre condicionem accipere non gra:
uaretur verum cum id frustra se egisse (perstante ipso
Sermo Rege Ferdinando in sententia sua de Vratisla:
uia) Mtas vra cognouit, nunc demum ad illum Artem
id perscribendum duxit, a qua vtissimum hortando mo:
nendoque Mtas vra petat vt non tantum Vratis:
lauiam abhorreat vt plus id quod in contencione par:
uique momenti est de loco facere videatur, quam quod pub:
lice quieti et tranquillitati vtile esse debet presertim
cum id quod fortasse veretur Vratislauie committi
pactis et lris securitatis caueri et prouideri possit
Exemplum literarum per Cubicularium Schtemkiez
chez ad Illmum dominum Georgium Ducem Saxo:
nie missarum quod Mtas vra mitti sibi mandat, re:
liqui Cracouie in Suppellectili chartacea, et propterea
illud nunc mittere Mti vre non possum, interea vt
iussit Mtas vra mitto illi exemplar literarum quo res:
pondendum esse Illmo Domino Duci Georgio mihi vide:
retur Quod Mtas vra pro sua singulari prudencia

indicare quantum conuenire possit dignabitur et postremo id respondere quod et sue dignitati et negociorum necessitati expedire videbitur / Commendo me iterum et seruitutem meam Mti vre Sermae Quam foeliciassimam semper esse et in longinquos annos cum Sermo filio et Serma Coniuge sua ceterisque omnibus liberis incolumem desidero Dat in Varzinacze xvii Julii Anno dni Mo. Do. XXXo

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancel. Chrofero de Szidlowec Castell. et Capitaneo Cracouien: Regni Polonie Cancellario.

Magce domine domine et amice honorandme, Simulatque accepi Mtis Regie lras, scripsi vtcunque ager id quod rescribendum Illmo domino Saxonie Duci censebam, quod literarum exemplar Mti sue vt iubet mitto, miror tamen Mgciam vram id ita permittere fieri vt mihi egro etiam absenti non parcat / ex his que scribit Illmus Dominus Dux Georgius, facile licet perspicere Sermum Regem Ferdinandum de industria ceptum hoc negocium difficultatibus innectere velle, vt quomodocunque se ab impetibus Regis Joannis et incursionibus Turcorum interea subtrahat, dum ipse consilia et validum exercitum ad reprimendum illum conquirat, sed id fit vtcunque ipsi lubet, hoc certe carere summa laude non potest, quod Serenissimus Rex noster pro bono publico laborare id non cessat vt ad pacem et concordiam isti Reges reducantur. Caeterum ago et habeo magnas Mgcie vre gras quod eorum que in nouis apud se erant me facere participem voluerit quod illius officium ego vicissim illi pariter ad omnem occasionem referre curabo Commendo me amori et beniuolencie fraterne Mgcie vre quam et foelicem et bene sanam atque

semper incolumem esse opto. Datum ex Vawrzinczicze
Anno domini M°. D. XXX°

Sigismundus I. Rex Poloniae Ioanni Regi Ungariae.

Serenissime Princeps et domine affinis noster charissime. Accepimus literas vestrae Maiestatis quibus declarat se Oratorem suum Spectabilem et Magnificum Ieronimum de Lasko Vaiwodam Transsiluaniae et Palatinum Syradiensem hunc ad nos mittere, subindeque postulat, ut illi ob securitatem veniendi, publicae fidei literas quas Saluum conductum vocant dari faceremus. Quae equidem postulatio sicut noua et praeter expectationem nostram oblata, ita prorsus non necessaria nobis videbatur. namque et beneuolentiae nostrae erga Maiestatem vestram rationes in alio opinionis loco esse conueniebat, quam ut Oratori illius sine publicae fidei literis ad nos venire non liceret et Maiestati vestrae dubitare non erat necessarium, nos absque ullis promissis vel literis Oratorem hunc illius sicuti et ceteros omnium Principum hactenus consueuimus, saluum illi fuisse praestaturos. Attamen cum haec consilia Maiestati vestrae in praesens sequi libuit nos utcumque non sine magna animi molestia et pudore scribi et dari huic nuncio literas publicae fidei fecimus de quibus datis Maiestatem vestram praesentibus facimus certiorem. Cuius nos amori et beniuolentiae fraternae commendamus valereque semper et foelicem esse ex animo optamus. Datum Cracoviae penultima Iulii Anno M°. D. XXX°

Petrus Tomiczki Eps. C. Vicecancell.
Ioanni Laski Archiepo Gnesnen. primati Legato nato.

Rme in Chro Pr et domine maior honorandme. Simulatq mihi rettulerat Dominus Georgius Mischkowski Cancellarius meus ea que in mandatis à D. vra Rma acceperat, ego Mtem Regiam conueni, contuliq cum illa hec que vel de mutando Oratore, vel de collega Seculari domino Zbaski adhibendo P. V. Rma postulabat in quibus hoc à Mte sua tuli responsum quod cum propter negotium P. V. Rme tantummodo mitti Orator debeat Mti sue non videatur fore necessarium vt vel solus quispiam Secularis vel Spirituali adiunctus, mitti debeat quippe quod et vnum in negotio et Spiritualem Spirituali preficere conueniat. Ac si quoq et hoc munus Seculari prestaret committere. Mtas sua respondit se neq D. Petrum Opalienski fore, missuram in cuius custodiam et administrationem Sermum filium suum tradere iam semel dignata est. Caeterum et de profectione domini Zbaski Mtas sua censet magis expedire vt non acceleretur, Namq Maiestas sua sperat Sicut Rndus Ds Joannes Dantiscus Electus Culmensis Mti sue scribit quod mortuo Rmo domino Cardinali Gattinario Coesaree Mtis supremo Cancellario qui hanc actionem contra P. vraz Rmaz instituit hoc ipsum etiam negocium et apud Summum Pontificem et apud Coesarem et Regem Ferdinandum silentio preteriri debeat quod si ita esset futurum, satius fore putat Mtas sua vt ab hac legatione paululum adhuc abstineat. Sed cum de hac re Mtas sua copiosiorem à domino Electo prenominato informationem

per Cubicularium suum expectet cuius reditus propediem
speratur existimat, differendam adhuc tantisper domini
Zbaski missionem dum is redit Cubicularius, vt ex iis que
D. Electus scribet nostrum possit quid agere in negocio P.tis
vre R.me expediat Quare cum hec sit Mtis sue de:
liberatio P. V. R.ma me certiorem faciat si illi ac:
quiescere vel quid aliud persuadere debeam, Sum enim omnia
P. V. R.me causa facturus, Interea tamen quando
Cubicularius Mtis Regie Augusta reuertitur Instruc:
tionem siue deliberationem suam. P. V. R.ma
mihique rescribat Commendo me ex animo vre R.me
P.ti Quam dominus deus diu seruet sanam sospitem et
foelicem Dat. Crac. v.a die penultima Julij Anno
domini M.o D.o XXX.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Hieronimo Laski Palatino Siradiensi

Mag.ce domine amice mi char.me ac honorande. Accepimus
lras Mgcie vre Buda ad nos datas ex quibus quod illam
ex Constantinopoli saluam et incolumem rediisse perspexi:
mus, plurimo gaudio fuimus affecti. nam et bonam valetudi:
nem et omnia fausta illi ex animo fauemus. Caeterum quod
de saluo conductu Mg.cia vra ad nos scripsit, simul atque
lras accepimus ad Mtem Regiam retulimus Cui etsi hac
rem molestam admodum esse perspeximus, persuasimus tamen vt
lre Salui conductus sicut Serenmus Rex Joannes et M.a
vra postulat concederentur quas nos scribi fecimus et nuncio
M.cie vre cum presentibus ferendas dedimus Cuius nos amori
et beneuolentie fraterne commendamus et cito ad nos saluam
et felicem venire optamus Crac penultima Julii M.o D.o XXX.o

X

SAlomon Sultan Cesar Turcarum Sigismundo primo Regi Polonie

Omnipotentis dei magnus seruus in die Iudicii, cum omnes
resurgent à mortuis vbi erunt omnes sancti et prophete:
et quis alius precedet illos nisi Machumetus Mustapha?
à nobis illius Sepulchro deuocionem, eius discipulis quos
dimisit predicare fidem illius qui sunt Abubekerz. Vmerz.
osman. hali. his omnibus Prophetis à nobis inclinacione

Ego omnium dominorum et Principum dominus: Asie Prin:
cipum et dominorum dominus: vmbra Dei omnipotentis
Albi Maris, et Nigri Maris Romanie, Anathulie.
Caramanie. vltra Mare. Affrice, Europe. Syrie.
Arabie. Iudee. Cananee. Gallacie. Themie.
Allexandrie. et Egipti. Necnon Magne Ciuitatis Al:
kairi. Ethiopie. Medie. et Lamechie. Libie. et Ma:
ris Indiaci rubrique. Regni Hierusalem. Samarie, et
Maris Thiberiadis. Damasci. Heliepic. Magna et An:
thiochie. Mesopotamie. Caldee, et magni Babilonis cum
maiori et minori Armenia. Parthie. Persie. Hiberie
Georginie, cum Mari Caspio. Trapesunti. Tamricie.
Capadocie. Cesaree. Pamphilie. Cilicie. et Tarsie. Ama:
sie. Paphlagonie. Frigie. Bithinie. Nicomedie. et Cal:
cedonie, necnon vniuerse Grecie. Tracie. Macedo:
nie. Thessalie. Peloponesi. Cheronti. Cheronesi. Alba:
nie. Bossne. Bulgarie. Valachie Scythie. Thartarie.

et multarum aliarum prouinciarum Imperii et Regni mei fortitudine armis virtute bellica per nros predecessores Imperatores Patrem et Auum acquisitarum et licet quedam Regna defecerunt ego tamen illa recuperaui gladio meo igneo.

Cum Mtas tua inter omnes Principes Chrianos sit etate maior et laudabilior Sigismunde Rex Polonie: meminit Mtas tua, qd antehac misit ad nos Oratorem suum ad tractandum de pace et ita fuit inter nos mutuo conclusum, qd simus amicis amici inimicis inimici: et secundum illam legacionem eiusqz conclusionem nos perseueramus.

Sed quia nonnulli domini foedera nobis non seruauerunt, ideo interuenerunt inter nos magne inimicicie: multe terre destructe: plurimi mortalium gladio absumpti, innumeri in captiuitatem educti et pereunt fame. Quicunqz igr iis differenciis et violato federi occasionem prebuerunt, contra hos gladius e vagina eductus et equus meus insellatus est. Illi vo qui gladium meum subterfugerunt ineunt (vt audiuimus) contra nos foedera, et se velut Cathenis colligant vt eo facilius pareant huius autem lige eorundem certissimum habemus documentum. Tale lige genus libenter deleremus, et de medio tolleremus, cum dei auxilio, ad quem manus nostras leuamus, illi supplicamus, comittentes nos huic Prophete qui est maior supra omnes Prophetas. Maiores copias qs vnqz antea habuimus, volumus iam contra illos confoederatos educere: Nempe Romanie. Anathulie

Charamanie. Grecie. Bulgarie. Bedriachergie. Helespie:
omnes Asie Et Arabie terras. Quas quidem Copias cum
armis et apparatu bellico, nec coelum, nec terra sustinere po:
terit. cum quibus copiis iam parati sumus. Consilium nrm
summum et prudens supra consilia maxima et prudentis mea
Alexandri Macedonis, et sapientissimi Salomonis. Et sicut
fera pellent. que vulgari nro Thurcico Kaplan dicitur
est fera speciosa, prudens, pulcra. fortis. terribilis tamen
multo speciosior. pulcrior. fortior. prudentior, et terribilior
est Imbraymbascha. Supra omnes autem terras nras
ipe est homo primus post nos. Deus illum seruet in tempora
longa: et vt tribus diebus precedat nos in Exercitu nro
constante ex Centum quinquaginta millibus. Et nos in:
surreximus cum ingenti, numeroso, lato et longo Exerci:
tu. vti est Mare. et hoc fecimus, et facturi sumus non in
spem virium et maximarum copiarum, nec in spem armo:
rum Bombardarum, et pixidum nostrorum, apparatusq nri,
bellici, sed in spem domini dei. Quidquid autem in hanc
vsq diem fecimus: fecimus non alia spe, freti, q domini,
dei omnipotentis. Et hoc iam in animo nro costituimus q hac
expedicione nra intra vnum et alterum annum volumus
hec que constituimus. domum non redeuntes perficere. hec
Mti tue voluimus significare: et iam significamus tanq
amico nro, cum quo volumus amice viuere et mutuam
amiciciam seruare, vt debis non ignoraret ex Constan:
tinopoli ix Julii .1530.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Solimanno Sultano Cesari Turcorum

Serenissime ac potentissime Princeps et domine, amice et vicine noster charissime. Et Nunctii Maiestatis vestre huc aduentus, et litere quas ad nos scripsit fuerunt nobis gratissime. Namque ex illis Maiestatem vestram et bene valere, et erga nos amico et beneuolenti esse animo prospeximus, qua vtraque re, nihil nobis hoc tempore iucundius nunctiari potuit. Cæterum quia nominatim in literis scribit Maiestas vestra se foedus et amicitiam cum Oratore nostro initam et firmatam, et nunc et deinceps nobiscum tenere et inuiolabiliter obseruare velle. Nos tametsi nihil dubitamus Maiestatem vestram nunquam id mutaturam esse quod semel nobiscum firmauit: pro ista tamen significatione magnas illi agimus et habemus gratias, quam et mutua animi gratitudine prosequi, et bone vicinitatis officiis illis semper referre curabimus. Eam vero amiciciam et foedus quod nobiscum initum commemorat Maiestas vestra ita constanter et firme tenebimus, quemadmodum primis temporibus et nos ipsi soliti sumus, et predecessores nostri Reges Poloniæ cum Imperatoribus sancte et inuiolabiliter seruare consueuerunt.

Illud autem quod de quorundam Principum aduersum se mutua consensione Maiestas vestra scribit, tametsi ad cognitionem nostram aliunde quam a Maiestate vestra non peruenerit: fuit tamen non mediocriter nobis auditu molestum. mallemus siquidem omnes Christianos Principes, ita vt ipsi facimus, amiciciam cum Maiestate vestra instituere et seruare, quam formidolosis et horrendis bellorum periculis que accuratè et ingenti appa:

ratu parare se scribit Mtas vra subiacere Sed quisque sua videret consilia. Nos certe concordia et Mtis vre amicicia delectat quam tenere et firmare more maiorum nrorum sincериter cum Mte vra volumus. Cuius nos amori plurimum commendamus atque sit semper foelix et incolumis vehementer optamus Dat Cracovie xv Augusti Anno domini M° D. XXX°

Sigismundus primus Rex Polonie

Abraamo Basse precipuo Cesaris Turcorum Consiliario.

Illustris et Magne Princeps amice charme. Relatum est nobis per Oratores et nuncios nros quos istuc mittere solemus Illtem tuam, pro peculiari sua probitate, et grati erga nos animi propensione, de amicicia et officio nro, Sermo ac Potentissimo Imperatori, optima queque persuadere: illiusque Mtis amori nos sepius comendare. Pro quo officio et favore, sicut debemus, magnas Illti tue agimus gras. rogamusque ab illa, ut et deinceps iam in tuenda eiusdem Serm et potentissimi Imperatoris amicicia: quam in propulsandis inimicorum nostrorum calumniosis, si que forent, delationibus, eandem nobis operam et favorem prestare velit. Nos etenim viassim hec officia Illti tue, omni qua poterimus gratificatione referre curabimus. Quoniam vero et id ad nos nunciatur, quod quidam istic circumferant et insinuent, nos Sermum filium nrm Regno nro prefecisse: committere noluimus, quin de hac re, quomodo se habeat ad Illtem tuam, de cuius humanitate multa nobis pollicemur, per presentem nuncium scriberemus. In quo id primum cognoscat Illtas tua, nos ab aliquot supra annis per subditos terrarum nrarum sollicitatos fuisse crebro

vt propter multas presentium temporum difficultates et impe:
dimenta aliquam iniremus rationem, quo in Regno post mor:
tem nram Sermus filius nr nobis succedere sine difficulta:
te posset. Quo studio subditorum nrorum nos permoti,
consultacionem super eo facto cum omnibus Regnicolis con:
stitueramus: in qua vnanimi omnium, et nro consensu, filium
nobis successorem in Regno futurum designauimus, Coro:
naqz nra Regia Coronauimus. Verum, dominium, regimen,
et omnem in regno et terris nris imperandi potestatem,
nobis ad extremum vite articulum retinuimus. Si quidem
etiam filius nr ita est ætate adhuc imbecillis, vt ad seipsum
curandum, nedum ad gubernandum Regnum, terras, et popu:
los ingenio vix valeat sufficere. Quare a Stte tua pluri:
mum rogamus, vt, si quando in hiis et aliis aliter qz in re est,
et qz dignitas et honor noster patiatur, dici senserit, nobis
contra aduersantes, auxilio, et defensionis opera adesse velit:
et Sermi domini Imperatoris amori et amicicie nos, pro ea
summa qua apud ipsius Mtem valet authoritate et gratia,
commendare non grauetur. Quod nos vicissim omni bene:
uolencia et gratificatione Stti tue cumulate referre cura:
bimus. Cuius nos humanitati commendamus, eamqz in mul:
tos annos foelicissimis quibusqz successibus in bona valetu:
dine frui optamus. Dat Cracouie die xviij Augusti
Anno domini Mo Do XXXo Regni nri
Anno XXiiijto

Stefanus Brodericus Eps Sirmien Chrófero de Schidlovec Castellano & Capitᵒ Crac. R. P. Vicecancellᵒ

S Petabilis et Mg^ce domine domine et amice obseruan^me. Pre: missa salute et seruicii mei oblacione. Memoror pridem S. ac M. d V. me scripsiße hostes nros, in aduentu Caroli. Caesaris confisos, circa Posonium Thyrnamiamqz congre: gari, et aduersus Regiam Mtem, dominum nrm clemen: tissimum Budam venire decreuisse, Qui instructo pe: ditum et equitum Exercitu, Vaciam vsqz venerant, contra quos Mtas domini mei gentes suas, terrestri na: ualiqz expedicione misit, illi vero per eorum Explora: torem aduentum copiarum Regiarum presencien, confes: tim retrocesserunt, et prope Oppidum Maros ex oppo: sito Castri Vissegradien secus ripam Danubij in qua: dam viam strictissimam sese contulerant, quos Exerci: tus Regie Mtis insequutus, quoscumqz extra arctis: simum locum illum reperit, partim occidit, partim cap: tiuauit, currusqz hostium et alias res eorum in preda conuertit. Residua pars Exercitus illius pixidariis post tergum locatis, ne per nostrates inuadi possent, au: fugit, et per transito fluuio Ipol, vnde venerat regre: di cepit. Naualis expedicio Caesaree Mtis aduenerat, et prelio illo interfuit, equitatus nondum venit, sed die: tim expectatur. Caeterum nuper S. ac M. d. V. potentis: simam Mtem Turcarum tres filios velle circumcidere. Scripseram, ita enim ex interprete acceperam, et mox S. ac M. D. Vre perscripseram, postqz tamen lre Caesaree Turcico idiomate scripte, in linguam latinam traducte sunt, duos duntaxat filios Caesaree Mtis circumciden ex

illis intellexi, Interpres propositum primum Caesarem mutasse refert, cum literae suae sic sonent, si quealia emerserint mox iterum significabo, officio meo satisfacturus Reliqua S. ac. M. D. V. ab hoc latore presentium clarius accipiet Quam foelicissime valere semper opto ex Buda in festo Nativitatis beati Ioannis Baptistae Anno M°. D°. XXX°

Franciscus de Frangepanibus Archieps Colocen. Petro Tomiczki Epo Cracovien. R. P. Vicecancell° Chrforo de Sidlovec Castel. et Capit. Crac. R. P. Cancell°.

Rme in Chro Pr ac Spectabilis D. Mgce domini domini D. amici honorandissimi, Salutem et amicabilium obsequiorum solita ac continuam commendacionem. Quo furore Germani non contenti his quae hactenus egerunt, contra Sermum Principem meum descenderant qualiterue sint retrocedere coacti, prolixius eisdem perscriberem, si Mgcus dominus Seczignierski et is presencium ostensor, presentes non fuissent. videant. D. Vrae quod tutum sit nobis confidere domino Regi Ferdinando qui si annuissemus nuper annuis illis Induciis et illi spei innixi, dimisisset Rex noster a se tam suas quam auxiliares copias, profecto novissima fuissent peiora prioribus, de loco tamen Conventus, ad quem utique. Sermus Rex meus tanquam abhorrens effusionem sanguinis humani, mittere est contentus, nihil ante Sermus dominus Rex Poloniae, aut Dnes Vrae significarunt, In dicione vero Regis Ferdinandi Conventum celebrare Rex meus nullo pacto vult. D. itaque vrae notificent Regiae Mti locum nam alioquin, sua Mtas ignorat quo suos Oratores mittere debeat, Noua alia non habemus quae. D. vras laterent preter hec quod Rmus dominus meus Brodericus misit ad Regem ex Galliis unum ex suis servitoribus qui eras

vt credo est futurus hic apud Regem, is tamen qui precessit cum asserit dominum Epm sanum esse et omnia negocia Regis mei illic optime procedere et dominum Epm cito ad nos cum optato responso redire, hec volui eisdem notificare quia scio dominum Epm esse vris. D. amicissimum et credo easdem eiusdem sanitatem et prosperitatem libenter audituros et cum hiis me eisdem commendo quas bene valere opto et rogo commendent servicia mea Sermo domino Regi suo et meo Bude XXVIa Iunii Anno domino M° . D. XXX°

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie Oratori Regis Ferdinandi datum.

SACRA Regia Mtas. Mce domine intellexit abunde omnia que illi Vra. D. nomine Sermi domini Regis Hungarie retulit. Retulit autem illius Mtem propensam esse ad ineundam concordiam et pacem cum Sermo domino Rege Ferdinando causa rei Christiane et vt euitetur vlterior profusio Christiani sanguinis. retulit preterea Vra D. mirari vehementer illius Mtem quod Sacra Mtas Regia tanto tempore illam de ratione eiusdem concordie et pacis instituende non fecerit certiorem a qua sola sicut ab inicio certior fieri expectabat ita et nunc quid sperari vel agi debeat instrui edocerique optat

Mtas Regia siluit tantisper cum illius Mte de hiis rebus non vlla obliuione adducta sed quod nihil certi hactenus habuit an alium in locum quam Wratislauiam Sermus Rex Ferdinandus Oratores suos mittere vellet, ad cuius tamen Mtem super isto solo articulo nuntium cum litteris iam hinc supra duos menses sua Mtas misit. Quare rogat Mtas sua Sermum

Regem Hungarie vt hanc taciturnitatem non negligencie
sue sed isti in respondendo Serm̄i Regis Ferdinandi tar:
ditati attribuere velit vt de officio Mtis sue ita sibi per:
suadeat quemadmodum de beneuolentissimo quoqȝ et amicis:
simo Principe persuadere possit

Namqȝ Mtas sua vt ab inicio belli suscepti fecit ita et nunc
neqȝ impendii neqȝ laboris vlla ratione habita omnem da:
bit operam vt contentionis et bellorum presentium acerbita:
te submota tale posset inter illmus Mtem et Sermum Regē
Ferdinandum concordiam persuadere qualis reipublice
Chrine vtilis et illmis Mti honorifica et grata esse pos:
sit

De his vero rebus que à Sermo Rege Ferdinando expe:
ctantur Mtas sua tamen tum scribet illmis Mti cum nuncius
suus ad eam reuertetur

Quod reliquum est optat Mtas sua Regia vt Sermus Ds
Rex Hungarie et optima valetudine et foelicissimis qui:
busuis successibus semper fruatur cuius Mti dicet vestra
Do. nomine Mtis sue plurimam salutem eamqȝ mutuo
amori illmis Mtis commendabit

Georgius Dux Saxonie Marchio Missne.
Sigismundo primo Regi Polonie

Serme Rex idemqz affinis charme Salutem et quicquid amoris et benevolentie possumus prestare. Tercia die mensis Augusti lre regie Celsitudinis vre huc Augustu ad nos perlate sunt. ex quibus inter cetera animo sane perturbato intelleximus Sermi Regis Ferdinandi adversarium data opera occasionem prorogandi dissidia captare idqz ex re tam leui. nempe sola doci importunitate. Qui quidem importunus non esset, si eo quo par erat studio pacem ambire et amplecti mallet pocius, q tanto rerum suarum discrimine, periculosam Martis aleam iactare et experiri. Nos vero easdem Regie Celmis vre lras Sermo Regi Ferdinando exhibuimus legendas. ad quas responsionem hysce inclusam nobis dedit. Quoniam vero ex ea deprehendimus illmis Regiam Cel: ad affinitatem, de qua iampridem ceptum est agi, contrahendam perficiendamqz propensissimam esse, ac propterea Oratores suos eius potissimi ~~negocii~~ promouendi causa, aut Vratislauiam aut Posnaniam, aut vbicumqz R. C. vre commodum esse videatur, mittere velle. Itaqz ne et nos negocio tam honesto defuisse videamur, missuri sumus non grauati nros quoqz Oratores, quocumqz aut quandocumqz R. C. vre commodum visum fuerit. Quare Regie celsitudinis vre erit primo quoqz tempore, et quidem hoc proximo mense Septembri et locum et tempus aptum dispicere atqz constituere nobis: Et si hec racio R. C. vre ita placuerit suas de ea re lras ad Oratores Regis Ferdinandi Vratislauiam, et ad nos Dresdam mittere.

Cæterum si R. C. Vræ aliqua pacis et concordie ineunde spes apud Regis Ferdinandi aduersarium adhuc superest, non fecerit alienum a sua pietate R. C. Vra, si interea racionem ineat, quo pacto eiusdem aduersarii Oratores eo quo nos tempore legatos nros isthic habituri sumus, ad sese pertrahere queat, vt obiter saltem, quando hactenus aliter fieri non potuit, et quasi incidenter, hec quoque causa de sopienda componendaque controuersia illa suscipiatur tractanda, quod vt commodius fieri possit, dabimus et de ea ipsa re speciale mandatum Legatis nris Id quod et R. Cel. Vra faciet Et si vero Serenissimum Regem Ferdinandum minus ob eam causam animaduertimus laborare, tamen non dubitamus eius Celsitudinem suisque Oratoribus iniuncturam, si forte hec causa tractanda inciderit, quid responsi debeant dare Adhortaremur hic R. C. Vram vt nequid egre ferret hanc piam instigacionem nram, nisi nobis perspectissimum esset illam negocium hoc non minus quam nos studio habere atque efflictim cupere et elaborare, quo iste bellorum cause precidantur tandem et Pax publica tranquilitasque Christiana constituatur. Nolumus igitur R. C. Vram sua sponte huc incumbentem prolixiori scripto excitare: saltem rogamus, vt hoc pulcerrimum opus et omni laude dignum, ea qua hactenus fecit pietate et industria promouere, perficere, et absoluere pergat non poterit sibi. R. C. Vra ampliorem laudem et gloriam apud mortales comparare neque pleniori obsequio Deum optimum Maximum demereri. Quin et nos toto pectore, et pro virili nra idem apud Regem Ferdinandum sedulo conabimur: atque in eum nos geremus modum ne usque R. C. Vre defuisse videamur. Quam eandem sospitare et nobis quam diutissime incolumem conseruare Christus seruator nr Dat Auguste vindelicorum vi Augusti Anno domini M° D° XXX°

Rogamus preterea R. C. vram qz diligentissime vt Serm͡i Regis responsum accurate expendere velit: operamqz dare, quo Conuentus Oratorum meorum eo quo illmus Sertas petit modo, institui possit. Imprimis autem cupit, illum, si non Vratislauiam, saltem in loco ei vrbi qz proximiori fieri: et quidem ad decimum quintum Septembris: tn vt Oratores R. C. vre tempestiuiter satis in eum locum conueniant. Omnem tamen rem R. C. vre arbitrio permittimus gerendam, ne alteri cause de componenda pace Hungarica prepropera festinatione officiamus. Quicquid igitur R. C. vre visum fuerit, de eo, Regis Ferdinandi Oratores vt diximus poterit reddere certiores. Inter quos est Rndus Epus Vratislauien. Regiam Celsitudinem vram iterum qz feliciss ime valere iubemus

Responsum a rege Ferdinando datum Nunctio Georgii Ducis Saxonie datum. Et regi Polonie ab eodem duce missum.

Sacra Mtas Regia Hungarie et Bohemie etc dominus nr clementissimus, legit lras Serm͡i domini Regis Polonie, ad Illmum Principem dominum Georgium Ducem Saxonie datas, et Mti sue Regie per eundem Ducem hic exhibitas, super Dieta inter Mtem suam ex vna: et Ioannem Comitem Scepusien, ex altera parte, Vratislauie celebranda. ex quibus intellexit Sermum dominum Regem ante nominatum sibi significasse: qualiter idem Ioannes dietam illam neqz Wratislauie neqz in aliis locis Mti Regie Hungarie et Bohemie subiectis haberi velit: atqz etiam prorogacionem eiusdem Diete in talibus locis factam aut faciendam acceptare nolit. Ad que Mtas sua respondet: se neqz hanc Dietam pro amicabili composicione tenendam prefixisse, aut conscripsisse: neqz locum vbi celebrari

debebat designasse, sed potius eandem ad interpositam Ser^mi^ domini Regis Polonie et ipsius domini Ducis Georgii tractacionem et instanciam benigne accepisse: eamque per suos visitari voluisse. Quare non conuenit ymo graue et onerosum Mti sue Regie foret eam ad presens ad solius Joannis Scepusien complacentiam imutare, vel consentire vt ad alium locum ponatur

SED quod ad Matrimonium inter filiam Mtis sue et Ser^mi^ domini Regis antedicti filium tractandum et concludendum. Mtas Regia contenta est, vt illud Wratislauie vbi Mtis sue Oratores reperientur, aut nunc forsan illic existunt: vel Posnanie, aut in alio aliquo loco Wratislauie propinquo fiat. Cuperet tamen Mtas sua vt Wratislauie vel in loco vt haberi posset propinquiori fieret Atque ideo committet Oratoribus suis, vt ad peticionem et lras Serm Regis Polonie in locis per eum nominandis et designandis compareant, et Ores suos adeant: et que erat Dieta que ad xv huius mensis Augusti diem indicta erat iuxta placitum Serltis sue, et ipsius domini Ducis Georgii: ad terminum tamen quo fieri poterit breuiorem, et ad summum intra medium Septembris proxime futuri prorogetur. Si quid autem in hoc tractatu emergat, aut expedire videatur, vt quedam alia tractentur Mtas sua Regia suis Oratoribus eciam iniunget, vt se in eisque ad Sermi domini Regis Polonie requisicionem et peticionem conuenienter gerere debeant. Quod Mtas sua eidem domino Duci super lris Ser^mi^ domini Regis antedicti notificare voluit.

Sigismundus primus Rex Poloniae Georgio Duci Saxoniae Et Marchioni Missnae.

REdiit tandem ad nos Cubicularius meus Steinkrecher et lras Sttis vre iam a multo tempore expectatas nobis reddidit ex quibus nos tamen id quod maxime cupiebamus scire et intelligere non potuimus, Namque et brevissimo erant argumento scripte, et de negocio concordie an sperari debeat, aut de loco certiori, in quem mittendi Ores essent, nihil continebant, cum tamen nos ob id maxime Cubicularium istum nrm isthuc ad Sttem vram miseramus vt illa per eundem de omnibus que, qua racione et quam citto circa negocium tractande concordie Sermus Rex Ferdinandus instituere vellet, faceret nos certiores, ne et Rex Ioannes expectacione istius responsi Serenmi Regis Ferdinandi diutius per nos teneretur, et nos vicissim ab illo tam crebris lris et Oratoribus quo huc sciscitatum super ista re mittit interpellaremur. Quia tamen scripta Sttis vre non satisfecerunt expectacioni nre, et nos iam in ista inutili suscepti negocii cunctacione et mora tamdiu perseverare non mediocriter tederet, Scribendum iterum ad Sttem vram per presentes super hac re duximus, quam plurimum rogamus, vt huic negocio concordie, quod nomine tocius Christiane reipublice ab inicio nobiscum suscepit, diligentem et expeditam operam prestare neque nos in tam ancipiti et dubia spe amplius suspensos tenere velit. Sed directe, plane, et quam primum vt res postulat scriptis nris prioribus respondere. Scripsimus etenim nos per Cubicularium Steinkrecher Stti vre, quemadmodum Rex Ioannes in omnibus articulis circa

deliberationem de pace cum Serm̄o domino Rege Ferdinan:
do voluntate conuenerat, preter vnum solum articulum
de loco. Namq; propter multas suas quas scripsit fore ne:
cessarias raciones nunctiauit Rex Joannes, se non posse
Vratislauiam, vel alium quempiam in locum Domini Se:
renissimi Regis Ferdinandi Oratores mittere, Sed in Re:
gnum nr̄m si videretur vbi tutum foret esse missurum
Que altercatio de loco cum nobis minoris momenti vide:
batur q; vt propter illam deseri et relinqui tocius concor:
die cura deberet, rogauimus tum illis lr̄is ab Illte v̄ra
vt pro sua prudencia et authoritate qua apud Sermum dnm
Regem Ferdinandum valet illius M̄ti persuadere vellet,
ne mittere huc in regnum nr̄m Oratores grauaretur, Nos
vero interea hic vicissim regi Joanni de non repudianda
Vratislauia frustra tamen persuadere conabamur. Quod
tametsi à principio eciam frustra nos agere debere suspi:
caremur, fecimus tamen propterea, vt nihil in tanta re
intentatum relinquatur, et vt in vtramq; partem equa per:
suasionis ratio cederet, quo dissencientium animi ad vnani:
mem aliquo pacto sentenciam perduci citto potuissent.
Quarum literarum argumentum, alteris lr̄is nr̄is sumatim
Illti v̄re per illum nuncium repetieramus, qui huc ad nos
postridie q; discesserit Stamkircher venit et istuc primis
rediit q; v̄re applicuisset. hoc solum addito. q; Posnania
hic in Regno nr̄o Ciuitas Secunda, apta nobis et com̄o:
da ad Conuentum de concordia celebrandum videretur, et
q; Illtis v̄re studium et opera circa affinitatem inter nos
et Sermum Regem Ferdinandum seu potius inter vtriusq;
nr̄m liberos conciliandam prestita. nobis fuerit chara et
iocunda. pro qua illi tum egimus gr̄as, et vt id quod de
affinitate cepit curare deinceps non cessaret rogauimus.
Postquam emissas lr̄as cum non pro tempore nunctii nr̄i

reditum expectaremus ad xiiij diem Julii nunctius Illtis
vrae cum lris huc ad nos venit, quibus declarauit Illtas vra
nunctium adhuc tum nrm cum prioribus lris isthuc non ap:
plicuisse, sed tamen ad posteriores lras, que priores pri:
mis ad manus illi peruenerant, et in quibus eciam summa
primi argumenti continebatur, ita nobis respondit, quod scilicet
Illtem vram quibus defecerint rationes, quibus Sermo Re:
gi Ferdinando persuadere de mutando loco aliquid posset. et quod nos
rogaret, vt Regi Joanni nos potius Vratislauie locum per:
suaderemus hortaremurque illum quo ad 15 Augusti (mu:
tato iam consilio de festo Sancti Jacobi) illuc Vratislauiam
Oratores mitteret, nosque vna nros mitteremus, vbi si tra:
ctacio de pace effectum sortiri non posset, tractaretur tamen
inter nos et Sermum Ferdinandum Regem de liberorum nos:
trorum affinitate Que lre etsi nobis cum propter nunctii
nri in itinere remorationem, tum propter firmam animi in
non mutanda Vratislauia Sermi Regis Ferdinandi per:
mansionem sollicitudinem attulerant, ex altero tamen capite
nos recrearunt vbi Illtas vra Sermum Regem Ferdinandum
ita ad tractandum de affinitate liberorum vtriusque nostrum
inclinatum esse declarauit, vt eciam si nobis Vratislauie
locus minus probaretur, super altero loco tractacioni nre
commodo nobiscum conuenire non detrectaret. Quibus lris
quid nos responderimus, iam Illtem vram cognouisse con:
fidimus quare pntibus illa non repetimus, tantummodo iterum
ab Illte vra rogamus, vt nos de omnibus his que scripsi:
mus clare et mature certiores facere velit Scilicet si spes
est Sermum Regem Ferdinandum in Posnaniam Ores
ad diem aliquam certam, quam nominare iterum oporteret,
mittere debere, deinde quando et in quem locum nos Oratores
nros super tractatu de affinitate si concordia deseretur,
mittere deberemus. Operepreciúm enim est nos et illud prop:

ter Regem Ioannem q̃ primum, et id proximum propter nos ipsos,
tempori scire vt et Regem Ioannem instruere iam tandem de:
ffinite poßemus: quid agere debeat et nos commoditatem
temporis eam habere, sub qua Oratores nros ad tractatũ
de affinitate ad certum qui videretur locum nobis ad tem:
pus mittere liceret de quo loco instituendo Serm̃i Regis
Ferdinandi sentenciam intelligere cumprimis cupimus/ hec
sunt quę Mti vrę longius repetere propterea voluimus vt
intelligat q̃ expediat nobis scire si negocium perfici debeat, quod
et ipsi agere et Regi Ioanni persuadere debeamus Quare
rogamus vt in ijs nobis Mtas vrã copiose et celeriter res:
pondere velit, Etsi fieri potest Sermõ Regi Ferdinando per:
suadere, vt mutata Vratislauia in Posnaniam Oratores
ad tractacionem concordię mittere decernat. alioqui enim
frustra erunt omnes actiones et conatus nri quos iis rebus
prestitimus et prestamus, estq̃ metuendum, ne hac occasiõe
ommissa alia similis obtingere ad tanta negocia non possit. Quę
negocia si mala fortuna fortasse nos tractare, et ad optatum
finem perducere non permittet, rogamus iterũ, vt Mtas vrã
nrę saltem, et Serm̃i Regis Ferdinandi de affinitate tractaci:
onis memor esse velit, certoq̃ iam cum Mte sua constituere
quem in locum et quo tempore Oratores ad tractanda conueni:
re, si huc ad nos mittere illos Mti suę non videretur. Nã
nos in quemcunq̃ locum Mtas sua mittendos decernet, sine
vlla alia deliberatione libenter mittemus, modo tale inter:
medii temporis spacium statuatur. vt commode lris super
hac re acceptis hinc aliquos Consiliarios nros ad dictam diem
cum sufficienti instructione et Mandato mittere possemus.
In quo Mtas vrã officium suum toti reipublice Christianę
commendabit, et multe laudis fructum post se apud posteros
relinquet, tum deniq̃ nobis ex amico officio et opera prestita
maiorem in modum gratificabitur. Quam nos illi opera omni

nra vicissim beneuolenciam referre semper curabimus Bene valeat Illtas vra et nos quod facit mutuum amet Dat Crac Anno domini M° D° XXX°.

SIgismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie Croatie.

SErme Princeps et dne affinis nr charme. Post multam expectacionem nram cum nudiusterciis rediisset ad nos Cubicularius nr quem ad Illrem dominum Georgium Saxonie Ducem miseramus, attulissetque nobis Illtis sue lras non solum breuissima pagina scriptas, sed eciam in responsione de loco hic in Regno nro instituendo ancipites et dubias, magna molestia et animi perturbacione fuimus affecti, partim propterea quod post eam more diuturnitatem nihil eciam tum certi super confirmacione alicuius loci Mti vre significare nos posse cerneremus, partim vero quod in tam arduo et magni momenti negocio suscepto diligencia et celeritate debita Sermum Regem Ferdinandum non vsum fuisse animaduerteremus. quare extemplo post lectas Illtis domini Ducis lras emisimus iterum celerem et expeditum ad Illtem suam nunctium, per quem illi serio scripsimus rogantes, vt iam primo quoque celeri vicissim nunctio determinate nobis responderet, quid sperari de concordia deberet: et an Sermus Rex Ferdinandus dimissa Vratislauia Posnaniam mittere ores suos ad tractandam pacem consentiret. Quem nunctium cum iam paulo ante absoluissemus ecce alter ex insperato Illtis domini Ducis nunctius cum lris superuenit quibus Illtas sua ita nobis respondet, quod animo perturbato intellexerit Mtem vram leui de causa, nempe ob loci solius incommoditatem institutum de tractanda pace negligere, similique de:

serere velle. Quodque et Rex Ferdinandus sane advertens Mtis
vre in appellando eligendoque novo loco obfirmacionem gra:
ve sibi et onerosum vicissim putet Vratislanien designa:
cionem mutare, cum presertim illmis decernende non seipsum
sed nos cum Illri domino Duce Georgio ab inicio autores
fuisse recordetur. Quamvis tamen et Rex Ferdinandus talē
pre se ferat animum, Illtris dominus Dux scribit se fore pres:
taturum vt quemcumque in locum nos Oratores nros miseri:
mus, illuc ad certam diem, Rex etiam Ferdinandus suos
mittat. Qua re perspecta, nos ad Illrem dominum Ducem scri:
psimus nos iam dubitacione omni procul Posnaniam ad diē
Sancti Michelis proxime ventura Oratores nros esse missu:
ros, Rogantes vt et Serenmi Regis Ferdinandi Oratores
illuc, cum suis ad prenominatum diēm Illtas sua certo cu:
ret mittendos. Quod cum facturam Illtem suam confidimus
Mtem vram itidem rogamus, vt ipsa quoque ad ipsam diēm Sā:
cti Michaelis Oratores suos Posnaniam cum pleno manda:
to mittere velit, vt tandem hoc saluberrimum de pace insti:
tutum et auspicari et ad exitum deduci feliciter possit. In
qua deliberacione nra longinquitas loci Mtem vram offen:
dere non debebit, namque poterit Mtas vra disponere et
collocare in finibus Regni aliquos nuncios, qui delatas Pos:
nania per Cubicularios nros ad se lras, Mti vre versus vl:
tro citroque referant. Res enim hec que ad concordiam Mtis
vre cum Sermo Rege Ferdinando pertinet, ita est publice
vtilis et necessaria, vt non tam difficultatem propriam
racionum et longi itineris, quam desiderate pacis fructum spe:
ctare illi conveniat. Quare iterum rogamus a Mte vra,
ne se difficilem in ea re prestare velit, sed iam ita vt scri:
psimus Oratores ad supranominatam diēm cum pleno man:
dato Posnaniam mittere. In quo non solum nobis plurimum
gratificabitur, sed eciam omnium Christianorum Principum

amorem et beneuolenciam. imprimis autem omnipotentis dei gratiam sibi proculdubio conciliabit Bene valeat vestra Maiestas Serenissima et sit quam diutissime salua et incolumis Cracouie xxi Augusti Anno domini M° D° XXX° Regni vero nostri Anno xxiiij^to

SIgismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie Marchioni Missne

Illustris Princeps et domine affinis noster charissime. Priusquam in:cius Illustris vestre cum nouissimis venisset literis rediierat interea ad nos Cubicularius noster Steinkrech alterasque nobis prioris date Illustris vestre reddiderat literas ex quibus cum nos intelligere non potuerimus certum Serenissimi Regis Ferdinandi an missurus foret Posnaniam Oratores institutum perturbati magnopere fueramus quod et mea studia et res tam magni momenti eiusmodi negligencia et perplexitate ducerentur Quare iterum hac re ad Illustrem vestram copiose scribi fecimus. ab illa rogantes quo nobis sine mora clare ad omnia respondere vellet et finem expectacioni imponere Cum quibus literis vix: dum abierat nuncius superuenerunt alie ab Illustre vestra litere vi Augusti Auguste date quibus vicissim Illustritas vestra se perturbatam fuisse declarat cum tam le:ui de causa nempe ob vnius loci importunitatem Regem Joannem occasionem tollendi dissidii negligere perspice:ret Scribens insuper et diligenter rogans ne nos a cepto instituto tranquillitatis publice desistamus cum et illa in hoc ita se gerere vellet vt non defuisse nobis vsque videatur Que quidem Illustris vestre declaracio etsi nobis quod deesse tante rei nolit fuerat vt debuit grata

illud tamen quod de pertrahendis Oratoribus Regis Ioannis ad nos deque tractacione cum illis incidenter persuadendo Maiestas vestra adiunxit durum nobis nimis et a tante rei dignitate nostroque honore alienum videbatur. Namque et nos si id faceremus levitatis argui et accusari a Ioanne Rege possemus et cause suscepte quam solam serio graviter et cum summa deliberacione et affectu tractari convenit non modicum detraheremus

Verum cum nos magis ad persequendam conciliandamque pacem quam ad expendendam istam de incidenti propositionem attentos nunc esse conveniat, quod ad rem attinet hoc relicto curabimus

In Sceda litteris Maiestatis vestre inclusa que erat a responso Regis Ferdinandi diversa ita scriptum reperimus quod Maiestas vestra nos rogaret ut responsum a Maiestate illius datum diligentissime expenderemus utque eo modo quo cupit Maiestas sua si non Wratislavie saltem in vicina aliqua illi urbe Conventum istum congregare curaremus, committens rem omnem arbitrio nostro dirigendam. Cuius nos scripti racione perspecta et ne utilitas ista concordie et tranquilitatis publice longioris temporis mora impediatur firme deliberavimus Posnaniam Oratores nostros ad tractandum cum Serenissimo Rege Ferdinando de affinitate ad diem Sancti Michaelis proxime venturam mittere, et Regem Ioannem inducere ut et ille suos quoque Oratores cum pleno ad concordiam tractandam mandato illuc sub prenominatum tempus mittat. Quare ab Maiestate vestra rogamus procurare vicissim apud Serenissimum Regem Ferdinandum velit ut eciam sua Maiestas Oratores ad dictum tempus cum mandato tam ad affinitatem quam ad concordiam tractandam sufficienti certo mittere cum Maiestatis vestre Oratoribus velit ad cuius

Mtis Oratores nos iam sicut visum fuit Mti vre delibe:
racionem nram Wratislaviam perscripsimus

Erit autem Mtis vre offitii persuadere Sermo Regi Fer:
dinando vt pro tanta rei magnitudine et que ad vtilita.
tem tocius Chriane reipublice pertinet ad supranominata
diem indubitate Posnaniam Oratores suos ita instructos
mandatis et ad affinitatem et ad concordiam tractanda
mittere velit, vt tum cum tractari negocium incipiet nil
illos deficiat quominus res tam optata perfici debeat et
occasio ista tractandi de pace amitti qua amissa alia
similis ad tantum negocium tractandum fortasse non ta
facile vel nunquam obtingere possit. Nam quod ad nos atti:
net cum Rege Joanne ita constituemus ne in illius Ora:
torum mandato quid desiderari possit. In quo non solu
de officio suo sed de tota republica Christiana Mtas vra
amplissime et optime merebitur bene valeat Mtas
vra et nos ita vt convenit diligat Dat Cracovie
XXI Augusti Anno domini Mo Do XXX

DOMINICVS Dei gra Epus Laodicen et Sufraganeus cracovien: Significamus tenore presentium quibus ex: pedit vniuersis: Quia nos Anno domini 1535 sabbato Quatuor tempor post festum Exaltacionis

Ioannes Rex Vngarie Sigismundo primo Regi Polonie.

Ser^me Princeps domine affinis et tanquam Frater charissime, et ex
huius literis Maiestatis vestre. Quas proxime accepimus, et ex su:
perioribus intelleximus Maiestatem vestram apud inimicum nostrum
per Oratores suos institisse de loco qui pro Oratoribus ad
componendam pacem et concordiam inter nos mittendis, aptus
esse videretur, sed ipsum inimicum nostrum hactenus inducere
non potuisse, quo sententiam suam de Wratislauia muta:
ret; Qua in re videtur nobis Maiestas vestra officio, et amori
suo. quo semper in rempublicam Christianam fuit, abunde
satisfecisse. Sed sciat nos ad illum locum mittere minime
posse. Nam et superioribus temporibus Cum Maiestas vestra
probaret eadem re vtrumque nostrum, quo Olomuncium mitteremus
induxisset Quantum illic Oratores nostri contumeliarum passi
sint, et quo pacto in reditu preparatas insidias euaserint, sunt
notissima, quod deinceps summopere cauendum putamus. Si
enim Oratores mei fierent in Dicione ipsius inimici nostri,
nos fere vincti esse videremur, ipse vero libere, que vellet
ageret, Nam hactenus nulle Inducie inter nos intercedunt,
vnde facillime posset accidere, et si nos interim eius co:
natus aliquo suo incomodo repelleremus, cum eciam nunc
ea que contra nos valet, agere non pretermittat et habe:
at in Regno nostro Exercitum predonum et famellicorum
suorum, posset Inducias per nos esse violatas cauillari,
et in Oratores meos, pro arbitrio suo grassari, est et alia
potissima causa cur eadem Vratislauia nobis ad tran:
sigendum hoc negocium minus idonea videatur, et Maiestas
vestra illic personaliter interesse non poterit, sine cuius presencia

credimus non meliores effectus priore Conuencione, hancque
habituram, Ne igitur rursus talia contingant in Vratisla:
uiam que est sub dicione hostis nri, Oratores mittere nō
possumus. Scribit preterea Mtas vra de Posnania qua
in re libentissime voluntati vre Mtis morem gererem
sed superioribus diebus significauimus Mti vre per fidelē
nrm Spectabilem et Mgcum Hieronimum de Lasko Vai:
uodam Regni nri Transsiluanien, Oratorem nrm, qd
breuissimum terminum, potentissimus Imperator huic com:
ponende paci nobis constituerit, ad quem vult omnino
ex fundamento fieri certior, Quo negocia sua que iam
animo deliberauit exequatur, Qualiter inter nos cum ini:
mico conueniat, videtur itaque omnino impossibile ex Pos:
nania que ab hinc centum et xx circiter miliaribus semo:
ta est, Termino per Imperatorem constituto satisfieri posse,
Rogamus itaque Mtem vram dignetur viciniorem aliquē
locum ipsis Oratoribus designare, habebunt enim nri in
commissis, vt si illic alique noue res emerserint vtantur
consilio et singulari prudencia Mtis vre. Quod inimicus
nr (que eius est insolencia) facturum non putamus sed
preter hec nihil nos magis mouet qd breuitas temporis et
loci distancia quo Posnania huic rei incommoda esse non
videatur. Nam profecto si is terminus, quem supradiximus
infecta re preterierit, Credimus omnino non rursus nobis
et ipsi inimico nro hanc occasionem, tam salutaris incepti,
se oblaturam, deberet et ipse inimicus nr bene perpendere
quid mali eciam sibi ex pretermissione huius occasionis ac:
cidere posset. hoc vero Mti vre summopere persuasum
esse volumus. Nos hec omnia bono et syncero animo pro cō:
modo reipublice Christiane facere, et certo credere, eas rati:
ones, propter quas Oratores nri in Dicione inimici nri
ire non possunt, eciam Mti vre probabiles videri. Nichi:

lominus tamen, ne vel in hac re quicq[ue] per nos pretermissum esse dicatur, parati sumus voluntati M[aies]t[at]is v[est]re obtemperare, dummodo eligatur pro eius arbitrio locus in Regno Polonie quicumq[ue] M[aies]t[at]i v[est]re maxime commodus videbitur, eandem foelicissimam ad multa secula, cum omnibus suis char[issi]mis valere exoptamus. Bude decima die Mensis Augusti, Anno domini M[illesim]o D. XXX Regnorum vero nrorum quarto

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie Marchioni Missne.

Illustris Princeps. Ac Primusq[ue] Nunctius Ill[ustri]tis v[est]re cum novissimis venisset l[ite]ris, redierat interea ad nos Cubicularius n[oste]r Steinkircher alterasq[ue] nobis prioris date Ill[ustri]tis v[est]re reddiderat l[ite]ras, ex quibus cum nos intelligere non potuerimus certum Ser[enissi]mi Regis Ferdinandi an missurus foret Posnani cum Oratores institutum, perturbati magnopere fueramus, q[uod] et n[ost]ra studia, et res tam magni momenti, eiusmodi negligencia et perplexitate ducerentur. Quare iterum super hac re ad Ill[ustrita]tem v[est]ram copiose scribi fecimus, ab illa rogan[tes], quo nobis sine mora clare ad omnia respondere vellet, et finem expectacioni imponere. Cum quibus l[ite]ris vixdum abierat nunctius, supervenerunt alie ab Ill[ustrita]te v[est]ra l[ite]re, vi[gesim]a Augusti, Auguste date, quibus vicissim Ill[ustri]tas v[est]ra se perturbatam fuisse declarat, cum tamen levi de causa nempe ob unius loci incomoditatem, Regem Joannem occasionem tollendi dissidii negligere perspiceret. Scribens insuper et rogans diligenter, ne nos a cepto instituto tranquillitatis publice desistamus, cum et illa in hoc ita se gerere vellet, ut non defuisse nobis usq[ue] videatur, Que quidem Ill[ustri]tis v[est]re

declaratio et si nobis, q deesse tante rei nolit, fuerat vt de:
buit grata: illud tamen q de pertrahendis Oratoribus Re:
gis Ioannis ad nos, deq tractacione cum illis incidenter per:
suadendo Mtas vra adiunxit, durum nobis nimis et à tan:
te rei dignitate nroq honore alienum videbatur. Namq et
nos si id faceremus leuitatis argui et accusari à Ioanne Re:
ge possemus et cause suscepte quam solam serio grauiter
et cum suma deliberacione et affectu tractare conuenit non
modicum detraheremus verum cum nos magis ad persequen:
dam conciliandamq pacem q ad expendendam istam de
incidenti propositionem attentos nunc esse conueniat, quod,
ad rem attinet hoc relicto curabimus. In sceda lris Mtis vre
inclusa que erat à responso Regis Ferdinandi diuersa,
ita scriptum reperimus, quod Mtas vra nos rogaret vt
responsum à Mte illius datum diligentissime expenderemus
vtq eo modo quo cupit Mtas sua si non Vratislauie
saltem in vicina aliqua illi vrbe Conuentum istum congre:
gare curaremus, committens rem omnem arbitrio nro dirigen:
dam. Cuius nos scripti racione perspecta et ne vtilitas ista
concordie et tranquilitatis publice, longioris temporis mora
impediatur firme deliberauimus Posnaniam Oratores nros
ad tractandum cum Sermo Rege Ferdinando de affinitate
ad diem Sancti Michaelis proxime venturam mittere et
Regem Ioannem inducere, vt et ille suos quoq Oratores cum
pleno ad concordiam tractandam mandato illuc sub preno:
nominatum tempus mittat. Quare ab Mte vra rogamus
procurare vicissim apud Sermum Regem Ferdinandum
velit vt eciam sua Mtas Oratores ad dictum tempus
cum mandato tam ad affinitatem q ad concordiam tractan:
dam sufficienti certo mittere cum Mtis vre Oratoribus
velit ad cuius Mtis Oratores nos iam sicut visum fuit
Mti vre deliberacionem nram Vratislauiam perscripsimus

Erit autem Illmis vre persuadere Sermo Regi Ferdinando vt pro tanto rei magnitudine, et que ad vtilitatem totius Christiane reipublice pertinet ad supranominatum diem indubitate Posnaniam Oratores suos ita instructos mandatis, et ad affinitate, et ad concordiam tractandam, mittere velit, vt tum cum tractari negocium incipiet, nihil illos deficiat, quominus res tam optata perfici debeat, et occasio ista tractandi de pace ammitti qua amissa alia similis ad tantum negocium tractandum fortasse non tam facile vel nunquam obtingere possit. Nam quod ad nos attinet cum Rege Ioanne ita constituemus ne in illius Oratorum mandato quid desiderari possit, in quo non solum de officio suo, sed de tota republica Christiana Illtas vra amplissime et optime merebitur bene valeat Illtas vra et nos ita vt convenit diligat Datum . . xxi Augusti

Anno domini M° . . D. xxx°

Sigismundus primus Rex Polonie Iacobo Ep̄o Wratislauiensi et ceteris Regis Ferdinandi oratoribus.

Reuerende in Chr̄o Pr. Spectabiles et Mg̃ci sincere nobis dilecti. Est nobis iam à multis diebus ceptum cum Ill̄ri domino Georgio Saxonie Duce negocium de persuadenda inter Ser^mu Regem Ferdinandum et eius aduersarium concordia et pace. Quod tamen fortuna aduersante, nobis in hunc vsq̄ diem frigide successit. namq̄ propter altercationem et controuersiam que de loco habita est. congregare Oratores et Conuentum hactenus instituere non potuimus. Et cum eam ferme heri post reditum Augusta nunctii n̄ri et acceptas dubias in proposito n̄ro Ill̄ris D. Ducis prenominati literas desperare de tota hac pacificandi Regni Hungarie racione cepißemus. Ad Ill̄temq̄ suam denuo cum literis misißemus. accurrit huc ad nos Ill̄tis sue cum alteris lr̄is nunctius. Ex quibus perspeximus. Ser^mum dominum Regem Ferdinandum ad tractand nobiscum de affinitate quam inter nos liberosq̄ n̄ros Ill̄ris dominus Dux prenominatus persuadere cepit. D. V̄ras cum in locum mittere velle. quem nos nominaremus. Quare nos cognita et locorum omnium racione et commoditate expensa, decreuimus firmo consilio nos Posnaniam ad diem Sancti Michaelis proxime venturum. insignes Oratores cum pleno tam affinitatis inter nos et Ser^mum D. Regem Ferdinandum q̄ concordie inter illius M^tem et aduersarium eius tractande, mandato mittere: quo eciam vt aduersarius Ser^mi. D. Ferdinandi Regis Oratores suos mittat procurabimus. Quare D. V̄ras hortamur, vt et ipe Posnaniam ad diem prenominatam sine difficultate, cum mandatis que à Ser^mo Rege

suo habent. conueniant. vt tractatus affinitatis nrē et con:
cordiē. quam ob publicum Chrianē reipublice bonum institu:
ere et curare expedit, foelr incboetur et optato fine terminetur
Facturē .D. Vrē rem officio suo dignam, et ad rem que agi de:
bet, proculdubio opportunam et vtilem. Et bene valeant Datȝ
Crac die xxi Augusti Anno Mº .Dº. xxxº Re:
gni nri anno xxiiiiº

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi
Andree krziczki Episcopo Plocensi
Petro kmite de Vissnicze palatº Cracouien
Ioanni de Tarnow Palatº Russie Campiductorj
Luce de Gorca Castellº Posnamien

Rx

nde in Chro Pr sincere nobis dilecte. Credimus. P. v.
non latere q nos ab inicio belli et contencionis de Regno Hu:
garie suscepte in eam curam propensi semper fuerimus vt
Sermos dominos Ferdinandum et Ioannem Hungarie Reges,
ad concordiam et pacem reducere potuissemus, que res etsi
longo tempore non ex voto nobis processisset. Nunc vero
cum ~~cominuius~~ cum Illtri domino Georgio Saxonie Duce
affine nro charissimo persuasione crebra et diligenti apud Re:
ges prenominatos de pace amplectenda institissemus, maior
nobis facilitas in re apparere cepit. Quare et calamitatis
Regni Hungarie miserti, et tocius reipublice Chriane periculo
permoti, persequi et promouere studium et curam nram de trac:
tanda pace per hanc occasionem que datur decreuimus, cum
autem ad festum Sancti Michaelis proximum pro tam solennis
negotii tractacione vtriqȝ Regi, et Illtri domino Georgio
Saxonie Duci visum est Oratores Posnaniam mittere. deli:
berauimus etiam nos pro illo tempore Consiliarios nros illuc
mittere, inter quos etiam. P. Vram designauimus Quam hor:
tamur vt ad ipam Sancti Michaelis diem Posnaniam profi:

ciscatur proq; fide sua erga nos et ipsius rei necessitate in me:
dium ita consulat ut periculosis Regum istorum dissidiis sub:
motis concordia et pax tandem confici inter illos possit. Quia
autem Oratores Sermi Regis Ferdinandi et ad affinitate
nobiscum tractandam mandatum habebunt. P. Vra nro
nomine id cum illis et collegis suis ea de re aget quod nos
cupere ex instructione nra quam postea mittemus cognoscet
factura P. Vra rem et officio suo dignam et nobis cete:
risq; qui optima queq; cupiunt et optant non mediocriter
gratam de viatico autem P. tue Crac provideri faciemus
que bene valeat Dat Cracovie xxi Augusti Anno
domini M° D. xxx° Regni nri xxiiii^to

Sigismundus Primus Rex Polonie.
Ioanni Regi Ungarie.

Erme Princeps et domine affinis nr charme Non accidit ne:
gligencia vel oblivione nra q tantisper respondere Mti Vre de de:
sponsanda Illma domina Heduigi filia nra charma Illtri dno
Ludovico Bavarie Duci distulimus quemadmodum Mtas Vra
nos requisierat et poposcerat sed quod prius quam Mti Vre res:
ponderemus deliberare super hoc et de genere moribusq; eius Du:
cis percunctari volumus. Quod cum per id tempus quo silui:
mus fecissemus, edocti sumus Illtrem dominum Ducem prenomi:
natum simul et gente clarissima ortum et optimis moribus pre:
ditum esse Quare presentibus iam ad propositionem eius connu:
bii Mti Vre respondendum duximus nos iam firmasse deli:
beracionem nram in collocanda Illma filia nra domino Duci pre:
dicto quem et Mtas Vra Serma et alii ob virtutem parentumq;
et agnatorum suorum decus plurimum nobis commendarunt
proinde diligenter a Mte Vra rogamus persuadere hoc iam

Matrimonium ita velit, vt et cito concludi et nobis cum Mte vra Illmeq filie nre voluptatem, Regnis vero et dominiis nris vtilitatem et honorem afferre valeat, factura Mtas vra rem non magis nobis gratam qz se officioq suo Regio dignam. Valeat optime Mtas vra Serma, sitq qz diu: tissime sospes et incolumis Dat ... xxi Augusti Ano domini M° D° XXX° Regni nri xxiiij^to

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Regi Vngarie.

Serme Princeps et domine affinis nr charme. Mortuo hic nuper Generoso Jacobo Sczzignierski, subdito nro et Mtis vre seruitore, declararunt nobis filii eius quos in hereditate reliqnit, Mtem vram emeriti Stipendii non paruam sum: mam defuncto debere, quam quia sciunt, ad se iure hereditario pertinere, supplicarunt nobis, quo ob eius solucionem pro ipis intercederemus. Quare nos et rei equitate et peticione illorum permoti, plurimum a Mte vra rogamus, vt meritorum et sumptuum defuncti, quos in seruicio Mtis vre degens fe: cit, memor esse, heredibusq filiis id quod pater promeruit, dissolui iubere velit, In quo Mtas vra faciet rem non mi: nus piam, qz et nobis gratam, et sua laude Regia dignam Cupimus vt Mtas vra sit semper foelix et incolumis. Cuius nos amori et beneuolencie commendamus, Dat Cracouie die vigesima secunda Augusti, Anno doi M° D° XXX° Regni nri Anno XXiiij

Sigismundus primus Rex Polonie.
Regentibus Austrie.

SPEctabiles et Mag.ci Sincere nobis dilecti. Mittimus in Italiam vsq3 ad Ducatum nostrum Barensem hunc Mag.cum Ludouicum Alphium Ser.me domine Coniugis nre Cancellariu cum nonnullis rebus et equis quos quibusdam Italie Princi: pibus dono cum Ser.ma Coninge nra mittimus. Quare pos: tulamus à S. vris vt illi de tuto transitu, et de lris Salui: conductus prouideant, ne ipse in rebus vel equis et personis comitatus sui damnum et incommodum aliquod in terris Se: renissimi domini Regis Ferdinandi affinis nri charmi subeat in quo Sinceritates vre rem et nobis vehementer gra: tam, et officio suo dignam faciant, et quam vicissim nos gratificatione nra Regia in omnibus vicinitatis bone co: mmodis referre curabimus Dat. Cracouie die vltima Augusti, Anno domini M.o D.o XXX.o Regni vero nri Anno XXiiij.to

Sigismundus primo regi Polonie
Andreas Cricius Eps Plocen

SACRA REgia Mtas et domine domine clementissime.
Humillimam mei comendacionem. Committere mihi dignata est SAcra Mtas vra ternis fortasse commissionibus, et his quidem diuersis, discrimina limitum, et iurzias commissas inter Masouie et Prussie terras, cum aliis dominis conspicere, et cum nunctiis Illtris domini Ducis Prussie discernere, et componere, que res tametsi mihi sit admodum grauis hoc tempore, quo et aliorum negociorum causa, que Mtas vra mihi commiserat, eundum erit Ploczkam, et rursus huc reuertendum, ac demum mox ad fines ipos Prussie proficiscendum, tamen nihil ommittere curabo mandatorum Sacre Mtis vre quantum prestare potero. Vnum valde miror non esse nobiscum aliquid de hac re vel actum in Conuentu vel tempori significatum, vt que oportuna sunt, ad hoc negocium bene conficiendum, prouidissemus, Res enim sunt magni momenti, presertim magna de limitibus differencia, de quibus necessarium esset bene ante et Priuilegia, actaque antiqua reuidere et hominum peritorum testimonia congnirere, ad quod dignata est quidem nunc nouissime Mtas vra committere nobis, vt habita mutua intelligencia vna conueniremus consultacionis istius causa, tamen quomodo id fieri debeat, non satis intelligo, cum longe ab inuicem distamus, et tempus, quo hinc mihi Ploczkam abeundum est, prope adest, viderem quidem libenter, vt huc ad me omnes conuenirent, sed nollem ita arrogans videri, vt illos mea ipius authoritate conuocare ad me, et commonefacere deberem

aut si arbitrio illorum locus et tempus sit eligendum, quisq3 suis negociis studens, vix in vnam sentenciam tam angusto tem:pore conuenire poterunt, presertim tam longe omnes à se distã:tes. hec non eorsum scribo, vt grauer obire mandata Sacre Mtis Vre, sed ne si quid negligencie committatur, aliter q3 res est Mtas Vra interpretari posset. nam quod ad me attinet, rescripsi domino Palatino Masouie me et libenter visurum vbi ad me conuenirent, et non grauatim ituru, si quocuq3 alio illis placeret. Commendo me etiam atq3 etiam in gratiam Sacre Mtis Vre, Quam dominus deus seruet diutissime sospitem et semper foelicem. Ex Arce mea Pol:thouiensi die xix Augusti. Anno M° D° XXX°

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali s. Quatuor Coro:
natorum. Regni Pol. protectori.

Rme in Chrõ Pr et domine amice charme ac honorande Agitur secundus hic Mensis, quod permissu omnipotentis dei Ecclia Cathedralis Vilnen simul cum media parte illius Vr:bis sit exusta, quam nos Eccliam vti et Vrbem in Ducatu Lithuanie ante omnes alias magis amore et veneratione colimus, cum ob alias multas causas, tum maxime quod ad cultum omnipotentis dei egregiis ornamentis, et insigni stru:ctura erat preparata, ad cuius restauracionem cum iam curam intendere cepissemus, incidit nobis in mentem vtile fore, si ad hanc templi insignem quam meditamur reparatio:nem, Chrianorum accolaru subsidium accedat, Quare à D. Vra Rma plurimum rogamus, vt Sanctissimo dño nrõ supplicare velit nomine nrõ, quo ad Magnum Ducatu nrm Lithuanie gratiam Iubilei in plena forma concedere dig:netur. Cuius nos freti adiumento celerius in opere finem facere

pro laude dei possimus, in quo rem nobis supra modum gra:
tam faciet. D. Vra. Rma, quam nos vicissim illi omni
beneuolentia, et mutua gratificatione cumulate referre
semper curabimus, Bene valeat D°. Vra. Rma sitque
quamdiutissime incolumis et foelix et nos Sanctissimo do:
mino meo frequenter commendet. Dat. Cracouię vltia
Augusti, Anno domini M°. D°. XXX°. Re:
gni nri Anno XXiiij^to

Sigismundus primus Rex Polonię
Iacobo Cortesio Scriptori apostolico

Rnde nobis sincere dilecte. Tabellarius nr qui superiori:
bus annis Romam à nobis missus, pecuniam quarundam an:
natarum que in manus Rmi domini Cardinalis Sanctorum
Quattuor à Rndo domino Epo Crac missa fuerat, per im:
prudenciam Iacobo Schucz defuncto tradiderat, questus est
nobis, molestari se ob eius pecunię sua culpa distractionem,
vrgerique, vt vel de suo refundat pecuniam iis quorum
interest illam non ammitti, vel personas in quarum rem ver:
sa sit, declaret. Quoniam vero ipse certo sciat partem eius
pecunię ad manus vras peruenisse, Suplicauit, vt autho:
ritatem nram interponeremus, quo hec pecunia à nobis
aliqua iuris ratione exigatur. Quare nos eius preci:
bus permoti, priusque aliud in hac re fiat, scribere ad vos
presentes lras nras statuimus, quibus vos hortamur vt
pecuniam defuncti Iacobi quantacunque penes vos, et dominum
de Capisucchis Sacri Palacii auditorem sit ad manus Rmi
domini domini Cardinalis Sanctorum Quattuor Coronatorum
aut Venlis Stanislai penitenciarij minoris Basilice be:
ati Petri de Vrbe deponatis, ne Tabellarius nr amplius ob

hanc molestetur, et illi quorum interest damnum subeant. In quo rem nobis in primis gratam deinde et offitio vro dignam facietis Dat. Craconie vltima Augusti Anno domini M°. D°. XXX°. Regni vero nri anno XXIIII°

Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Iacobo Chortesio Scriptori apostolico.

Reverende domine amice charme. Illo adhuc tempore quo dominum Iacobum Schue mortuum accepimus, ego fui factus certior Iacobum cum iam moriturus esset testamento suo declarasse, quod D. vra debitor illi existebat in sexaginta aureis illius pecunie, quam Tabellarius Mtis Regis nri per errorem ipsi dederat, cum tn per me ad manus Rmi domini Cardinalis Sanctorum Quatuor coronatorum fuerat missa. Sed hac de re propterea huc usque nihil D. vre scripsi, quia confidebam illa sponte sua Rmo domino Cardinali Sanctorum Quatuor coronatorum, vel domino penitenciario nro innumeratura esse. Nunc tamen quia aliter euenisse, quam sperabam video, et quia denique ab iis quorum interest admoneor de pecunia integra prestanda D. vram plurimum rogo, vt sexaginta istos aureos in manibus Rmi domini Sanctorum Quatuor coronatorum Cardinalis reponat, ne et vra deinceps per me et ego per alias personas ratione huius debiti molestemur. Curet etiam et operam suam faciat vra D. pro sua erga me beneuolencia, vt dnus etiam de Capisucchis Sacri Palatii auditor septuaginta aureos in quibus Iacobo Schue defuncto est obligatus dissoluat, eosque apud prefatum Rmum dominum Cardinalem deponat. faciet D. vra non modo rem equam et iustam, sed et omnibus ad quos pertinet, mihi vero in primis gratam. Que bene valeat et sit felix Dat Crac vltia Augusti M°. D°. XXX

Petrus Tomiczki eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Elie Constantini Duci in Ostrog.

Ill. Princeps et domine amice charme. Dici non potest qz graui ac molesto animo feram mortem Pris vre Illtis bone memorie domini Ducis Constantini, fuit enim et sume vtilis reipublice Regni et Magniducatus Lituanie et meus singularis fautor et amicus, quia vero visum fuit diuine bonitati eum tollere ex hac vita ferenda est nobis eius mors equo animo. Cum enim mortales simus omnes huic legi omnes subiicimur. Quod autem attinet ad vram Illtem et negocia que hic egerunt hii seruitores illius feci omnem operam meam apud Mtem Regiam, vt in omnibus pro voto suo et vre Illtis absoluerentur, vram etiam Illtem ob eius virtutem et memoriam patris sui, volo, omni amore et beniuolentia mea complecti, eique in rebus omnibus ope consilio et patrocinio meo adesse quod re ipsa vra Illtas semper experiri dignabitur. Cui me ex animo commendo et valere illam foelicissime desydero Dat Crac Mo. Do. XXXo

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancellarius
Luce de gorca Castello Posnamen &
Capito maioris polonie generali.

MAgce domine, domine, et frater honorandme. Quomodo se habeant rationes concordie et pacis inter Sermos Reges Hungarie institute Mgcia vra ex lris Mtis Regie ad plenum cognoscet, Namqz eo res rediit vt istic Posnanie ad festum S. Michaelis proximum Oratores vtriusqz Regis predicti, Mtisqz domini nri et domini Georgii Saxonie Ducis ad eius concordie tractacionem conueniant, ad quod munus Oratorium Mtas Regia designauit Mgciam vram, Rmos dnos Posnamen et Plocen Epos, Spectabiles et Magnificos dominos Castellanum et Capitaneum Crac etc. Pallatinum Crac, Pallatinum Russie et Exercituum Regni primum Ductorem ac Venerabilem dominum Ioannem Choienski Archidiaconum Crac faxit omnipotens deus, vt pro bono tocius Christiane reipublice tanto negocio feliciter succedere futura ista consultacio possit. Cum hic esset dominus Laski nihil aliud quod ego sciam egit nisi quod ad istum actum concordie pertineret. Imperatoris etiam Turcarum Orator nihil verbis rettulit preter salutacionem sed literas attulit in quibus hoc continebatur, quod commemorauit Imperator Regie Mti, foedus inter se et illius Mtem huic supra duos annos percussum quod se seruare et seruaturum deinceps esse affirmauit. Recensuit etiam Mti sue, quam ingenti apparatu se instruat contra hostes suos et conclusit hec se propterea scripsisse, vt Mti sue sicuti amico et vicino suo non forent incognita. lras que ad officium Capitaneatus Nakien pertinent, quum priori nunctio mittere non potui, nunc illas per presentem Mgcie vre mitto. Cuius me amori et

beneuolentie fraterne commendo, foelicemqz esse et recte cu(m) suis omnibus saluam atqz incolumem vehementer desydero Dat(um) &c

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree Cricio Epo Plocensi
Chrisfero Sidlouicio Castel. Crac. Cancell(ari)o.
Luce de Gorca Castel. Posn. Capit(ane)o maioris Pol.
Joani comiti in Tarnow Palat(in)o Russie. Exercitus
Regni Polonie Capitaneo generali.

Reuerende in Chro Pater, sincere nobis dilecte. Credimus P(aternita)tem v(est)ram non latere, quo nos ab inicio belli et contencionis de Regno Hungarie suscepte, in eam curam propensi semper fuerimus, vt Ser(enissi)mos dominos Ferdinandum et Joannem Hungarie Reges ad concordiam et pacem reducere potuissemus. qua in re etsi longo tempore non ex voto nobis processisset, nunc tamen cum coniunctim cum Ill(ustrissi)mo domino Georgio Saxonie Duce affine n(ost)ro char(issi)mo persuasione crebra et diligenti apud Reges prenominatos de pace amplectenda institissemus, maior nobis facilitas in re apparere cepit. Quare et calamitatis Regni Hungarie miserti, et co(m)munis tocius reipub. Christiane periculo permoti, persequi et promouere studium et curam n(ost)ram de tractanda pace per hanc occasionem que datur decreuimus. Cum autem ad festum Sancti Michaelis proximum, pro tam solemnis negocii tractacione, vtriqz Regi et Ill(ustrissi)mo domino Georgio Saxonie Duci visum est Oratores Posnaniam mittere. ~~deliberauimus eciam~~ nos pro illo tempore Consiliarios n(ost)ros illuc mittere. Inter quos eciam P. v(est)ram designauimus, quam hortamur vt ad ipsam Sancti Michaelis diem Posnaniam proficiscatur, proqz fide sua erga nos et ipsius rei necessitate in medium ita consulat, vt periculosis Regum istorum dissidiis submotis, concordia et pax tandem confici inter illos possit. Quia autem Ora(to)res Ser(enissi)mi Regis Fer:

dimandi et ad affinitatem nobiscum tractandam mandatum habebūt P.tas vrā nrō nomine id cum illis, et collegis suis ea de re aget quod nos cupere ex instructiōne nrā quam postea mittemus cog: noscet. factura. P. vrā rem et officio suo dignam, et nobis, ce: terisqȝ qui optima queqȝ cupiunt et optant, non mediocriter gratam Que bene valeat Datū Cracouie xxi Au: gusti Anno domini M°. D°. xxx° Regni nrī Anno xxiiij.to

Andreas Crzizki Eps Plocen. Petro Tomicio Epō Cracouiensi Vicecancell°.

Rme in Chrō P.r, domine, et benefactor mi colen.me Venit huc ad me Rozski seruitor vrē Rme. D. mihi multo gratis: simus, hoc presertim, quo offertur occasio et meam erga vram Rmam. D. obseruanciam, et eius seruitores propensionem de: clarandi, cui in eo negocio quantum potero adesse volo, vt voti compos fiat, eciam si aduersarius eius, vbi ex equo res aliter cedere non posset, de mensa et decimis meis esset mihi contentandus, quod non grauatim prestabo in gram vrē Rme. D. Quod autem attinet ad meam profectionem Posna: niam, componendorū istorum Regum causa, paratus sum, vt debeo, mandatum Mtis Regie exequi, curaboqȝ vt fides et diligencia mea nulla in re deesse videatur, modo dominus de: us actiones meas fortunare velit. Me vrē Rme. D. gratie vnice commendo Quam idem dominus deus omni foelicitate semper augere dignetur Ex Arce Poltouien. die xxviij Augusti, Anno domini M°. D°. xxx°

Ioannes Dantiscus orator apud Cesaré Carolum
Petro Tomiczki Epo Crac &
Regni Polonie Viceecancellario.

Rme in Chro Pr et domine, domine graciosissime humillimā commendacionem. Quibus verbis .D. vrē Rme grās agere debeam, cum mente hoc vix concipere possim, non est opis meē, frustra etiam cum inertia mea colluctarer. Tot enim et tanta sunt eiusdem .D. vrē Rme in me iam à multis annis collata beneficia, vt ne illa quidem enumerare, quomodo igr pro eis dignas grās agere possem, et potissimum hoc tempore quo Rmus dominus Ioannes Epus Culmen. cui deus misereatur è viuis excessit, vbi tum Do. vrā Rma nullum laborem et studium intermisit, quousqz me illi per gram Sermorum Principum nrorum in Epatu Successorem efficeret, quantum itaqz Dni vrē Rme debeam, et qd prestare possum mihi ipsi sat sum conscius, hoc tamen quod vnicum in facultate mea est facio, et grās quas exiguitas mea potis est erga .D. vrē Rme habeo: Chrm dominum nrm oraturus sedulo vt pro me id quod ego non possum, qui omnium bonorum retributor est .D. vrē Rme, rependat

Que hic aguntur satis diffuse Mti Regie descripsi, Nescio quid iterum quidam Germani Principes, quorum capita sunt Marchio Ioachimus Brandeburgen. et Georgius Dux Missinensis, moliantur, Induxerunt bonum Caesarem, vt terras quas Illms Dux Albertus in Prussia possidet, Valtero de Croneberg Mgro in Alemania in feudum concederet, quod prius nullus Imperatorum fecit. Licet mihi Caesar responderit

hanc concessionem nihil iuris addere, ubi primus ius nullum fuit, tamen quum prius nunquam talis actus celebratus sit in Im:perio: hoc tempore etiam quo maxime Christianorum animorum con:cordie intendi conuenit fieri non debuisse. Quumque ego ea in re nullum speciale mandatum et instructionem habeam aliud facere non potui quam hoc quod abundius in literis ad Regiam Maiestatem descripsi, unde si fortassis à me erratum est, non immerito mihi veniam dandam. feci enim id quod intelle:xi et potui

De re Luterana licet quidam bene sperent, nil boni futurum video, In articulis propositis fuit inter primos de annatis tollendis, vel in eos usus conuertendis, in quos per Concilium Constancien. fuerant deputati. quod enim non posset fieri si:ne detrimento Romane Curie per Legatum Rmum D. Campeium admitti non potest. consenserat quidem quod certi abu:sus Ecclesie vel reformarentur, vel tollerentur penitus, et hoc clare voluit intelligi in hiis, in quibus emolumentis Sedis non preiudicaretur. veritus quod si quid huiusmodi hic constitueretur et admitteretur, idem per totum orbem Chris:tianum veniret admittendum. hiisque diebus Luteranis ad proposita dabitur responsum, quod quale est futurum D. vestram Rmam cum primis non latebit.

Florentini adhuc obsidentur, ad quos destruendos totis viribus S. D. noster incumbit, intus feruntur esse bonorum militum stipendiorum sex millia preter Cives, foris qui obsident 16 millia, Resque nulla vi aut tormentis agitur sed ducitur in moram ut media ad dedicionem cogantur, quod priusquam fiat, ne in potestatem S. D. nostri veniant, expulsa inutili

plebe que misere in hostium et amicorum oculis perit omnia extrema pati, digni commiseratione Florentini, obfirmatis animis statuerunt, Scilicet is superis labor est

Quod reliquum est, quum sciam volumen hoc meum Regie dicti inscriptum in manus D. V. R. me venturum nolim longiore scriptione D. V. R. me esse molestior quam humiliter rogo, velis et remis incumbat, vt tandem quod summopere desidero, liberatus ex hoc exilio, saluam et incolumem iam tum demum videre et reuerenter complecti possim. Cui me ex corde humiliter commendo Dat. Auguste prima die Augusti Anno M. D. XXX

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Dantisco Epo Culmensi oratori suo apud Cesarem Carolum v.

Reuerende in Christo Pater Sincere nobis dilecte, Rediens huc Stamcherckir Cubicularius noster, tue Paternitatis nobis literas reddidit, quibus Paternitas Vestra copiose nos de omnibus que isthic in celebri isto Conuentu fiunt et dicuntur fecit certiores, In quo suum nobis offitium reddidit gratissimum, maxime tamen ob id quod in his que contra Illustrem dominum Albertum in Prussia Ducem contraque dignitatem nostram isthic immerito dici audiuit, commodissime, et non secus quam nos optaremus responderit, probantur enim nobis vehementer P. tue rationes, quibus nulla nostra instructione habita accusationes hominum quas nobis maleuolorum falsa criminatio et inutilis vanitas conciliauit, probe diluit et confutauit, In quibus et nunc P. tue alium modum defendendi

non prescribimus nisi ut ita quemadmodum cepit et que:
admodum fides illius erga nos item etiam vite nre ratio
et dignitas postulat dicat, agat, et persuadeat de nobis
omnibus

Toto hoc tempore quo à nobis Stamkirzch discessit, fuimus
in magna expectacione responsi Illris. D. Georgii Sa:
xonie Ducis, quod nobis super lris nris festinanter mitte:
re debuerat. Namque ut ab inicio tocius negocii, P. tue
rationem aperiamus, Illo tempore quo hic post Coronatio:
nem Sermi filii nri Conuentum cum subditis nris age:
remus, miserat ad nos Illris dominus Dux prenomina:
tus Oratores suos postulans et persuadens ista duo primum
ut propter liberandam Christianam rempublicam ab hac
que est bellorum calamitate, coniunctim cum Illte sua labora:
remus de persuadenda concordia et pace inter Sermum
D. Ferdinandum et illius aduersarium.

Secundum ut cum Rege Ferdinando tractaremus de contra:
henda inter liberos nros aliqua affinitate mutua, ad que
omnia cum nos propensos esse velle declararemus obtuli:
mus ibis ita studium et operam nram, ut Illris Ds
Dux coniunctim nobiscum tam de affinitate quam de con:
cordie tractacione in medium consulat, ut persuasione
sua Regis Ferdinandi animum ad amplectenda presta:
daque omnia que ad negocium pertinerent prepararet, nam
nos vicissim et nram facilitatem prestaturos ad omnia
promisimus ei Regem Ioannem adhortatione authoritate nra necessaria
inclinare velle ad acceptandas condiciones pacis nos
recepimus.

Et equidem nos quantum in nobis erat post discessum à nobis Oratorum Ill.mi domini Ducis nihil intentatum reliquimus, quod ad persuadendam à nobis Regi Joanni concordiam pertinere potuisset Namque et Oratorem nrm illuc statim miseramus, et literis crebris ante egimus ut ineunde pacis et concordie preberet nobis assensum, de qua re cum nobis ita Rex Joannes per Oratorem respondisset q vellet cum Ser.mo Rege Ferdinando per Oratores suos libenter de concordia tractare quos Oratores tamen non Vratislauiam ut Ser.mus Rex Ferdinandus proposuerat, et nos hic cum Oratoribus Ill.mi domini Ducis Georgij non explorata adhuc Regis Joannis superhoc voluntate concluseramus, sed in Regnum nrm ubi libuerit se missurum promisit, super quo negocio cum nos ternas exceptis presentibus lras, ad Ill.trem dominum Ducem [scripsissemus] nihil ab illius Ill.te certi et definiti responsi habere huiusque potuimus, sicut ex exemplis literarum quas inter nos mutuo in hac re scripsimus, et quas cum presentibus illi mittimus P.tas vra intelliget. Quare cum nos in istis postremis lris per Stanikierczer ab Ill.tri duo Duce allatis nihil scriptum reperissemus quo et ipi instrui et Regem Joannem instruere quid agi debeat potuissemus, Nunc demum ad Ill.tem suam scribi fecimus, rogantes ut nos certiores dilucide faciat, de Ser.mi Regis Ferdinandi voluntate, an concordiam et pacem inire amplius cum Rege Joanne, et de illa cum eo tractare sicut decreuerat velit.

Nam si perstaret in proposito pacis tractande, operepretium foret illius Alti persuadere quo mutata Vratislauia Posnaniam huc in regnum nrm Oratores suos mittere decer:

neret alio enim quam in Regnum meum negat se missurum Rex
Joannes Oratores. Ad quas litteras ut nobis Illustris dominus
Dux clare et finaliter respondeat P.tas tua apud illum partes
suas nomine nostro interponet, et persuadebit, fore non indignum.
neque inutile, ut in Regnum meum Posnaniam mittantur Oratores.
quibus tempus eiusmodi statuatur ut et Regis Joannis et
mei Oratores convenire ad illud commode possint. Quia
vero et de Oratoribus super affinitate tractanda mittendis
nobis est cum Illustri domino Duce inceptum negocium, P.
tuam hortamur ut super hac re quoque cum Illustritate sua dili:
genter conferat, rogetque illam ut nobis perscribere certam
rationem velit, quo et quando Oratores meos sive concor:
diam persequi sive deserere contingat mittere ad tractandum
de affinitate debeamus. Etsi Illustri domino Duci videbitur,
poterit P. tua cum Illustritate sua simul Regem Ferdinandum
convenire, et ipsa que ad rem et celerem responsionem per:
tinebunt curare, nam in istiusmodi dubiis responsionibus he:
rere nos et torqueri neque convenit neque est utile. Propter
celeritatem; amplius plura P. tue ad presens scribere non possu:
mus sed illi exempla omnium literarum que in negocio
intercesserunt cum presentibus mittimus, ex quibus se facile
instruet, quo pacto quid dicere vel curare tam de concordie
quam de affinitatis tractande ratione debeat ..

Namque hec est summa desiderii mei, ut in utroque negocio in
hanc vel alteram partem cito nobis respondeatur, ne et nos
in ancipiti opinione simus, et Regem Joannem diutius in:
certum et suspensum teneamus, qui nos negligencie et tar:
ditatis ante semel per litteras et nunc proxime per Orato:
rem suum accusavit, putans moram et cunctacionem istam
culpa mea accidere, que tamen ab aliis quam a nobis comissa

apparere semper poterit ut P. vra ipsa ex literarum omnium exemplis perspiciet bene valeat P^tas vra secundoque ista et celeriter que volumus curet Datum XX^a Augusti Anno domini M^o D^o XXX°

Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellar Ioanni Dantisco Epo Culmensi. Regio apud Cesarem Carolum V.

R^me in Chro P^r et domine amice charis^me. Accepi lras P. vre R^me Augusti prima Augusti datas, quibus quidem mihi tam accurate de intercessione pro se ob Epatum factam gras egit, non potui nisi gratissimo animo excipere, tametsi enim fateor non tam opera mea quam Regie et R^lis M^tis spontanea liberalitate P. vram Epatu fore ornatam et auctam, ista tamen illius gratitudinis amplissima declaratio quam mihi tanquam de accepto per me solum beneficio debere se scribit, fuit mi longe charissima, nam ad coniunctionem quam a multis annis mutuo colimus conseruandam, istiusmodi beneficii ubi non est beneficium agnitio multum conducere et utilis esse poterit fructum mutue et cumulate dilectionis nobis afferre.

Intelliget P. vra R^ma ex lris M^tis Regie quam sit illi gratum officium eius quod prudenter et accomodate in omnibus responsionibus et defensione dignitatis sue M^tis prestitit. Quare enim tam facile sit illi ex tam magna rerum experientia rationes et argumenta reperire quibus maleuolorum criminationibus respondere digne debeat, ego non putaui fore necessarium ut P. vre aliquis

alius modus in presens defensionis faciende prescribatur, hoc
solum P. vré declarandum putaui, quod dominus Ieronimus
Laski his diebus hic apud Mtem Regiam Oratorem Regis
Ioannis egit per illum non aliam ob causam huc missus quam
vt de negocio concordie et spe eius à Mté sua sciscitaretur.
Si enim forte aliquis aliter hec interpretaretur P. vrá Rma
ex cognitione vera rei ipsius confutare illum facile pote:
rit. Sed et id non preteribo silentio quod D. Laski non pri:
us ingredi fines Regni Mtis sue voluerit quam lrás
publica fide quas Saluum conductum vocant à Mté sua
nactus esset pro quibus lris ipse etiam Rex Ioannes Mtem
Regis mei per lrás et per celerem nunctium rogauerat. Celeri:
tas istius expeditionis non patitur me plura scribere, illud
tamen subdicere volo quod ad negocium P. vré cum dnó
Palatino Pomeranie pertinet Namque dominus Palatinus
ad hec que P. vrá illum temere et iniuste in rerum
Epalium vendicatione egisse queritur ita respondet quod
docere velit omnia que sunt post mortem fratris reperta,
testamento illi fuisse legata, de quibus tamen disquiri ita
cito non potuit Mtas sua cognitionem eius negotii ad
aduentum sue P. vré Rme suspendit et res omnes
interea conscribi et consignari fecit misso illuc Fabiano
Mtis Rlis Aulico et P. vré alumno. Coeterum
quia Mtas Regia ad instanciam hic domini Archi:
epi Gnesnen promiserat ab illo adhuc tempore quo moni:
torium erat contra illum missum se missurum esse Romam
Oratorem qui nomine Mtis sue apud Summum Pontifi:
cem pro domino Archiepo deprecaretur et intercederet
cum hactenus propterea mittere se continuit quia à
P. vrá prioribus lris cognouerat negotium istud facile
per se conquieturum esse, cum Rmum D. Cardinalem
Gattinarium mors de medio sustulerit, Nunc vero etiam

etsi rursus instet dominus Archiepus de ipso Oratore mittendo Mtas Regia pendet animo an mittere debeat, Namqz vereretur ne missio ista tametsi non ad defendendum vel excusandum sed ad deprecandum domino Archiepo promissa Serenissimum Regem Ferdinandum offendere possit. Quare P. vra Judicium suum in hoc mihi perscribat et significet vtrum credi possit negocium istud de domino Archiepo ita quieturum esse vt missione Oratoris Mtis Sue res non indigeat, namqz subterfugeret nunc libenter Mtas Sua istam mittendi rationem si quo pacto honeste posset

Auemus hic scire omnes quid sit per Caesaream Mtem Lutheranis responsum et qui in hac tragedia sit sperandus finis. Quare P. vram rogo vt cum ceteris de his me per lras certiorem faciat.

Quid residuum sit hic stipendii P. vre. non potuimus sub hac celeritate subducere rationem, sed alio tempore de hoc P. vram ego faciam dare certiorem, hoc solum in hac re recordor quadringentos aureos ad rationem istius stipendii P. vre sub presencia illius fratri fuisse numeratos ex quibus ducentos secum illius frater ad illam tulit ducentos vero Georgio Hegel numerari curauit Cupio P. foelicem esse et bene incolumem P. vram cuius me mutuo amori commendo Dat Cracouie XX Augusti Anno domini M° D° XXX°.

Scriptis his lris et iam ferme obsignatis, rediit Cubicularius Mtis Regie qui in Hungariam erat missus lras à Rege

Joanne attulit, quibus iterum affirmat se nequaquam propter rationes quas ex literarum exemplo P. V(est)ra intelliget Wratislaviam Oratores mittere velle, quin etiam et Posnaniam, ut illuc non iretur evitare cuperet. Verum si M(aies)tas Ser(enissi)mi Ferdinandi Regis in Posnaniam consenserit, operabitur iam hic M(aies)tas sua ut omnino et Rex Joannes illo fine ulla differentia permittat. Quare P. V(est)ra quicquid responsi super his omnibus praedictis habuerit M(aies)ti domini nostri quam celerrime perscribet hortabiturque ut ista concordia cito tractaretur et perficiatur. Namque Cubicularius retulit quadraginta iam millia Turcorum in Hungaria non longe a Buda esse, cum Mechmetbek praefecto quem Exercitu Cubicularius audivit ad depopulandam Austriam a Thurco missum esse

Petrus Tomicski ep(iscop)us Crac(oviensis) Vicecancell(arius) Ioanni Laski Archiep(iscop)o Gnesnensi primati legato nato.

R(everendissi)me in Chr(ist)o P(ate)r et domine domine maior honorande. Ut primum huc Cubicularius M(aies)tis Regiae Augusta rediit, sollicitavi M(aies)tem suam ut in negocio D. V(est)rae R(everendissi)mae iam tandem dominus Zbasky in Urbem mitteretur. Super quo tum M(aies)tas sua ita mihi respondit quod non videretur sibi adhuc mittendus donec exploratum fiat, quo loco sit nunc V(est)rae R(everendissi)mae D. negocii ratio. Expectat enim M(aies)tas sua a R(everendissi)mo domino Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum ea de re l(ite)ras ad quem tum adhuc scripserat, cum monitorium remittebat.

Caeterum et illud providet M(aies)tas sua, ne ubi negocium per se quiescere possit, Orator praeter necessitatem mittatur, et res prope iam sopita magis incendescat. Quare ob hanc ambiguitatem qua

presefert in animo Mtas sua, sufferre adhuc tantisper moram
domini Sbaskij, vra Rma D. velit donec à Rmo dno
Cardinali responsum Mti sue huc afferatur, quam ego moram
in nullo officere posse credo, presertim cum non multum ante
et dominus Electus Culmen et dominus Cornelius Sappe-
rus Cesaris Secretarius, Augusta scripserat se sperare q
hec vre Rme Dnis actio simul cum morte domini
Cancellarii Cesaree Mtis evanescere et finem accipere de-
buerit. Si vero videbitur D. vre Rme, ut interea
loci dominus Rudnizki Romam solus proficiscatur, ar-
bitrij vre Rme D. id esto, boni enim id consulturam
scio Mtem suam, et quicquid in hac re D. vra Rma
apud se statuet facere me velit cumprimis certiorem. Nam
ego ad omnem sentenciam D. vre Rme opera mea
presto sum illi. Cuius me amori et benevolencie ex animo
commendo, cupioque ut sit quam diutissime incolumis et foe-
lix Datum Cracovie ultima Augusti, Anno dni
M° D° XXX°

Ioannes Rex Vngariȩ Sigismundo primo Regi Poloȩ.

Literȩ Mtis vrȩ regiȩ XXI augusti ad nos datȩ nobis redditȩ sunt, ex quibus perspeximus, quam propenso quam que sincero animo Mtas vra vna cum Illmo dno Duce Saxoȩ in rem Christianam incumbat: pacem que inter nos et adversarium fieri cupiat. Nos tametsi ob eas causas, quas Mti vrȩ prioribus lris nris significauimus, nonnihil offendamur: parebimus tamen monitis et adhortationibus Mtis vrȩ, neque committemus, vt tam laudabile inceptum propter hanc difficultatem pretermittatur. Nam et illud quod Mtas vra sponte pollicetur, opera Cubicularioru suorum lrás ex Posnania ad nostros nros, quos in finibus regni nri collocari suadet deferendas, est ad hanc rem maxime necessarium, et ex abundantia quadam amoris erga rempublicam Christianam Mtis vrȩ profectum. Id quod nos vel optare ab eadem deberemus. Preparauimus itaque Oratores nros, et cum pleno mandato propediem Posnaniam mittemus. Sed Mtas vra etiam atque etiam considerare debebit, quantum detrimenti in rebus et publicis et priuatis: quantum item iniuriarum per hos annos ab aduersario nro pertulerimus, et etiam in presentia perferamus. Nam habet nunc quoque aduersarius noster in Regno nro Exercitum predonum suorum, qui nihil pretermittit quod ad oppressionem Subditorum, turbationem que Status regnorum nrorum attinet exercere. Erit igitur prudentiȩ Mtis vrȩ, totum hoc negotium ita moderari ne et hic Oratorum Conuentus, similes effectus priori habeat. Nos vt Mtas vra bene nouit semper ad iusta et iusta parati fuimus, et sumus etiam nunc, neque vnquam dabimus occasionem, vt respublica Christiana propter nos aliquid incommodi patiatur. Sed si quis in defensione iusta regnorum nrorum iniurias quas inferre parat, suo detrimento re:

pulsus fuerit, nemini alteri q̄ suę intemperantię ascri:
bere debebit. Mtem vram deus altissimus diutissime
felicem atq incolumem conservet. Budę V. Septēbr.
Anno dni 1530. Regnorum nrorum anno 4.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Laski Archiepo Gnesnensi
Legato nato: Primati.

Rme in Chro pater et domine, maior honorandme. Red:
ditae sunt michi lrae P.tis vrae Rme, ex quibus quod in:
tellexi probari illi Mtis regiae et meam sententiam de
proroganda et suspendenda adhuc ex certis legitimisque
rationibus Dni Joannis Sborski Cancellarii profectione, gratissimo
accepi animo. Namque omnia quae P.ti vrae Rmae satisfa:
ciunt, et in quibus libenter acquiescit, michi etiam grata
solent et iucunda accidere. Quare cum ego intelligam
quae sit in ea re certa P.tis vrae Rmae sententia: officium
meum ita ad illam accomodare curabo, ut nichil in illo
relinquatur quod a P.te vra Rma desyderari debeat.
Verum accessit recens et alia magni momenti ratio,
quae dubium et ancipitem facit M.tis regiae animum,
mittendus necne sit in urbem hoc tempore orator. Scripsit
enim Sanctmus Dns noster suae Mti, diligenter et sollicite,
ut ad consulendum de expeditione contra communem Christiani
nominis hostem, ad se oratorem cum pleno mandato
mittere dignaretur: In qua re si Sancti suae obsequi de:
beret, veretur ne quid contra foedus egisse a Turco accusari
possit. tantoque id gravius facturum censet Mtas sua, quod hanc
expeditionem vanam ut alias fore suspicatur. Revocat
enim sibi in animum casum Nepotis sui Ludovici Vngariae
et Bohemiae regis, in quem ista sola spe et mora expeditionis
coniectum praecipitatumque esse intelligit. Quia tamen
ego puto hanc deliberationem Mti Suae cum P.te vra et
cum aliis dominis Consiliariis regni communem futuram, nolo
quidpiam ante tempus de hac ratiocinari. Quando tamen
erit tempus, id suadere et consulere curabo. quod magis

ex honore M^tis sue. et totius reip^ce commodo futurum existimabo. Interea me amori et benevolen^tie p^tis v^re R^me commendo. quam sanam saluam et incolumem esse vehementer desydero. Cracovie 18. Septembris M.D.XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie. Ferdinando Regi Vngarie et Bohemie Archiduci Austrie.

Ser^me princeps et domine. etc. Nunciatur persepe ad nos, quod non equa servetur vicinitas a Subditis M^tis v^re Ser^me in finibus qui Slesiam a regno nro dirimunt. Non solum enim in illis locis que non sunt per Comissarios M^tis v^re Ser^me et nros revisa, et distincta, queruntur subditi nri se iniuriis affici, sed in hys etiam in quibus communes adversarii proxime certos finium terminos declaravarunt, et positis signis confirmavarunt. Que res est nobis et debet non mediocriter molesta et gravis: presertim cum id preter voluntatem M^tis v^re Ser^me ex sola dominiorum de Rachembergk curiositate et subornatione accidere perspiciamus. Quare autem v^ram Ser^mam plurimum rogamus, ut Illustri dno Carolo Duci Minsterbergensi, et Capitaneo Ducatus Glogovie, committere dignetur, ne finium iura et Constitutiones proxime factas violare permittat sed ita illas conservari et tueri nomine M^tis v^re precipiat, ut et honos utriusque nostrum et bone vici:

initatis legis postulare videntur. De hys autem
locis qui unisione adhuc indigent constituere idem quod
de prioribus Maiestas vestra dignabitur, ne diutius in ista
incertitudine subditi utriusque nostrum hereant et se
contumeliis et iniuriis non necessarys lacerent.
In quo Maiestas vestra non minus nobis rem gratam
quam illis confinibus locis et populis necessariam et
utilem faciet, quam nos vicissim fraterno amore
et amicis officiis referre semper Maiestati vestre curabimus.
Cuius nos benevolentissimo animo sicut solemus diligenter
commendamus: et felicissimam esse semper, atque diu salvam
et incolumem esse optamus. Cracovie die 21
Septembris. Anno domini M.D.XXX.
Regni vero nostri anno 24.

Ioannes Rex Vngarie Sigismundo primo regi Polonie.

Serenissime princeps et domine, tanquam pater charissime, Quem:
admodum Maiestas vestra nos aliquoties et per literas et per
internuncios cohortata est, ut oratores nostros pro transi:
genda pace inter nos et adversarium, Posnaniam mitteremus
ita et nos ex eodem amore atque observantia in rempublicam
Christianam salutaribus consiliis Maiestatis vestre, nunc quoque
sicut alias semper acquiescimus, et fideles nostros nobis
sincere dilectos, Reverendissimos in Christo patres dominum Franciscum
de Frangepanibus Archiepiscopum Colocensem, et Joannem de
Lasko electum Ecclesie Vesprimiensem, ac Spectabiles et
Magnificos Stefanum de Werberotz Cancellarium regni nostri
Ungarie. et Hieronymum de Lasko Vaywodam regni nostri

Transiluaniae comitem Siculorum, palatinum Siradien.
ac Franciscum Drugeth de Homonna Thauernicorum
nostrorum Magistrum: item excellentem ac Rx dum
Andream Doctorem prepositum Strigoniensem oratores,
cum pleno mandato, illuc quo Mti vre visum est
misimus. Sed Mtas vra non ignorat, quantum
terre hinc ad Posnaniam emetiendum sit: presertim
quia certa via propter inimicos, oratores nostri iter
agere non possunt: sed per multos circuitos et varios
amfractus eisdem eundum erit, unde vix fieri posse
credimus ut ad constitutum diem illuc perueniant.
Si itaque tardius perueniant. Si itaque tardius ali:
quantulum aduenerint, sciat Mtas vra ob eas causas
quas diximus, et non aliunde factum fore. Hoc quoque
Mtas vra boni consulat. Nos enim in singulari fide
et sinceritate Mtis vre ne tantillum quidem dubi:
tationis habemus. sed certos ob respectos, et presertim
quia oratores nostri securius hac prouincia legationis
fungantur, rogamus Mtem vram, ut eisdem per
hunc Tabellarium presentium, Lras suas salui con:
ductus mittere in plena forma obuiam velit.
Reliquum est ut eosdem Mti vre vnice commendemus
eandemque diligenter hortemur, ut postquam sua
prudentia negocium in hunc terminum conduxit, det
talem operam, ne et ipsam sui consilii, et nos mis:
sorum oratorum, et reipublicae Christianae huius pacif:
icationis peniteat. Mtas vra ne quid in hac re
suspicetur. Hoc enim ipso die oratores nostros hinc
dimisimus. Eandem Deus altissimus cum omnibus
suis charis. diutissime foelicem conseruet. Budae xi
Septembr. 1530.

Sigismundus primus Rex Poloniae.
Ioanni Regi Vngariae.

Ser^me Princeps & domine, affinis noster char^me Redditae sunt nobis litterae Maiestatis vestrae Ser^me, quibus se oratores qui Posnaniam proficisci debeant et designasse et emisisse declarat. Que res non mediocrem nobis attulit voluptatem, propterea quod hac ratione spem futurae concordie augeri, et in mentibus hominum confirmari agnoscimus. in quo etiam nos promissi officij quod nostri memores nichil sumus immorati. sed ut debemus mature hinc oratores nostros absoluemus, ut ad praefinitam diem Posnaniam peruenire possint. et illic ea curare que publice rei Christiane quieti et tranquilitati expedire videbuntur.

Ceterum quod a nobis iterum Maiestas vestra istis suis oratoribus de saluo conductu prouideri postulauit: non potuimus non moleste ferre. Sumus enim nobis conscii, nos nullam vel causam vel occasionem Maiestati vestrae dedisse propter quam suspectos nos esse aut regnum nostrum ita apud se habere debeat, ut sine litteris publice fidei in regnum nostrum oratores mitti periculosum sibi existimet. Verum cum hoc loco fidem nostram collocare, et ita illa uti libet Maiestati vestrae, illius id nos arbitrio in presens relinquimus: et quod postulat Maiestas vestra litteras salui conductus in manus illius oratorum mittimus. Quod reliquum est nos Maiestatis vestrae amori et beneuolentie fraterne commendamus. et illam felicem atque semper incolumem valere optamus.
Datum Cracouie XX Septembris. 1530.

Petrus Thomiczki Eps Crac
et Regni Polonie Vicecanc
Hieronymo Laski Palatino
Siradiensi

Mag^ce domine, amice char^me et honorand. Gratissimus
michi fuit nuncius iste qui lras Mag^cie vre michi reddidit
et verbis retulit illam cum ceteris oratoribus ad nung
concordie in Poloniam adventare. est enim mea ista
summa expectatio et voluptas, quando res in eam parte
promoveri audio, que publice publice utilis esse omnibus
possit.

Ceterum q Ser^mus dns Rex Ungarie pro lris publice
fidei seu salvi conductus ad Mtem domini mei scripsit
fuit id Mti sue vehementer molestum, quippe q hac
racione Mtas Ser^mi Ungarie regis in malam suspi-
cionem cum apud se tum apud alios omnes fidem et
officium Mtis sue adducat. cum tamen aliter fieri
non potuit, dari literas salvi conductus utcunque
invita Mtas sua fecit.

Nostri domini qui in Oratores sunt per Mtem regiam designati

suo quisque itinere sunt iam Posnaniam profecti, et puto illos non solum D. Vras, sed et Sermi Regis Ferdinandi Oratores illo preuenturos esse. Quod tamen parum referret si cetera bene et foeliciter vt optamus omnes succederet, de quibus coram latius interea me amori et beniuolencie fraterne Mgcie Vre commendo Quam sanam saluam et incolumem esse vehementer opto Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell. Christoforo de Sdzidlovec Castello et Capitaneo Cracouien & Regni Polonie Vicecancell.

Mage domine, domine et amice honorandissime. Mirifice sum consolatus quod ex domino Ocziesski Mgciam Vram rectius iam valere intellexi, quod ego coram hic vre Mgcie, sicut cupiebam, amanter predixeram. sperabam enim sola mutacione loci Mgciam Vram molestiis istis animi exutam iri, quibus amotis, mentis recreationem et hilaritatem quibus salus comparatur successuram confidebam. quod cum factum esse audiam, vehementer gaudeo, et Mgcie Vre pluximum in modum gratulor. Quam eciam atque etiam rogo, vt valetudinem suam illis potissimum rebus curet, que ad voluptatem et oblectacionem animi seruiunt, curis et cogitacionibus procul abiectis, namque solos istos lucri facimus nos dies, quibus sine molestia animi et deoccupati viuimus. Mitto Mgcie Vre exemplum literarum Sermi Regis Ioannis quas de designatis et emissis iam Oratoribus suis et de Saluoconductu illis dando ad Mtem domini mei scribit, mitto eciam et Mtis Regie responsi exemplum, quod ego modestius et continencius confeci, quam vel res ipsa vel Mtis sue indignacio postulabant. acerbissimo enim et offenso animo istam alteram Regis Ioannis postulacionem

tulit Mtas sua, Que tamen sub hac rerum inconstancia et turbacione necessario est prudenti tolleranda / Intercessi cum magna diligencia apud Mtem Regiam pro domino Castellano Vilnen. sed animaduerto magnas illi oppositas esse difficultates, propterea q à plerisq magnis largicionibus pro Palatinatu Trocen. certatur. In hoc tamen ego dominum Castellanum quanto maiori potero auxilio adiuuare non desistam, vtq virtutis et meritorum racio habeatur sedulo admitar, quicqd autem ex progressu temporis hic fiet, Mgcie vre declarare per dominum Oczieszky curabo: Commendo me amori et beniuolencie fraterne Mgcie vre. quam foelicissimam esse et in bona valetudine in multa tempora letam et iucunda vehementer desydero. Datū Cracouie xxi Septembris Anno domini M° . D°. xxx°

Georgius Dux Saxonie Sigismundo Regi Polonie

S Erme Rex idemq affinis charisme. Salutem et quicqd amoris beniuolencieq possumus prestare. valde nobis fuerunt grate littere regie Celsitudinis vre, gratissimus vero animus, ac sanctum illud pacis faciende studium, dignu profecto, quod non solum in tanto rege probetur, sed et commendetur immortalitati. Pergat igitur R. C°. vra eo quo cepit animo negocium hoc de conciliandae concordia inter Sermum Regem Ferdinandum et Comitem Scepusiensem promouere, ac modis omnibus curare, vt dies ad festum S. Michaelis Posnanie indicta prosperum successum sortiatur. Quod nos vicissim omnibus viribus conabimur prestare Neq vero est quod R. C°. vra, de Ferdinandi Consensu

ad hanc rem dubitet, utemur illius facilitate ex sententia, modo hoc idem R. C. Vra apud Comitem Scepusiensem queat optinere. Nihil enim ambigimus quin regia illius Celsitudo, plenariam potestatem factura sit Oratoribus suis, ut si negocium de contrahenda affinitate ceptum fuerit agi, ac tum demum super concordia facienda fuerint conuenti summam in utroque agendi gerendique habeant facultatem, pari potestate et nos Oratores nro nomine instructos, sumus missuri, qui pro sua virili utrumque negocium et quoad fieri eius possit strenue fideliterque iuuabunt, Nam eius omnino tum erga Regiam Celsitudinem vram, tum pacem publicam animi sumus, ut nihil opere parcamus quo minus honestissimum illud munus ad foelicem finem deducat, et quemadmodum iam inde R. C. vre studuimus gratificari ita nec nunc quidem eidem R. C. Vre opera ac industria nolumus deesse Deus optimus Maximus nobis Regiam Celsitudinem vestram Quamdiutissime florentem et incolumem conseruet Datu Augustae x.a die Septembris Anno Salutis M.o D.o XXX.o

S. gismundus primo Regi Polonie fratri
Soror : Vxor Ducis Saxonie

SAlutem et charitatem Sororiam Serme Rex idemq[ue] dñe
et frater charissime. Non dubitamus quin Regia Sertas
vrã memoria adhuc teneat, cum nos olim ex Patria istinc
nrã huc ad Illrismum Principem, dominum Georgium Sa-
xonie Ducem etc. dominum et Maritum nrm charissimum
deduceremur, duas puellas ex Nobili in Polonia genere
natas officii atq[ue] ministerii causa apud nos hic remansisse.
Quarum altera nempe Dorothea Nicolai Milonowski fi-
lia cum voluntate authoritateq[ue] domini et mariti nri in
his Regionibus iam olim Nobili viro Henrico de Heinic
collocata fuerit, cum plures ex eo liberos procreauit, ea
nobis querib[un]da exposuit Patrem suum Nicolaum Milo-
noski cum preterea filium adhuc filiamq[ue] reliquisset ante ali-
quod annos mortem obiisse, eo mortuo fratrem Stanislaum
cum Zophia Sorore Paternam hereditatem diuisisse se
nec consenciente et propter locorum longinquitatem eciam
ignorante, secutum esse vt frater q[uo]q[ue] nullis liberis aliquanto
autem post, eciam Soror relictis aliquot liberis decessisset quo
casu Martinum Ritheisky Maritum eius comunium libe-
rorum nomine vniuersam Stanislai ipsorum Avunculi
hereditatem ad se traxisse, eamq[ue] quo iure qua iniuria ad
hunc diem detinuisse, et adhuc detinere, et quamq[ue] ipsa vt
ad quam defunctorum primum patris, deinde fratris here-
ditas ex certa parte rediisset non semel hoc nomine ad ipm
scripsisset et ad extremum filiorum q[uo]q[ue] vnum misisset qui
debitam hereditatis partem suo mandato peteret, tamen

se nihil aliud responsi tulisse nisi quod ~~Soror~~ ipsa Zophia dum
vinceret rogasset ut partem suam sibi donaret atque remitteret
Quod cum ipsa propter multitudinem liberorum quibus omni:
bus honeste prospicere cuperet et deberet sine summo damno
atque detrimento facere non posset rogavit nos pro suis veteri:
bus in nos officiis ac rei quoque ipsius equitate, et suppliciter
à nobis contendit ut se causamque suam R. S. vre dili:
genter commendaremus. Cum igitur nobis iniquum videatur
illam paterne fraterneque hereditatis debita parte carere et
ex officio suo quod nobis prestitit, dum patria parentibus
cognatisque relictis tam longe genetrim in exteras naciones
nos secuta hic quoque summa cura semper assiduitate fide
observavit non modo non fructum quod quidem par erat
sed dampnum eciam atque incommodum sentire, rogamus Se:
renitatem vram maiorem in modum ut ea et causae equita:
te permota et mea quoque commendacione adducta Orato:
ribus suis quos ad proximum Conuentum Posnaniam mis:
sura est hoc nomine mandatum dare dignetur, quo illi dicte
Dorothe de Heimicz filio qui cum domini et Mariti nostri Ora:
toribus eodem venturus est aliquam hac de re spem ostendant
Qua fretus idem porro ad Martinum Riczicski proficisci
et ab eo debitam Matri hereditatis partem consequi possit

Sigismundus primus Rex Polonie
Georgio Duci Saxonie.

Illustris Princeps et domine affinis nr̃ charme. Accepimus literas Illtis vre quibus quod gratum sibi declarat studium et operam nram ad conciliandam persuadendamqz inter dissidentes Reges concordiam et pacem accommodatam, est nobis perqz gratum et longe iucundissimum, Iucundiora si quidem solent esse officia que ad commune bonum prestita, probari et laudari ab aliis solent quorum ipsorum nomen et gloria in alto gradu laudis consistit, Quod vero nos rogat Illtas vra ne a ceptis his nris salutaribus desistamus, prestabimus diligenter ne et ab Illte vra et ab aliis pacis publice amatoribus aliquid in studio, opera diligenciaqz nra desyderetur modo dei omnipotentis non desit nobis gratia, et Illtas vra favore et industria sua nos adiuuet quemadmodum pollicetur

Emisimus iam nos Oratores nros quos ex insignioribus Consiliariis nris delectos ad hanc prouinciam, tractande pacis et affinitatis designauimus, putamusqz illos ante diem constitutam adhuc Posnanie futuros Serenmi etiam Regis Joannis Oratores iam aduentare certo accepimus sed nec credimus illos propter longum iter ad diem in loco affuturos, quare nihil est metuendum Serenmi Regis Ferdmandi Oratores tardare debere si aliquot diebus post diem designatam venerint. Illtis tamen vre erit officii illos ad profectionem sollicitare et suos quoqz Oratores mature dimittere, ne quid in tanto suscepto tempore per negligenciam amittatur Bene valeat Illtas vra et sit semper foelix Datum

Sigismundus primus Rex Polonie

Consiliariis et oratoribus ad Posnania missis :

Rmi in Chro Patres et Magci sincere dilecti. Scripsit ad
nos Illma domina Barbara Dux Saxonie et Soror nostra
charissima ut ex exemplo literarum quod cum presentibus mit:
timus S. Vre cognoscent Illris domini Georgii Ducis
Coniugis sui Posnaniam adolescentem quendam Nobilem ex
Ducatu Saxonie oriundum filium cuiusdam Polone que ab
Ille sua hinc abducta in Matrimonium illic in Ducatu fuit
viro collocata, ut in Regno nro possessionem bonorum adiret
que bona iure Materno per successionem ad se esse devoluta
pretendit. Quare committimus S. Vris illasque hortamur
ut cum adolescens iste venerit et S. Vras de iusticia admini:
stranda pro his bonis prenominatis requisierit illi consilium
et modum dent quo pacto ille quod ad se iure pertinet pro:
cul omni dilacione consequi valeat. Facturi S. Vre rem
et officio suo dignam et nobis gratam. Que valeant
foeliciter

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancellarius
Luce de Gorca Castell. Posnanien & Capit.°
Maioris Polonie generali .

MAg.ce domine, domine frater et amice honoran.me Expli:
care vix possum quantum mihi dolorem et animi acerbitate(m)
nunctius de morte ~~Magnifice~~ vxoris Mag.cie V.re et Soro:
ris mee charissime attulerit. Quo dolore impeditus, ad
leniendum luctum V.re Mag.cie, cum ipse consolacione egea(m),
persuasiones afferre vix valeo. Quia tamen littere Mag.cie
V.re mihi declararunt illam nihil nisi triste cogitare, Ma:
ximoque cruciatu propter amissam consolacionem et necessi:
tudinis sue potissimum pignus, confici, presentes scribere
vtcunque malui, quam officii mei in hoc genere causam re:
linquere. Quibus per fortunam et per amicitiam meam,
Mag.ciam V.ram oro et obsecro, vt merori suo parcat, ne
quid forte grauius de salute et incolumitate sua nimio lu:
ctu consulat. frustra enim est de hiis que recuperari non
possunt nos sollicitos esse, cum inde nullum aliud nisi affli:
ctionis lucrum reportemus. Ego profecto expertus hec lo:
quor qui molestias multas et passiones animi, post mortem
fratris mei sustinui et pertuli: quas nunc demum inutili:
ter et incassum me in animum admisisse cognoui. Quare et
Mag.ciam V.ram tempori amice hortor, illamque iterum atque
iterum rogo, vt dolores et molestias animi quarum posthoc
penitere debeat, cum tempus est, et cum illi adhuc nocume:
tum nullum attulerunt, quanto magis potest propulset, illisque
sibi temperet. Ne suo dolore cumulato nobis amicis molestia(m)
et perturbacionem augeat. Ego autem dominum deum preca:
bor vt hanc iacturam vxoris sue charissime singulari aliquo
et insigni beneficio ac consolacione Mag.cie V.re compensare

dignetur. Commendo me amori et beniuolentie fraterne Maiestatis Vestre quam foelicissimam esse et diu cum reliquis suis pignoribus sanam saluam et incolumem vehementer opto Datum Cracouie die Sancti Luce Euangeliste Datum Crac die xviij Octobris Anno domini M° D° XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Terrarum Prussie.

Generose fidelis dilecte. Vel fatis sic volentibus, vel caussa meritorum nostrorum exigente, in talem proinde temporum statum incidimus, quo vel grauiorem, vel magis acerbum, neque nostra, neque maiorum nostrorum vlla forsasse vidit etas. Nullum enim Regnum, nulla prouincia, denique et vrbs nulla reperiri possit, que non aliquam, saltem domestici si non peregrini mali partem pertulerit. Nostrum vero hoc Regnum vt deuicinis que bellorum assidua calamitate ruere in preceps, et dissolui iam plane in omnibus bonis videntur, taceamus, in tantis est hoc tempore periculis constitutum, vt si non illi maturo consilio prouideatur, vehementer metuamus ne alicuius grauioris causis discrimen incurrat. Plurima sunt enim que motum hunc et fauorem de futuris impendentibus malis nobis continue augent. Sed ex his ista potissima, quod Tartarum nobis infensum pollicitis et legacionibus inanibus factis reddiderit. quod que audiamus Magistrum ordinis Theutonicorum, recens per Imperatorem in Conuentu Augustensi nostri, in preiudicium nostrum. Et fratris domini Alberti in Prussia Ducis electum et designatum, Moliri contra ipsum dominum Ducem et instruere bellum. Denique quod circa fines nostros in proximo vrgeri et opprimi partim bello infidelium partim dissidiis domesticis populos senciamus Quibus vel os:

oscitantes vel inopinati aliquo pacto obruamur prouidere vo: len. Statuimus Conuentum generalem Piotrcouie pro festo Sancti Andree Apostoli proximo. In quo vt ea que ad regni istarumque terrarum Prussie Statum attinent perpédi melius possim, Indicimus etiam et indicimus presentibus Co: uentum earundem terrarum in Mariemburg pro die festo Sancti Clementis proxime futuro. Quare hortamur Sua f. vt constituta prius in eodem Conuentu Mariemburgen et de rebus necessariis in eo et his que per nuncium nrm proponentur diligenti consilio habito demum ad generale Regni veniat consultura nobiscum illic et cum aliis Consi: liariis ac ordinibus Regni que necessaria ac oportuna ad occurrendum his imminentibus malis videbuntur pro debito suo et gratia nra. Datum Cracouie die Sancti Galli Anno domini M° D° XXX° Regni nri Anno XXIIII°

SIgismundus primus Rex Polonie. Ferdinando Regi Vngarie et Bohemie.

SAcra Regia Mtas et domine affinis nr charissime. Decla: rauit nobis Illris dominus Georgius Marchio Bran: deburgensis Nepos ex Sorore nr charissimus, quam cla: ris argumentis et priuatim et publice de iure suo ad Ducatum Opolien. et Ratiborien. bono, veterique donati: one, et Priuilegiis, item et reliquis legittimis admini: culis firmato docuerit quodque super eo et ante quorun: cunque virorum non ex affectu Iudicantium iudicium sus: cipere voluerit, et nunc in Conuentu Augustensi pro: xime celebrato omnem causam suam ad arbitrium Cesa: ree Mtis et Illmorum Principum Electorum ac aliorum

Sacri Romani Imperii ordinum detulerit, quod denique in gratiam
Mtis Vrę Serme et Illris Domini Ducis Opoliensis, item eciam
ut bona pax et concordia seruetur, non amplius pro hoc ipso
iure suo dari sibi à Mte Vra Serma postulauerit, quàm du-
centa milia aureorum Hungaricalium, tametsi Ducatus pre-
nominatos duplo estimari posse intelligat, preter pecuniam etiam
numeratam, Clenodia, Ciuitates, et Districtus, atque Castra
partim ipsius domini Ducis propria, partim illi pignore ob-
ligata, que omnia extra ius feudi censeri et esse, adeoque
optimo iure per successionem deuolui debere, ipse dominus Mar-
chio probat. Ea tamen à se proposita et oblata sibi non
processisse, neque à Mte Vra Serma suscepta esse, non tam
id quidem ut ipse autumat voluntate Mtis Vrę Serme
quàm suorum quorundam maleuolorum persuasione et opera
Ex quo tametsi datam sibi occasionem conquerendi et liberius
eciam expostulandi putet: Quia tamen rationibus suis gratiam
Mtis Vrę preferre studet: Maluit in hac re adhuc patroci-
nium et intercessionem nram implorare quam in molestiam et
perturbacionem extremam se conycere. Quare nos et
istiusmodi domini Marchionis postulatis et necessitudine ac
propinquitate que nobis cum illo intercedit permoti, pluri-
mum et ex affectu Mtem Vram Sermam rogamus ut per-
spectis Iuris et equitatis sue rationibus, placatam et beni-
uolam se illi prebere, idque quod dari sibi in Iuris redem-
ptionem postulat non denegare velit, ipsumque dominum Mar-
chionem pro amplissimis meritis que Maiores sui multis
rationibus et ipse cum fratribus quorum tres in aula
Cesarea et Vrę Mtis amisit, et predecessoribus Hungarie
Regibus, et Mti Vrę, cum tota domo Austrie, fidelibus
officiis suis prestitit, in Regia sua clemencia et equita-
te conseruare nra causa dignetur, ut ipse intelligat co-
mendacionem nram magis sibi apud Mtem Vram prodesse

posse quam obtrectacionem maleuolorum obesse. ita siquidem hee res nobis cure est vt nihil sit preterea quod magis commendatum esse Mti Vre a nobis cuperemus. Nam si id a Mte Vra impetramus nostra vicissim officia ita accommodabimus vt illis ad omnem occasionem quantum in nobis est Mti Vre Serme presto esse possemus. Cuius nos semper amori et beniuolencie fraterne commendamus atque felicissimam et quamdiutissime cum Serma Coniuge sua et liberis incolumem vehementer optamus. Datum Cracouie XXVIa Octobris Anno domini M. D. XXX

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo quinto Romano Imperatori.

SErme ac excellentissime Princeps et domine frater et Consanguinee nr charme ac honorande. Declarauit nobis Illus dominus Georgius Marchio Brandeburgen. Nepos ex Sorore nr charissimus, quam claris argumentis et priuatim et publice de Iure suo ad Ducatum Opolien et Ratiborien bono veterique donatione, et Priuilegiis, legittimisque adminiculis firmata docuerit, quodque super eo Iure et ante, quorumcunque virorum non ex affectu Iudicantium Iudicium suscipere voluerit, et nunc in Conuentu Augusten proxime preterito omnem causam suam ad arbitrium Serme et excellentissime Mtis Vre et Illmorum Principum Electorum, et aliorum Sacri Romani Imperii ordinum detulerit, quod demique in gram Sermi domini Regis Ferdinandi, et Illris domini Ducis Opolien, et vt bona pax et concordia seruetur non amplius pro hoc ipso Iure suo dari sibi a Sermo Rege Ferdinando postulauerit, quam ducenta milia aureorum

Hungaricalium, tametsi Ducatus prenominatas duplo amplius es:
timari posse intelligat, preter pecuniam etiam numeratam, Cleno:
dia, Ciuitates, et Districtus, atque Castra, partim ipsius domini
Ducis propria, partim illi pignore obligata, que omnia extra
Ius feudi censeri et esse, adeoque Iure optimo per successionem de:
uolui debere ipse dominus Marchio probat, Ea tamen a se pro:
posita et oblata sibi non processisse, neque a Mte vra Serma sus:
cepta esse. Non tam id quidem vt ipse autumat Sermi Regis
Ferdinandi voluntate, quam suorum quorundam maleuolorum
persuasione et opera, ex quibus tametsi datam sibi occasionem
conquerendi et liberius etiam expostulandi dominus Marchio
putet, Quia tamen suis rationibus gratiam Serme Mtis vre
et Sermi domini Regis Ferdinandi preferre studet, Maluit in
hac re adhuc patrocinio et intercessione vra vti, quam in molestia
et perturbacionem aliquam extremam se conijcere. Quare nos
et postulatione eius et vinculo quod ex propinquitate et ne:
cessitudine nobis cum illo intercedit permoti, commendauimus
caussam illius per lras Sermo domino Ferdinando quam etiam
Serme Mti vre plurimum et ex animo commendamus, illamque
quantum maxime possumus rogamus, vt Sermo domino dno
Regi Ferdinando fratri suo charissimo persuadere dignetur,
quo id quod postulat dominus Marchio pro Iure suo Mtas sua
illi gratiose concedere, et in effectu tradere dignetur. Exigunt
enim hoc illius et fratrum quorum tres in Aula Mtatum
vrarum amisit merita, que predecessoribus Hungarie Regibus
et Serme Mti vre cum tota domo Austrie officiose presti:
tit, vt et Serma Mtas vra, et Sermus Rex Ferdinandus
illum in gratia et Iure quod sibi ad prenominatos Ducatus
competit conseruare et tueri dignetur. Nos autem magno:
pere optaremus vt dominus Marchio intelligat comendatio:
nem vram magis sibi et cause sue apud Sermam Mtem
vram et Serenissimum dominum Regem Ferdinandum prodesse

posse q3 inuidorum suorum obtrectatione obesse. ita siquidem hec res nobis cure est vt nihil sit preterea quod magis commendatum esse Mti vre à nobis hoc tempore cupiamus quàm si à Serma Mte vra ita impetrauerimus vt Illri domino Marchioni et cause sue prodesse possit. Nostram vicissim sedulitatem et officia in eum modum componemus vt illa ad omnem Mtis vre voluntatem presto semper esse possint. Caeterum rogamus à Serma Mte vra vt super his respondere nobis dignetur, Commendamus nos et officia vra amori et beniuolencie Serme Mtis vre quam dominus deus pro omnium Christianorum singulari solatio et commodo diutissime seruet sanam saluam et semper foelicissimam Datum Cracouie xxvi.a Nouembris Anno domini M° . D°. XXX° Regni vero nri xxiiii.to

Sigismundus Rex Polonie Praeposito Scoepusien.

Venblis deuote nobis dilecte. Declaratum est nobis à multis, et Mgcus Petrus Kmita de Vischnicze Marschalcus Regni nri, et Capitaneus nr Scepusien. literis ad nos datis testatus est, D. tuam nimis pro Imperio subditos nros exercere, ad multa illos indigna adigendo, preterq3 Ius et equitatem, (auctoritatis et honoris etiam nri vt de bone vicinitatis legibus taceamus, nulla ratione habita) illis liberam vltro citroq3 commeandi facultatem intercipiendo, Sed quod etiam maiorem prefefert iniuriam certo ad nos delatum est D. tuam in via publica quosdam subditos nros interceptos in Arce Scepusiensi contra Ius et libertatem publicam in modum captiuorum detinere neq3

illos dimittere prius velle q̃ se vitamq3 suam estimatione pecuniaria
ex arbitrio illmis constituta redimant. Que quidem res cum nō
solum ad iniuriam et graue incommodum subditorum meorum
verum etiam ad ignominiam et contemptum nostrum pertineat
non possumus nisi graui et molesto animo illas ferre maxime
quod intelligamus id dominacionem tuam preter scitum et volun:
tatem Sermi domini Regis Ferdinandi sua tantumodo au:
datia et licenciosa cupiditate patrare. Quare hortamur D.
tuam vt desinat ab eiusmodi insolenti et iniuriosa subditorum
nostrorum non solum persecutione sed iam et intollerabili etiã
atq3 violenta oppressione, et vt illis qui sunt damna et iniuriã
occasione illmis passi, omnia resarciat et compenset. alioqui cũ
nos querelis subditorum meorum et damnis permoti ferre diu:
tius dissimulanter tam crebras iniurias non poterimus, et li:
cet inuiti inire tamen rationem cogemur quo pacto subditi
mei et hec que amiserunt recuperent et deinceps contra
vim cuiusq3 tuti et securi esse possint Datũ Cracouie die
XXa Nouembris Anno dni M° D° XXX
Regni vero nostri XXiiijto

Dominis Vngaris primoribus

Sigismundus primus Rex polo.

MAg.ce Sincere nobis dilecte. Magna nos afficiunt commisera:
tione casus et successus Illris domine Zophie Masouie
Ducis, in quibus hoc tempore partim propter Regni Hungarie
dissensiones et armorum bellicos tumultus, partim propter Ma:
ritum amissum non sine dolore et angustia illa versari au:
dimus, Cum enim illa suasu et consilio nro Mgco Stephano
de Bathor Palatino Regni Hungarie defuncto sit desponsata
et post illius mortem fatis Regni Hungarie ita volentibus
in discrimine et periculis constituta, non possumus nisi gra:
uiter illius conditionem ferre et illius aduerse fortune mise:
reri quam ope et auxilio nro etiam subleuare quantum in
nobis est non recusaremus, verum quia illa extra Regnum
nostrum ducta, domicilium in isto altero Regno cuius S. tua
primarius Consiliarius existit, firmauit, Illam hortamur et
simul etiam ab illa postulamus vt dictam dominam Ducem
Zophiam beniuolentia et fauore suo complecti illiqz consilio
opera et protectione quoad eius fieri potest adesse velit
in quo faciet S. tua rem officio et pietate sua dignam, et no:
bis singulariter gratam quam S. tue vicissim beniuolencia
et gratificatione nra Regia referre semper curabimus
Que bene valeat. Datt Cracouie XXI Octobris
Anno domini M°. D°. XXX Regni nri
XXiiij to

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie.

Illtris Princeps et domine affinis nr charissime. Is adolescens Erasmus Krommczki qui presentes Illti vre nomine nro reddet literas nimia iampridem cupiditate et studio visendi adeundique peregrinas nationes tenebatur et vt generoso animo esse dicitur, optauit semper in exteris partibus gloriam militando querere, quam domi in otio potissimum etatis sue tempus conterere. Quare cum nunc occasionem optimam sibi nactus esse videretur vt se a patria seiungeret, supplicauit nobis cum agnatis et propinquis suis vt se Illti vestre commendaremus nos viro honeste illius et necessariorum quos partim ob generis Nobilitatem partim ob multa merita singulari gratia prosequimur petitioni deesse nolentes, illum Illti vre commendamus simulque ab illa rogamus vt nra causa illum in numeru seruitorum suorum recipere velit. In hoc enim nobis plurimum Illtas vra gratificabitur et hunc Nobilem subditum nostrum perpetuo sibi deuinciet. Bene valeat Illtas vra. Dis Cracouie XXVI Octobris Anno Mo. Do. XXXo

Cesar Christianorum Carolus V
Sigismundo primo Regi Polonie

CArolus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper augustus, ac Germanie Hispaniarum, vtriusque Sicilie Hierusalem etc. Rex Archidux Austrie, Dux Burgundie, Lotharingie, Brabantie etc. Comes Hauspurgi, Flandrie Tirolis etc. Sermo Principi domino Sigismundo Regi Polonie, Magno Duci Lithuanie, Russie, Prussie, fratri et affini nro charissimo. Salutem et prosperorum successuum omnisque boni continuum incrementum. SErme Princeps frater et affinis nr charissime. Cum intellexissemus ex Sermo Principe domino Ferdinando Hungarie et Bohemie etc. Rege infante Hispaniarum Archiduce Austrie etc. fratre nro charissimo filiam eius natu grandiorem Sermam Elizabetham Sermo Principi domino Sigismundo filio Sertis vre ad hoc eiusdem Sertis vre assensu et placito iam prestito et accedente connubiali federe iunctam iri, nobis hoc quoque volupe et gratum extitit, cum quod filio moribus et virtute, hanc illius etatem decente conspicuo, optime spei vxorem accessuram esse nihil addubitemus tum etiam quod hoc sanguinis nexu ea inter inclytam Austrie et Polonie domum necessitudo sit futura, que perpetuo illarum decori et firmitati proxima et accommoda fore conspiciatur, hec vero cum a principio per nos approbari ceperit et de ea veluti nos etiam nonnihil respiciente, non aliter ominari aut alia expectare possimus quam optima queque ac pro vtriusque Regnis et prouinciis earumque incolis auspicatissima. Nobis obid persuasum esse volumus quod eadem Sertas vra, que no

nisi mature et foeliciter ad hoc animi sui consilium deuenit,
hoc idem per ea que ad rei istius prosecutionem et consumacionē
congrua et necessaria videbuntur, qua in eandem est propē:
sione, promouere et ad optatum ac à nobis iam diu speratum
finem sit perductura. Et quoniam non sine animi nri molestia
accepimus qualiter se Ioannes Comes Scepusien̄ in Hungarie
Regnum intruserit, malisq plurimis ex sua violenta occu:
pacione natis causam dederit, atq̄ eciamnum pro comperto ha:
beamus Sertem vram penes hoc Matrimonium in concordia
per eundem Sermum fratrem nrm cum ipso Ioanne ineunda,
nonnihil tractaturam esse, eandem eciam necessario admonitam
et hortatam esse voluimus, vt pro suo in nos et eundem fratrem
nrm animo studioq et amore syncero eam in hac parte operam
prestare pergat, que ad rem bene conficiendam ac effectu iusto
et honesto terminandam facere videatur, adeo q̄ Sermus frater
noster Cuius incolumitati honoriq et viribus, vt minime
deesse possumus et debemus, ita eciam natura omniq ratione
iubente, fauere, et quoad vires opesq nre durant fraterne as:
sistere volumus, in omnibus ijs que iustissimo titulo multisq no:
minibus sibi debentur, ac diuino et humano iure passimq et
ab omnibus comprobantur, persistat, et contra illa non aggra:
uet, aut aliquam accipiat iacturam id quod eandem Sertem
vram pro sua in nos obseruancia dictumq fratrem nostrum
affectione peculiari ac iusti equiq racione et plurium aliorum
bonorum que exinde prodibunt intuitu, haud dubie facturam
esse iudicamus atq eciam confidimus. Quam foelicissime
valere optamus Datum in Ciuitate nra Imperiali Augusta
die xxvij mensis octobris Anno M°. D°. XXX°.
Imperij nri decimo aliorum vero omnium Regnorum nos:
trorum decimo quinto

Igism
vmnc
reipe
dias
iamp
Primi
Mtes
Posna
Andre
phorn
Regm
Socha
Pala
snosta
Comi
gener
pitan
Choic
Arch
Manc
hor
domi
gie
omne
pntib
per i
Ser
astr
et r
ppetu
Ca

Mandatum tractandi pacem inter Ferdinandu & Ioannem Reges Vngarię.

Sigismundus primus Rex Polonię. etc Manifestum facimus
vniversis: Quia rationem habentes iminentis periculi totius
reipcę Chrianę, cuius potissimam esse causam mutuas discor:
dias Principum Chrianorum, nemo non considerat: et egimus
iampridem de sistenda differentia bello que suspendendo inter Ser^mos^
Principes dominos Hungarię reges: et nunc ad conficiendam inter
Mtes suas pacem et concordiam: misimus ad Civitaté nostram
Posnanien Reverendos in Chro patres dnos Joannem Latalsky, Posnanien,
Andream krzizki, Ploczen, Epós. ac Spectabiles et Magros Christo:
phorum de Sczidlowiec: Castellanum et Capitaneum Cracoviensem:
Regni nri Cancellarium. Siradiensem. Corczinensem. Gostinensem.
Sochaczovien. Lubomien Capitaneum. Andream de Thanczin
Palatinum Cracovien: ac Belsensem. chelmen. Ratnensem. Cra:
snostavensem. Trzeborolensem Capitaneum. Joannem de Tarnow
Comitem Palatinum Russię. Exercituum regni nri Capitaneu
generalem. Lucam de Gorca Castellanum Posnanien, et Ca:
pitaneum Maioris Polonię generalem: ac Venerabilé Joanné
Choiensky. Juris utriusque doctorem Prepositum Posnaniensem. et
Archidiaconum Cracovien, consiliarios nros oratores &
Mandatarios nros: sincere nobis dilectos. Quibus ad negocium
hoc unacum Consiliariis et oratoribus Illustris Principis
domini Georgii Ducis Saxonię Comitis, provincialis Thurin:
gię: Marchionis Missnę: affinis nri char^mi^ peragendum,
omnem nostram autoritatem et facultatem dedimus, damusque
presentibus lris nris: promittentes in verbo nro regio, quod quidquid
per illos, et dni ducis Saxonię Oratores, cum prefatorum
Ser^morum^ Hungarię regum Consiliariis et oratoribus
actum. tractatum. conclusum. constitutum. determinatum
et conclusum fuerit, nos id omne ratum gratum et firmum
perpetuo habituros. In cuius rei testimonium presentes manu nra subscripsimus etc.
Cracovię Nona Septembr. 1530.

Mandatum ad constituendam affinitatem inter liberos Regum Ferdinandi et Sigismundi

Sigismundus Rex Poloniae etc. Manifestum facimus tenore presentium universis. Quia nos memores necessitudinis et benevolentiae mutuae, quae nobis cum Serenissimo principe domino Ferdinando dei gratia Ungariae et Bohemiae etc. rege, Archiduce Austriae, consanguineo nostro charissimo, et Serenissima eius domo Austriae intercedit: cupientesque illam nova coniunctione et affinitate per communium liberorum nostrorum mutuam desponsationem augere et firmare, ad communem bonum statum tam nostrum quam etiam regnorum et dominiorum nostrorum ac reipublicae Christianae, designavimus ad Civitatem nostram Posnaniensem Consiliarios et oratores nostros videlicet Reverendos in Christo patres etc. ut supra in precedenti mandato continetur. Quibus plenam potestatem et facultatem dedimus, damusque presentibus cum Oratoribus et consiliariis ipsius Serenissimi domini Regis Ferdinandi: ac Illustrissimi principis domini Georgii Ducis Saxoniae etc. affinis nostri charissimi, de affinitate et coniunctione et matrimonio eorundem communium liberorum nostrorum, agendi tractandi constituendi determinandi et concludendi. Promittentes in verbo nostro regio, totum id quod per illos actum tractatum condictum et conclusum fuerit in premissis, nos ratum gratum atque firmum perpetuo habituros, non secus acsi nos ipsi coram ageremus. In cuius rei testimonium presentes literas manu nostra subscripsimus, sigilloque nostro communiri fecimus. Datum Cracoviae die nona Septembris Anno domini 1530.

Instructio a Sigismundo primo Rege Poloniae data Oratoribus infrascriptis Posnaniam missis ad Tractandum matrimonium inter Liberos regis Ferdinandi: et regis Poloniae: ac ad concordiam et Pacem inter Ferdinandum & Joannem reges Vngariae constituendam.

Oratores ex parte regis Poloniae

Ioannes Latalski Episcopus Posnaniensis.
Andreas Krzizki Episcopus Plocensis.
Christoferus de Ssidlowiec Castellanus et capitaneus Cracoviensis: et Regni Poloniae Cancellarius.
Lucas de Gorca Castellanus Posnaniensis, et Capitaneus Maioris Poloniae generalis.
Andreas de Tanczin Palatinus Cracoviensis.
Ioannes de Tarnow Palatinus Russiae. Campiductor regni
Ioannes Choienski praepositus Posnaniensis Archidiaconus Cracoviensis utriusque iuris doctor: Secretarius regis.

Oratores ex parte Ducis Saxoniae

Ioannes a Sleynicz Episcopus Misnensis.
Doctor Simon pistoris. Cancellarius.
Christoferus Carlewitz Secretarius:
Et doctor Episcopi Secretarius.

Oratores ex parte regis Ferdinandi

Iacobus Episcopus wratislaviensis.
Sigismundus de Herberstein
Doctor Beatus widmann.

Oratores ex parte regis Ioannis

Franciscus de Frangepanibus Archiepiscopus Colocensis
Ioannes de Lasko Gnesnensis et Lanciciensis praepositus Electus Vesprimiensis

Steffanus Werbetius Cancellarius.
Hieronymus Laski Palatinus Siradien: et Vaywoda Transilua.
Franciscus Drugetts de Homonna Tavernicorum Magister
Andreas doctor Prepositus Strigoniensis.

Instructio super affinitate constituenda.

Principio cum in loco mutuo consensu designato congredientur Ora:tores nostri cum Oratoribus Sermi domini Ferdinandi Hunga:rie et Bohemie Regis, necnon Oratoribus Illtris domini Ge:orgii Saxonie Ducis, dicent se à nobis hinc esse missos, par:tim vt de affinitate inter nos, et inter ipsum Sermum Regem Ferdinandum, per liberorum nostrorum mutuam desponsacio:nem tractarent, partim vero vt adhortarentur et sollicita:rent Oratores tam ipsius Mtis, quam aduersarii sui, super tractacione concordie illuc vtrinque missos, ne quid pigre et negligenter in tam desiderato negocio agant persuadeantque illis, cum vtilius tum honestius vtrinque fore si quaslibet alias condiciones pacis inter se, Reges ipsorum ineant, quam disse:sione mutua, nobilissimum Hungarie Regnum ad interi:tum et rempublicam Christianam ad magnas clades ac pe:ricula perducere debeant

Et tametsi quidem prior nobis ratio tractande concordie et

pacis, quam affinitatis habenda videatur, vt pote eius, ex quo communis reipublice Christiane salus dependet, Quia tamen Illris dominus Georgius Saxonie Dux ad nos scripsit, men: tem hanc et institutum apud Sermum Regem Ferdinandum resedisse, vt imprimis affinitatis tractatus habeatur, et subin: de, ad concordie persuasiones descenderetur, dicent Oratores nostri, per nos sibi iniunctum esse, ne quid in hac tractatuum prelacione et prioritate preter voluntatem Sermi Regis Ferdi: nandi a se fiat, Quare petent se ab ipsis Ills Oratoribus de hac ipsa voluntate instrui, et quicquid malle Mtem suam ex Oratoribus cognouerint, ad id officium diligenciamque suam cum persuasione, vbi expediet, coniunctam accomodabunt.

Quodsi vero ab affinitate tractacio cum prefati domini Re: gis Oratoribus inchoanda venerit, Oratores nostri circun: spicient, quid, quoue loco magis commode, pro necessitate, et dignitate negocii dicere debeant.

Et cum illis per vices verba faciendi potestas dabitur, Querent primum an Sermus Rex Ferdinandus ad conciliandam affini: tem superius nominatam, duplicia liberorum vtriusque nostrorum Matrimonia, instituere vel sola desponsacione Illme filie sue Sermo filio nro, contentus esse velit.

In quo siue id tantum proximum, siue etiam illud amplecti velle illius Mtem persperint, nomine nro vicissim referent, quod ma: gnopere quidem optaremus, vt vno negocio et Sermus Rex Fer: dinandus, Sermo filio nro Illmam filiam suam, despondeat, et nos vicissim Illmo eius filio Illmam filiam nostram in Matrimo: nium collocemus, vt ab vtraque parte par et affinitatis et affectus ratio habeatur / Si tamen ad presens eiusmodi reciprocos tracta: tus habere de imperiis mutuis non videatur, nos fore nichilominus singulorum liberorum coniunctione contentos

Cum autem exploratum erit, an de singulis tantum vel de binis etiá nupciis tractacio sit futura, agent iam tum Oratores nostri que in rem pertinere videbuntur.

Et imprimis si Sermo filio nró tantum vxor ducenda erit, conueniendum erit, cum Oratoribus Sermi Regis Ferdinandi de tempore et loco, quibus sponsalia per verba de futuro et posthac Matrimonium per verba de presenti inter Illmos liberos nostros, contrahi debeant, Deinde constituenda erit Dos, et traductionis modus et ratio, cum certo etiam tempore et loco concludéda

At si quoqz et aliud Matrimonium Illmi SEr^mi Regis Ferdinandi filii, cum Illma filia nrá tractare contingat, et de dote quantam cum filia nrá dare debeamus mentió intercidat. Dicent Oratores nostri ex more et consuetudine Regni nri obseruari qdé solitum antehac semper, vt Dos triginta duorum millium aureorum numerum non excedat. Nos tamen vbi aliter fieri non posset, fauore Matrimonii et coniunctionis, que liberis nris, cum Mtis sue liberis contingere debeat, tantam dotem Illmo Mtis sue filio promittere velle, quantam illinc Mtas sua filio nró promittere decreuerit, In qua dotis quantitatis coequacóe, illud vtrinqz commodum capi posset, quod dos dotem compensaret, et mutua eiusmodi liberorum nrorum coniunctióne impensisqz secutis tolleretur.

Ibi vero Oratores nri de nomine filie nré quam tradere nuptum Illmo Regis Ferdinandi filió vellemus fuerint interrogati, respondeant, nos dominam Isabellam despondere ante omnes velle.

His constitutis, si Oratores Sermi Regis Ferdinandi id postulauerint, vt proponantur Castra et Ciuitates quas nomine

nomine dotis vel donationis propter Nuptias obligare, futuree vxori Sermi filii nri debeamus, enumerabunt illas Arces et Ciuitates, cum earum prouentibus que Reginis Polonie hac ratione dotis et donacionis propter nupcias, ex antiquo obligari co:suceuerunt. Quorum nomina sunt Sandecz, Sanok, Biecz, Premisl,

In quarum prouentibus si quid deesse ad quantitatem dotis reperietur, promittant nos Oratores nri, ita adimpleturos esse, vt nihil desiderari debeat

Caterum etiam promittant, quod hec obligacio dotis et donationis propter nupcias, que ita, vt supra scriptum est, noue Regine erit facta, post mortem Serme Coniugis nre, transferetur ad eas Ciuitates et Arces, que sunt Mtis sue, eadem ratione Dotis et donacionis propter nupcias obligate et inscripte.

Vt autem ista Matrimoniorum et affinitatis constitucio fiat firma et non abeat posthac in irritum. Curabunt Oratores nri ea, que de Matrimonio vno vel pluribus concludent, oportuna et conuenienti cautione firmare, et in eum qui a contractu re:cedere voluerit, penam competentem statuere.

Quodsi vero circa hanc tractacionem affinitatis, Oratores nri sollicitati fuerint, de subsidio palam vel clam Sermo Regi Fer:dinando a nobis ferendo, dicent, neque nobis tam liberam esse in eo facultatem, vt palam citra periculum Regni et fame dig:nitatisque nre dispendium, suppecias ferre Mti sue possimus neque tantam in Erario repositam pecuniam, vt illa ad occultum quantumuis paruum subsidium, nobis eciam vel maxime volen:tibus Serti sue commodare valeamus, eo enim angustiarum deductum esse regnum nostrum, vt a vicinis potentissimis hostibus

presertim vero à Tartaro, quem Thurcus in hoc constituit conti:
nuo etiam hyeme preter solitum acerrime infestamur, vnde tã:
tum abest, vt prestare possemus auxilium aliis, vt eciam ipsi
aliorum auxilio, quod hactenus nemo prestare curat, plurimum
indigeamus

Ceterum ne palam auxiliis Mti sue presto simus, monet nos
institutum et promissum nostrum de seruanda neutralitate
factum, quod si seruare et ita vt fides nrã postulat prestare,
integrum debemus, oportet nos ita, vt hactenus fecimus, vtriusque
partis offensionem deuitare, et ab omni contencione, non solum
re et copiis, sed animo etiam diligenter abesse.

Monent item foedera ab antiquo inter nostrum et Regnum Hun:
garie percussa, quibus aliter sub hac Regni Hungarie diuisi:
one satisfacere officiumque nostrum commendare non possumus
quam si ita vt facimus ab armis quiescamus, ne cum vni parti,
que sibi omne Ius in Regno Hungarie vendicat adesse ex de:
bito foederum cupiamus, apud alteram, que eadem ratione
Dominium eiusdem Regni penes se esse affirmat, contra foe:
dus quid egisse acenseamur.

Terrent preterea nos et Turci rationes qui cum foedus nobis:
cum habeat et defendendi Regis Ioannis prouinciam suscepit,
nulla alia re tam facile aduersum nos et Regnum nostrum
prouocari et commoueri posset, quam si Sermo Regi Ferdi:
nando auxilium quauis ratione concedamus. Quod eciam
auxilium, Thurco aduersum nos faciente, armisque nos ob
violatum foedus, quod absit, lacessente, nequaquam Mti sue
prestare possemus, ad defensionem ipsius Regni nri angusti
et distenti, vnde et Mti sue hac promissione subsidii, cum
illud prestare non possemus, parum prodessemus, et nobis vel

hac ipsa sola promissione, multum incommodi et discriminis comparaveremus. Cum enim hec, que nos non modo non egimus, sed ne cogitamus quidem, ad ipsum Thurcum per calumniam deferuntur, multo celerius hec que de facto a nobis fierent et cum maiore periculo nostro, ad illum nunciarentur, cum nihil tam oculte fiat quod non successu temporis non reveletur.

Ut autem probetur et ad occultum subsidium faciendum nobis deesse facultatem, referent Oratores nostri verissimiliter exinde apparere posse, quod cum assiduis Thartarorum bellis toto tempore regni nostri premeremur et alia nos etiam ipsi contra graves et potentes hostes indicta bella perfecerimus, non potuimus tantum pecunie congregare, qua nostra ipsa incommoda, nedum amicorum necessitatem sublevare possemus, cuius tamen rei veritas adhuc illo tempore probata est unicuique satis, quando Serenissimo et Charissimo Nepoti nostro Serenissimo felicis recordacionis Ludovico Hungarie Regi iam tum cum in periculo esset subsidium flagitanti, per inopiam pecunie adesse non potuerimus, quem nunc tamen si foret possibile, sanguine etiam recuperare non recusaremus.

His et similibus rationibus pro sua industria et officio Oratores nostri excusare nos de subsidio ferendo, apud Oratores Serenissimi Regis Ferdinandi contendent, affirmantes tamen extra id nos Maiestati sue velle omni officio amico et facultate semper adesse, favereque ex animo, ut illius Maiestas felicissimis et optatis quibusque successibus, ac etiam secundissima fortuna semper utatur.

Quoniam vero multe suboriuntur differencie, inter communes subditos ratione finium et limitum, agent Oratores nostri cum Consiliariis et Oratoribus Serenissimi domini Regis Ferdinandi, facere operam suam velint, apud Serenissimum Regem suum

vt limites qui iam sunt reuisi et determinati, non violentur, sed firmissime obseruentur de quibus vero adhuc est differencia vt deputentur Commissarii de Ducatu Slesie, qui cum meis Commissariis conuenientes, limites faciant et omnes controuersias racione illorum subortas, sopiant et componant.

In negotio concordie hec videntur dicenda apud vtrosque oratores.

Videre nos oculis et animo considerare, id quod et reliquos omnes intueri et mente perspicere certum est, nihil tam in alto quod à multis conspici possit collocatum esse, nihilque tam comune haberi, ad quod omnium Christianorum populorum et Principum expectacio intenta magis hoc tempore foret, Quam sit Conuentus iste presens Oratorum, ad pacem non vni regno tantum Sed Christiane toti reipublice preparandam constitutus, namque vix in tota Europa et parte Asie minore, paucissimi reperiantur, qui non sensu auditus saltem, cum oculis ob longinquam locorum distanciam non liceat, percipiant, et à longe cogitacione, velut oculis presentibus cognoscant, ingens et arduum munus conciliande pacis nos cum Illustri domino Duce Saxonie hoc tempore inter Reges Hungarie suscepisse.

Neminem autem ex omnibus Christianis fore, cui sint cedes, discordie, ruine, discrimina, que ex dissidio Regum Hungarie, populi Christiani sustinent cognita, cuique non sit occulta ista presens pacificatorum Oratorum congregatio, qui non omnem animum curam, spem, et cogitacionem in presentis magni, et precipui negocii expectacionem conyciat.

De his vero qui propinquiores sunt, et quorum, vt vicinorum, res agitur, nobis etiam tacentibus, quilibet meditari potest, quanta

nunc sollicitudine, sub spe et metu teneantur, vicissim reputantes
et pacis felicitatem, si contingere posset, et bellorum miseriam,
seu acerbitatem si produci et augeri deberent, Quare nos hor:
tari, monere, rogare, liberiusque iam orare et obtestari, Serenis:
simorum Regum Oratores vt ad tantum tamque singulare opus
concordie et pacis constituende, studium, beniuolentiam, atten:
cionem, et ad amplectenda salubria consilia et persuasiones fa
cilitatem suam accommodare velint, itaque illa uti, et vt Con:
uentus istius amplissime rationes in cassum non vertantur, et
illi habeant, quod nos, Chriana Respublica, posteritas denique
ipsa, acceptum illis ferre debeamus, sed in primis quod deus
optimus maximus ob populum suum et legem Chri filii sui ser:
uatam clemencia prosequi, et premiis eternis illis recompe:
sare possit.

Apud solos regis Ferdinandi oratores, in hanc sententiam verba facere poterint, oratores nri.

Nos non dubitare Sermo Regi Ferdinando fore iam cognitu
satis, quam amanter, sollicite, et pie, cum ab inicio belli suscepti ege:
rimus, tum nunc agamus, vt ex honore et dignitate Mtis sue,
vtilitate vero et commodo tocius Christianitatis, pacem inter
se et aduersarium suum confici pateretur, quod et superioribus
annis, et his paucis retro diebus nunciis et lris ad persua:
dendum missis, testatum apud Mtem suam reliquimus.

In quo quia repugnante fortuna nihil vtiliter efficere hacte:
nus potuimus, et si quidem ex animo moleste tulimus, conqui:
escere tamen nolebamus, quin iterum pro bono publico repetere
et orare idem deberemus, vt si spes adhuc aliqua est, vt
nos credimus, conciliande pacis per nos non fiat quominus sta:
tuatur.

Quare dicent Oratores nri se à nobis missos in medium suarum D. vt cum Oratoribus Illris domini Georgii Saxonie Ducis illos hortentur et moneant, amplecti pacem, discordias abijcere velint. Dicent nos rogare suas D. vt perpendant in animo diligenter, istum esse vltimum conatum nostrum, quem studio publice tranquillitatis facere hoc tempore instituimus. Istud esse tempus, locum et occasionem, quibus non alie posthac similes nobis maxime volentibus ad concordiam ineundam obtingere tam facile poterunt.

Meciantur, quanta sint incommoda ex bellorum calamitate, non modo in Hungaria, sed in ipsa etiam Austria suscepta, qualia item emolumenta et vtilitates, facta concordia consequi homines possent

Meminerint autem domini sui in ea condicione nunc esse constitutam, quod si pacem et concordiam cum aduersario suo non inierit, fore plurimos, qui in hoc officium sue Mtis reprehendant et quicquid periculi Hungarie Regno vel aliis Christianorum prouinciis, quod est metuendum, bella attulerint, hoc totum Mtis sue culpe attribuent,

Et siquidem et alii non deerunt, qui hec omnia in aduersarium reijciant. Non debere tamen illos propterea in parte culpatam Mtis sue opinionem relinquere, et Regnum Hungarie nobilissimum sue Mtis Regna et prouincias amplissimas, cetera denique Christianorum Regna celeberrima in tantum discrimen conijcere in quanto à multis seculis vel vnius Christiani Regni pars, nunquam fuit constituta

Docti enim sumus proximis periculis Sermi olim domini Regis Ludouici Nepotis nri charmi, quid vnius Christiani Rni:

cipis vires contra Turci prepotentes copias, valeant .. Et vt suf:
picamur Reges Christianos priuatis curis occupatos, non posse tã
cito communi expeditioni intendere, et auxilio Mtis sue adesse,
ita rumorem à multis affirmare audimus, Thurcum cum longe
maximo apparatu et numerosiore adhuc, qz prius Exercitu esta:
te proxima, non tantum iam Regnum Hungarie inuadere, sed
penitiores Christianorum prouincias ingredi instituisse, in illisqz
hostilia omnia patrare, et igne, ferro, et vi intollerabili, que
se obijcient, vastare, comminuere, inuoluere velle, quodqz dictu
est miserabile et horrendum, Chrianos in perpetuam seruitutem
per colla ducere .

Hec ipsos Oratores accurrate debere perpendere, et non solum pre:
sentiã commoda et fortunam intueri, sed longius in futurum qd
euenire posset prospicere. Prudentium enim est et probatorum men
tium ita secundis presentibus uti rebus, vt futuri quoqz tempo:
ris in his que prouideri possunt, non obliti esse videantur .

Plura autem alia, sua prudentia digna et ad rem accommoda in
medium Oratores nostri afferent, illaqz inculcabunt, persuadẽ
tes pacem esse in tot periculis et dubiis rebus optimam saluberri:
mamqz pacem

Ad solos regis Joannis oratores Dicendum .

Testem nobis esse Mtem Sermi domini Hungarie Regis, quod per
omne hoc belli suscepti de Regno tempus, nihil cure officii, stu:
dii denique et impendii pretermiserimus, vt Mtem suam cum ad:
uersario in gratiam reducere, et pace concordiaqz inter ipsos facta,
Regnum Hungarie ab interitu, in quem declinat, liberare potuisse:
mus. Quam hactenus sollicitudinem et operam, non solum non abie

cimus, sed illam eo vsq3, vt nunc ex rebus perspici potest promouimus

Quare cum iam eo sit omnium laborum nostrorum et concordie ratio adducta, vt nisi sub presenti Oratorum Conuentu, deside: rium nostrum optato fine concludatur, iam de pace prorsus nos oporteat desperare, hortari nos propterea et monere, qua maiore possumus diligencia .D. suas, velint, tam preteriti, q3 futuri temporis statum et condicionem animo metiri, prudenterq3 con: siderare, quid periculi, infamie et dispendij, ex ista de Regno Hungarie disceptacione, tota Respublica Chriana susceperit, quá: tumq3 probris queri de eo ipsa Respublica debeat, cuius potis: simum causa sunt introducta et procurata.

Non minoris esse momenti existiment, totam Rempublicā Christianam, indefensam à crudelissimi hostis impetu relinquere quam vel vno Regno Hungarie carere. in quo adipiscendo, cū Mtas regia Hungarie, omnia extrema, semper cum molestia sepe etiam cum periculo vite, adire non sit grauata, multo ma: gis conuenit .D. suas ob comunem tocius orbis Christiani qui: etem et tranquillitatem, deposito odio, et inimicitijs abiectis, nunc ad aliquas tolerabiles condiciones aduersario Mtis doi sui alacriter descendere, pacemq3 et concordiam tota Europa desideratam, conficere. Ex qua sola plus Mtas Do. Hun: garie Regis honoris, commodi, voluptatisq3 capere, quam vel ex Regno Hungarie quod in tumultu, dimicatione, strepi: tuq3 armorum, nisi fiat pax, tueri necesse est, fructus et emolu: menti sperare posset

Proinde paciantur sibi .D. sue, quod equum erit et honestum per: suaderi Et in eorum sentenciam ire non recusent, qui non ad priuatam, solum alterutrius Regis commoditatem, sed ad tocius Christianitatis statū in pace componēdū, rones et persuasiões afferrēt

Dicent autem Oratores mei se a nobis esse missos, vt tam sibi quam alterius partis Oratoribus que ad concordiam facere videbuntur persuadeant, nihilqz cure, vigilantie et sedulitatis in hoc munere pretermittant

Ea autem que verbis illis exponent, vt re ipsi Oratores nostri prestent, illos diligenter nos hortamur committimusqz illis conferant inuicem industriam, accommodent sibi mutuo officium, omnes deniqz ingenii sui vires intendant, et communicent, vt tandem bellorum causa sublata, secure Christianum in ocio quiescere possit ad laudem omnipotentis Dei, et cum nostram, tum omnium Christianorum Principum consolacionem et gloriam sempiternam.

Quod reliquum est, erit prudencie ipsorum Oratorum nostrorum ita hec summarie notata, pro sua prudencia extendere, et moderari, ita operam, studium et sermones suos accommodare, ac dirigere, vt temporis et rerum agendarum ratio postulabit, vtqz maxime ex vsu et dignitate mea fieri posse videbitur. Quod totum illorum consilio et industrie committimus.

In omnibus autem negociis tractandis siquid tale occurrerit, quod Oratores mei facere non possent absqz speciali instructione et voluntate mea id quicquid fuerit, celeriter nobis perscribere curabunt, vt que sentencia et voluntas mea fuerit, illos plane instruere possemus Datum Cracouie xiiij Septembris Anno domini M° . D . XXX° Regni vero nostri anno XXiiij^to

3

1

2

4

Humillima

ca que b

nientes

Saxonie

fius dom

alternn

tum · C

tractand

conuenir

nobis v

affinitat

vocati f

quod m

ferre v

rent v

si nescir

haberi

ab ipsis

Sigismundo primo Regi Polonie

Joannes Latalski episcopus Posnanien
Andreas Crzizki Episcopus Plocen
Chrofferus de Sidlover Castell Crac: Cancell
3 Lucas de Gorca Castell. posnanien. maioris polo. Capitaneus generalis
1 Andreas de Tenczin palatinus Cracovien
2 Jos Comes de Tarnow palats Russie: dux Exercitum regni generalis
4: Jos Choienski Decret. Doctor Archidiac Crac. Secretarius regius.

oratores et Consiliarii: ex Dieta Posnamen.

SAcra Regia Mtas et domine
domine noster clementissime

Humillimam nri commendationem. Noluimus pretermittere, quin ea que hactenus hic à nobis acta sunt Mti Vre declaremus. Venientes huc alii post alios, invenimus prius Oratores Illmi Ducis Saxonie dominum Episcopum Missnensem, et Cancellarium ipsius domini Ducis, alterum maturum et mansuetissimum prelatum, alterum sane consultissimum, et in tractandis negociis peracutum. Cum quibus e vestigio consilium mutuum cepimus de ratione tractande, tam affinitatis quam concordie, prius quam partes dissidentes convenirent: ac dum proposita fuisset à nobis difficultas que nobis videbatur in conficiendo recte utroque negocio si tractacio affinitatis precederet: Hungari enim qui ad concordiam tractandam vocati sunt, ubi aliud à nobis agi viderent, et quidem eiusmodi, quod magis coniunctionem adversus illos quam concordiam prese: ferre videretur ut homines suspiciosi et cervicis dure, puta: rent vel se colludi si scirent que tractarentur, vel posthaberi si nescirent: cum in prioribus tractatibus nulla in re posteriores haberi volebant, ac super ea difficultate petiissemus consilium ab ipsis Oratoribus Illmi domini Ducis Saxonie, licet aliquandiu

perstarent in sententia tractande prius affinitatis vbi tamen
rationes nras suis diluere non poterant, videreturqz et ipsis
opus esse ita tractatus nros dirigere, vt neutrum negocium
alteri officeret, quominus vtrunqz recte confici posset: conces:
serunt expedire simul et tractari: eo tamen modo, vt seorsum
nos cum Hungaris: illi cum Bohemis tractarent: Nos multis
racionibus id facere recusauimus, q isto modo partium Hun:
garorum esse, et maiorem apud illos fidem habere videremur
cum tantum abesset, vt magis nobis confiderent, qz illis, vt
eciam venire ad nos sine literis securitatis recusauerint. Ta:
dem in hoc conuentum fuit inter nos, vt negocium concordie
vtrinqz cum vtrisqz Oratoribus: affinitatis vero illi soli inter
nos et Oratores Bohemie tractarent: quod illis negare non
potuimus. Cum vero dicerent nos esse in eo negocio partes,
illos vero mediatores: proposuerunt qz quo ad hoc ipsum nego:
cium affinitatis id quod cumprimis illis scitu necessarium vi:
debatur quomodo certior fieri deberet Sermus Rex Ferdinã:
dus de constanti religione in hoc regno: quandoquidem cum
ex multis aliis argumentis: tum ex consilio quorundam de
statuendo Tutore Sermo filio Mtis Vre, et domino nro cle:
mentissimo in euentu obitus Mtis Vre, eo, qui fidem et re:
ligionem suam deseruisset, suspicionem concepisse Sermum Re:
gem Ferdinandum et multos alios religionem apud nos vacil:
lare. Eam proposicionem cum nos multis racionibus diluc:
remus, et presertim de tutore quem designabant, quod et
vanum esset de eius institucione actum fuisse aliquid; et in
Regno nro non alios fuisse fieri solitos Tutores Regum pu:
pillorum, qz primarios regni Consiliarios, & qz regnum
nrm ab inicio suscepte religionis semper in ea constans fuit
et futurum nemo dubitare posset, cum ex singulari pietate
Mtis Vre, tum ex custodia que in arcendis heresibus ad:
hibetur.

Superuenerunt demum Oratores Serm͞i Regis Ferdinandi: cum quibus illi plurimum colloqui seorsum postularunt, ut hunc scrupulum de religione illis euellerent: Nobis tametsi non videbatur hoc necessarium cum illi de hac re adhuc nihil proponerent: et conijciebamus plane hoc pretextu illos sine nobis de alijs rebus tractare et colloqui velle, citra suspicionem n͞ram: Tamen cum hoc eis negare non potuimus: allegantibus in negocio affinitatis se mediatores esse, nos vero partes, permisimus, ut seorsum que vellent tractarent: Non dubitauimus autem illos, et negociu͞ concordie tractaturos fuisse. Nam cum antehac mentio facta fuisset, inter nos quo pacto aggrediendum foret ipsum negociu͞ quesiuissentq͡ʒ à nobis sententiam n͞ram: Utrum nos ipsi partibus media proponere, aut requirere ab ipsis deberemus: Nos vero respondissemus ex actis prioribus consultissimum esse subsequentes dirigere, et docuissemus in tractatibus Olomucensibus partes nobis mediatoribus conditiones proposuisse: et hanc via͞ esse vitande suspicionis causa tutiorem: eaq͡ʒ insistendum putaremus: ostendissemusq͡ʒ, quod cum prius in hoc scrupulo totum hesisset negocium, quod alter alteri Regno cedere recusabat, et hic nullum medium locum habere posse, censuissemusq͡ʒ repetitis actis, et tractatibus prioribus persuaderemus utriq͡ʒ parti, ut dimissa hac extrema conditione, aliqua media complecti non recusaret. Alioquin stante hac, nullum medium proponi, nullamq͡ʒ concordia͞ confici posse, cum Regna socios ferre nequeant: Illi autem audita hac sententia n͞ra respondissent nobis eam conditionem de cedendo Regno futuram nunc multo difficiliorem apud Serm͞u Regem Ferdinandum propterea, quod Thurcus intercessérit, unde verendum esset semper, ne si ipse Rex Ferdinandus Joanni regno cederet, Thurcus illum nihilominus impeteret. petiuissétq͡ʒ tandem à nobis magna sollicitudine ut quam in hoc dubio resolutionem haberemus, illis declararemus. Nosq͡ʒ statim conijcientes quo tenderent illis in summa respondissemus: Nó minus

Mti vrē et nobis omnibus, vt vicinis, et Chrianis curę esse ne Thurcus immisceat se negociis Regni Hungarię, et hanc cōcordiam interturbet: quam illis esse videremus. Egissetq; Mtēq vram diligenter cum Rege Joanne, cum per literas, tum per nuncios: prouideret omni ex parte ne quid huic concordię authoritas Thurci officeret. Et quamuis egerat ille prius per Oratorem suum cum Mtē vrā, vt ipsa munus hoc sibi mandet rei, cum Thurco susciperet propterea, q metueret sinistram suspicionem aut indignacionem ipsius Thurci subire, cuius tanta beneficencię officia in se experiretur: Tamen recusante id facere Mtē vrā, vt rem Chriano Rege indignam, et perniciosissimi in posterum exempli, presertim cum non instaret quicq; Mti vrē, quo pacto illis inter se conueniret: reijceretq; in illum vicissim Mtas vrā, curam istam qui sciret, quibus rationibus colligauerit se cum Thurco, recepisse illum tandem huius rei prouisionem. proinde cum mittat Oratores suos ad ipsam concordiam, et premonitus fuerit à Mtē vrā tractacionem hanc concordię fieri non posse, nisi re prouisa, vt Thurcus non interturbet, nihil nos dubitare, quin ille sic prouidisset, vt eciam à Thurco nullum impedimentum sit metuendum. Illi his à nobis auditis, gratias nobis egerunt pro hac relatione vrā tanq; illis magnum aliquem scrupulum ex animo euulsissemus addentes de difficultate cedendi regni rem esse minoris curę: facile hunc nodum resolui posse modo ne quid impedimenti à Thurco obsit. hec fuit de concordia preloqutionis cum Oratoribus Saxonię summa. que quid sibi velit, facile Mtas vrā conijcere poterit

Congressi autem dehinc, cum Oratoribus Sermi Regis Ferdinandi resolutum illos, vt dicebant, de illo religionis dubio: has condiciones nobis ab illis super affinitate retulerunt. In primis vt caueretur, ne qua apud nos mutacio fiat in religione.

Quod ubi fieret, ut contractus rescindi posset, deinde ut cum Matrimonia debeant esse libera, non arctaretur contractus ita, ut postea contrahentibus, cum ad etatem legitimam pervenerint liberum non fieret Matrimonium vel consumare, vel mutare. Postremo ut si post obitum Mtis vrę Sermus filius eius regno non potiretur aut mutacio aliqua in eo esset facta contractus non teneretur.

Nobis primum res preposterea visa fuit, ut cum adhuc nihil mandatorum nrorum exposuerimus Oratoribus Sermi domini Regis Ferdinandi, sed duntaxat illos in hospicio salutavimus: statim super hiis articulis per mediatores aliquid disputare debere mus: Demum persuadentibus Oratoribus Saxonię, ut referre, num circa hoc negocium, aut circa illud aliud de concordia illa exponeremus: et cum ipsi in negocio affinitatis essent mediatores: nos vero partes, se hanc viam compendiariam reperisse tractandi inter nos seorsum super hiis articulis, in quibus maior difficultas videretur: poscentibusque à nobis super hiis articulis responsum, paululum colloquuti, in eam sentenciam respondimus.

De mutacione religionis, nullum subesse periculum, et propter raciones predictas: et quia Sermus filius Mtis vrę in Coronatione sua iusiurandum prestitit, et prestiturus est iterum ad annos legitimos perveniens, de servanda et tuenda religione et Statu Ecclesiastico manutenendo, et cum iureiurando nullum vinculum firmius habeatur in rebus humanis, maiorem ab ipso Rege certitudinem prestari non posse in hoc negocio quam et nobis prestitit, ymo quod ad religionem pertinet, magis nos vereri posse, ne sponsa Luteranismum ad nos secum adduceret quam quod illum apud sponsum reperire deberet

De contractu non arctando verum quidem esse, Matrimonia li:
bera esse debere, non minus tamen verum esse, acta et contrac:
tatus qui inter Principes fiunt per insignes personas ita firmari,
ut postea in irritum non abeant, Nam ex huiusmodi Contra:
ctuum mutacionibus, magna indignitas magnaq3 dissidia
et bella plerumq3 oriri solent, proinde nos postulare, ut Con:
tractus et tractatus qui inter nos fierent, penis et aliis cau:
tionibus ita firmarentur, ut postea cum indignitate Princi:
pum et iniā non rescinderentur, et presertim cum id novum
non sit tractatus haberi de Matrimonio inter domum Cesa:
ream; et domum Mtis vrē regiam, proinde sicut antehac
fieri consuevit ita et nunc fieret, neq3 alius modus contra:
ctuum nunc observaretur, q3 antehac fieri consuevit: et pre:
sertim quod ad Contractus infirmitatem tenderet, alioquin
nos sine certa firmitate tractare et concludere nō posse.

De eo vero ut aliquid non mutaretur in successione regni post
mortem Mtis vrē, respondimus. Sermum filium Mtis vrē
legitime electum et Coronatum esse, Iusiurandumq3 illi ab om:
nibus ordinibus regni esse prestitum: neq3 ullis historiis do:
ceri posse Polonos fidem dominis suis prestitam unq3 fregisse,
aut quicq3 mutasse, proinde super hoc articulo nulla opus vi:
deri cautione

Accepto hoc responso nrō quesierunt à nobis qualem certitudinē
putaremus ad firmandum Contractum magis oportunam?
respondimus extare cum multorum preteritorum Contractuū
exempla, tum recens Matrimonij Sermi olim Regis Ludovici
et Marie regine, in cum aut alium similem modum tractatus
firmari posse. adijcientes hoc ad maiorem firmitatem et con:
iunctionem, ut gemina tractaretur affinitas, tam filiorum q3
filiarum utriusq3 Mtis vrē. Super his colloquium cū Oribus

Sermi Regis Ferdinandi postularunt, quo habito, postridie nobis res:
ponderunt, priores inscriptiones similium affinitatum non posse in
omnibus congruere, sed ostenderemus que nobis viderentur opor:
tuna, et secundum illa fieret inscriptionis formula, additis vel
demptis seu mutatis ijs quibus opus videretur, de duplici vero
Matrimonio, quoniam nullum in hac re haberent Oratores Sermi
Regis Ferdinandi documentum, opus fore illis Mtem requirere,
committentes arbitrio meo, vt sive nunc mittendum illis per postas
censeremus, seu vero vt in reditu suo ipsi hoc exquirerent: adjici:
entes Connubium filii Sermi Regis Ferdinandi, cum Illma Isabel:
la esse per etatem longe dispar.

Nos colloquuti prelegi illis fecimus nonnulla inscriptionum exem:
pla, ex quibus annotatis que ad rem videbantur, conuentum est
formulas vtrinque ipsius inscriptionis conficiendas. De duplici vero
Matrimonio et dispari etate Illmorum filii Regis Ferdinandi, et
domine Isabelle respondimus Mtem vram forte non satis notam
habentem etatem filii Sermi Regis Ferdinandi, Illmam filiam sua
Isabellam, quam a iunioribus preteriri non satis congrueret, pro:
posuisse. Quam propositionem referrent ipsi ad Regem suum per
postas, vt obtulerunt.

Nos vicissim ad Mtem vram etatem filii Sermi Regis Ferdina:
di relaturos. Interim vero vt super eo Connubio, ad quod missi
sunt fieret conclusio. Vitauimus enim de industria nos que:
situros polliceri vtrum Mtas vra iuniorem domina Isabella
tradere vellet vt ipsi requirebant: ne quam illis ansam dare:
mus aduersus voluntatem Mtis vre. Postque ita inter nos dis:
cessum fuit, nos formulam Contractus dictauimus, ipsi vero ne
scimus, cur rationes conscripserunt totius negocii suspendendi,
et ad Mtes vras referendi, quibus perlectis nos fassi quidem
sumus ea omnia que annotarunt ad conclusionem affinitatis

esse necessaria. Sed nos vehementer mirari diximus, q in hiis ne:
cessariis non haberent documentum Oratores Serm̄i Regis Fer:
dinandi, cum et Oratores essent tam insignes, et negocium de co:
cludenda ipsa affinitate ab vtrisqz Mtibus vr̄is, esset huc de:
latum. Quodqz sine instructione talium rerum que sunt neces:
sarie non soleant mitti Oratores insignes. vnde non videri
nobis verisimile, vt ipsi Oratores, nihil magis habere deberēt
documenti in negocio conducto, qz habere posset vilis aliquis
nunctius, aut quod literis simplicibus committi posset, decla:
rauimusqz nos super omnibus, que necessaria forent sufficiē:
tem habere instructionem, neqz documento aliquo à Mte vrā
opus esse. Itaqz postulauimus vt sine longis ambagibus, saltem
de vno Matrimonio rei ipsius conclusionem tractaremus. Ora:
tores Illm̄i Ducis Georgii paululum collocuti, petierunt ne
molesto ferremus animo, iniectionem hanc de reciproco Connu:
bio, causam suspendendi tocius huius negocii dedisse: Nos res:
pondimus: Si hec racio de reciproco Connubio suspensione hac in:
digeat: illam solam suspenderent, ac in dominum suum refer:
rent: Caeterum de hoc vno super quo indictus esset Conuentus
iste fieret debita tractacio. Illi responderunt se hec omnia egisse
et disputasse cum Oratoribus Serm̄i Regis Ferdinandi: sed
illos occasionem hanc suspendendi tocius negocii, nullo modo re:
linquere voluisse: et interea quod inicio declinare videban:
tur nobis iniecerunt: vt priusqz super hiis ab ipsorum Rege
documentum afferretur tractaretur negocium concordie, quod
totum nos eorum arbitrio commisimus, et ad omnia nos prom:
ptos exhibuimus.

Vnde vrā Mtas colligere potest quibus artibus et inuolucris
aliud pretenditur, aliud curatur ab istis, vtcumqz est, nos ag:
grediemur in dei nomine tractatus concordie etiam priusqz Hu:
gari veniant in quo non dubitamus illos maioribus ambagi:
bus et labyrintis vsuros in versando hoc negocio nobiscum

qui mediatores sumus, tamen maiori solercia et dissimulatione qua poterimus curabimus, qui inter sentes et spinas gradiendo, negocium ipsum ad optatum finem deducere. Quod dominus deus prestare dignetur. Interim Sacra Mtas vra instruere nos dignetur super hiis articulis quos nobis dederunt latius, vt nos ad omnem questionem paratos inueniant. Non omnia enim expressa sunt in instructione Mtis vre, que isti requirunt, de circumstanciis Matrimonii et consumandorum tractuum terminis et locis. Commendamus nos humilr Sacre Mti vre, quam dominus deus seruet diutissime sospitem et semper foelicem Posnanie die x.a Octobris Anno doi. M.o D.o XXX.o

Articuli per Ducis Saxonie oratores in tractando matrimonio propositi Et ad reges relati.

Postq3 Illmus Princeps et dominus dominus Georgius Saxonie Dux etc animaduerten pacem et tranquillitatem Regnorum huius mundi potissimum constare et conseruari Regum affinitate mutua, ad Sermum Principem dominum dominum Sigismundum primum Polonie Regem etc motus necessitudine, qua eidem et preterea alteri arctissima iunctus est fecisset referri, quod sibi videretur apprime consultum vt filius suus dominus Sigismundus Augustus in Regem Polonie nunc Coronatus in vxorem duceret Sermi Principis et domini domini Ferdinandi Hungarie et Bohemie Regis etc filiam maiorem natu Reginam Elisabet, adhocq3 promouendum suam polliceretur: et intelligens hoc consilium non displicere Regi Polonie, insinuauit Regi Ferdinando Quem q3 ad hoc propensum et inclinatum reperit, egit itaq3 apud vtrumq3 Regem, vt huius rei tractande gra Oratores suos Posnaniam circiter festum Michaelis miserunt

videlicet nomine Regie Mtis Polonie Rndos in Chro Patres
Mgcos, et Inclytos dominos Ioannem Posn. Andream etc: et
nomine Regie Mtis Hungarie et Bohemie Rndum in Chro
Patrem et d.d. Iacobum Epm Wratislauien. dominum Si:
gismundum de Herbestein equitem auratum et Doctorem Be:
atum Vidman: adfuerunt quoque à Duce Georgio missi Rdus
in Chro Pr dominus Ioannes Episcopus Missnen. Doctor
Simon Pistoris Cancellarius acta que et tractata sunt inter
eos sequentia.

Primo domini Oratores Polonie per Oratores Ducis Saxonie
significauerunt Oratoribus Regis Ferdinandi, se à Rege
suo habere Mandatum super predicto consilio Ducis Geor:
gii de nuptiis predictorum liberorum vtriusque Regis et af:
finitate vt deduceretur ad debitum finem, ita quod rata et fir:
ma maneret, secundum quod hactenus inter Reges et Princi:
pes consuetum fuit, nec insolitis condicionibus in aliquod
dubium reuocaretur. et quod quoque instituueretur Matrimonium
inter Ferdinandi Regis filium Maximilianum, et Polonie Re:
gis filiam Isabellam:

Ad quod Oratores Regis Ferdinandi dederunt responsum, quod pos:
teaque intelligerent Regem Polonie pro suo filio desiderare in
sponsam Ferdinandi Regis filiam natu maiorem, intellexisset
Regem suum ad hoc quoque inclinatum, et huius rei tractande gratia
eos precipue destinasse huc, verum quia de multis ad hoc fir:
mandum veniret tractandum que nunc per eos comode expedi:
ri non possent: Nec etiam Regi Ferdinando de Matrimonio
reciproco aliquid antea est significatum, ita quod desuper potuisset eis
dedisse mandatum.

Visum fuit vtrinque et necessarium et conueniens vt primum om:
nium conueniret inter eos de condicionibus articulis et capitulis

ad hanc causam pertinentibus, super quibus vtraque Regia Maiestas posset reddi certior, et prehabita matura deliberatione, tum personaliter loco et tempore congruis conuenire, aut Oratores nominatim et cum speciali mandato mittere: vel etiam illis suis Oratoribus interea quod hic adhuc possent immorari. nunc desuper suam voluntatem significare, et sic debito modo ad plenam perfectionem deducere. Vltra quae capitula quoque posset quelibet Maiestas Regia pro pleniori absolutione alteri et alia ad tractandam causam necessaria suggerere et insinuare. Sunt ergo capitula haec.

Quo pacto promissio sponsaliorum de futuro, à Regibus ipsis vt parentibus sit facienda, et quod non obstante consanguinitate deberent habere effectum, atque dispensationi Apostolicae impetrandae dandus modus.

An deceat illi promissioni apponere poenam, quantamque et secundum quam formam, ac an et quotuplo maior dote sit apponenda.

Intra quot annos liberi debeant esse obligati et teneri ad ratificandum

Quid si antea vel post ratificationem, et ante traductionem alter eorum diem suum obiret.

Quanta debeat esse dos, et illius respectu donatio propter nuptias Et numquid sufficeret adhuc nullam aliam dotem designare, quam eam qua hactenus Reginae Hungariae et Bohemiae, ac Archiducissae Austriae fuissent elocatae, et Reginae Poloniae promissae. Et quod vterque Rex tempore suo traductione instante secundum hoc ad illam exprimendam et constituendam debeat teneri

Item quod et tum fiat renunciatio super hereditate paterna et materna ipsius Sponsae.

An proprietas dotis Matrimonio per mortem soluto et sine liberis debeat remanere apud relictam indistincte, vltra et preter assignatam donationem propter nuptias. Quid si extarent liberi et in minore etate morerentur matre superstite.

Vtrum vxore mortua sine liberis dos debeat perpetuo manere apud Maritum: et eis ad nullam partem reddendam teneri. Quid de iocalibus et mundo muliebri, si nullam ipsa reliquerit filiam

Nunquid per compensacionem dotis, multe iste difficultates venirent tollende, si filius Regis Ferdinandi duceret vnam ex filiabus Regis Polonie.

Conclusum est ergo super hisce capitulis, vt vtriusque Regis Oratores illico in primo quoque tempore habita tractata ad dictas Regias referre ac desuper ab eis deliberacionem et responsum expectare debeant.

Sigismundus primus Rex Polonie Oratoribus et Consiliariis suis Pacem et connubia Posnanie tractan(tibus)

Ioanni Latalski Epo Posnaniensi
Andree Krziczki Epo Plocensi
Christofero de Szidlowyecz Castell° Crac
Andree de Tanczin Palatino Crac
Luce a Gorca Castellano Posnanien
Ioanni de Tarnow palatino Russie
Ioanni Choienski archidiac° Crac

Reveren in Chro patres et Magci, sincere nobis dilecti. Gratum est nobis officium Sinceritatum vestrarum, quod lris suis quas nobis Gersdorff Cubicularius reddidit, tam accurate, plane et copiose nos fecerunt de omnibus certiores, que isthic in primordiis tractatuum tam cum Sermi Regis Ferdinandi, quam cum Illustri domini Georgii Ducis Saxonie Oratoribus egerint. Illud vero multo etiam gratius, quod ad singula que fuerunt ab illis per interrogatorium proposita, Sinceritates vre ita prudenter et accomodate ut literis declarant, illis responderunt. Neque enim si presentes ipsi adfuissemus, melius magisque appositi super hysce questionibus respondere potuissemus. Quare commendamus in hoc industriam et studium Stum vestrarum Illasque hortamur, ut eadem fide et diligentia reliquas omnes actiones persequantur: sermonesque et persuasiones suas ita ad omnia dirigant, ut et nra et publica commoda, item etiam honestatis rationes postulare maxime videbuntur. Miramur autem vehementer, quod in tam magno tamque arduo negotio, oratores isti ambigue et inconstanter consilia sua verterent, aliud nobis scilicet per insinuationes circuitionesque verborum insinuantes,

q in re quando ad aliquid veniatur facturi essent. Istud tamen nos illorum arbitrio illos facere permitteremus dum modo nobis sit integrum ut certo nobis persuadeamus Sinceritates vestras caute omnia cum illis prudenterque egisse. Namque magis interesse nostra putamus cavere ne imprudenter quid nomine nostro accidat, quam inique ferre quod argute simulate ve ab ipsis tractentur negotia. Que enim res optato exitu terminata est, non multum refert querere, hac aut illa ratione tractata, vel casu aut providentia cuiusvis sublevata fuerit. Cum vero qui sit successus rei futurus incertum adhuc est, tanto maiore cura et industria, ne quid contra rectum consilium et ipsius rei dignitatem contingat providendum censemus. quanto maior dubietas et incertitudinis impedimentum obijcitur. Quare cum illorum ita ingeniose inventiones in disputationibus adhibeantur, plurimum nobis satisfaciunt Sinceritates vestre, quod iudicio prudentiaque sua non contentione illas moderentur, et quod non tam veris quam optimis et necessariis quibusque rationibus illas confutent et depellant.

Ceterum quia Sinceritates vestre, cum questio de duplici matrimonio fuisset interposita, scribunt se ab oratoribus Serenissimi regis Ferdinandi accepisse, quod Illustrissime filie nostre Isabelle impar etas ad illius Maiestatis filij combinium bo illis videatur. non videtur nobis alienum hoc loco Sinceritatis vestris mentis nostre iudicium in hac parte declarare, ne et Sinceritates vestre, et oratores isti in hoc ambiguo amplius posthac hereant. Certum quidem iam inde ab initio habuimus, cum de reciproco matrimonio cogitare cepimus, nos si ad geminam nuptiarum constitutionem res nobis cum Serenissimo rege Ferdinando ventura esset Illustrissimam filiam nostram Isabellam collocare in matrimonium

Mtis suę filio debuisse, nunc vero etiam idipsum fir:
mius et magis constanter apud nos statuimus, q prius:
q ipsa Illma filia nra Isabella cuipiam despondeatur
nullam nos aliam natu minorem in matrim collocemus.
Neq enim conveniret a nobis permitti ut minor filia nra
cuepiam hoc honore coniugali seniorem haur, et que nobis
ob singulares animi et corporis dotes est charma antici:
pare deberet. Atq ita Sertibus vris hoc iterum atq
iterum repetimus, committentes illis, ut ita circa dupli:
cium matrimoniorum tractatum, si ad illum ventum erit,
se gerant, ne alterius filie minoris petende occasio Ora:
toribus detur. Nichil enim dubitare amplius oportebit
Sertes vras, nos in hac causa honoris Illmam Isa:
bellam non esse posthabituros. / Quod si vel propter
etatis disparitatem dicte Illme filie nrę ad etatem
Sermi regis Ferdinandi filii vel propter dissensionem
Sermi regis Ferdinandi, dupliciorum matrimoniorum
causam relinquere oportebit: Stes vras hortamur,
ut de nuptiis que inter filium nrm et filiam Sermi
regis Ferdinandi intercedere debebunt, secundum Man:
datum et instructionem a nobis datam tractent et
concludant. In quo etiam simplici matrimonio, et
illud animadvertere conveniet, Stes vras, si suspendere
totam illius Tractationem, vel partem Oratores voluerit
Nam si id fieri posset per occasionem aliquam ab ipsis
interpositam, ne simplex filii nri matrimo hoc tpe
perficeretur, magis ex re nra futurum arbitraremur.
Etenim si reciprocum Matrimonium, in quo et necessi:
tudinis vinculum arctius, et utilitas maior speranda
foret, nunc subtraheretur, et istud simplex multe ex:
pectationis connubium differri, conducere nobis posset

rum ob alia multa, tum maxime, ne in inuidiam & sinistram aliquam suspicionem tam apud Ser^mum regem Joannem, q apud Imperatorem Turcorum adducamur. Unde fit etiam quod vehementer optaremus Sinceritates vras, quanto magis sine suspicione et offensa Oratorum Ser^mi regis Ferdinandi, et Ill^t domini Ducis Saxoniae fieri posset, in aliquem certum modum rationes componere, et efficere prius Concordie et pacis Tractatus transigatur, et subinde de affinitate secundum ea que ex nra voluntate et dignitate fieri posse videbuntur tractetur.

De Articulis quos ab ipsis in scripto oblatos Sinceritates vre nobis miserunt: etsi non dubitamus S^tes vras potuisse illos eadem prudentia, quam in aliis prestiterunt, per se absoluere: tamen quia ad nos sunt relati, quid nobis videatur, sententiam nram breviter aperiemus. Querunt in primis, quo pacto promissio Sponsaliorum de futuro a nobis et a Ser^mo rege Ferdinando, tanq a patribus liberorum nrorum sit facienda, In qua re cuperemus nos quidem Sinceritates vras, consilium et assensionem suam ad illorum quodcumque arbitrium, dummodo honestatis & possibilitatis terminos non excedat accomodare. Verum si et ipsi sententiam nostram medio Sinceritatum vestrarum super eo cognoscere contendunt, declarabunt Sinceritates vra, nobis videri ita comodissime hanc promissionem fieri posse, ut in presenti tempore promittamus nos in verbo nostro regio, et lras sub sigillo nro in verba que erunt mercupata conficiamus: q quando Ser^mi regis Ferdin^d

filia octauum annum impleuerit, nos teneamur per
oratores nros nomine Sermi filii nri in loco quem
Sermus Rex Ferdinandus designauerit, sponsalia
per verba de futuro cum Illma Maiestatis sue filia
contrahere, vicissimque etiam verbo suo regio et lris
sub sigillo datis Sermus rex Ferdinandus promittat, quod
tempore et loco supranominato contrahere erit obligatus
ex parte filie sue, consensu ipsius filie accedente, cum
oratoribus nris ad hoc a nobis et Sermo filio nostro
specialiter missis.

Sequens articulus habet: et quod non obstante cōsanguinitate
Sponsalia ipsa de futuro, deberent habere effectum,
atque dispensatione appostolice dandus modus.
In quo articulo quod ad effectum sponsaliorum attinet,
ita id promitti censemus: Si Apostolice Sedis autoritas
non repugnabit. Ut vero non repugnet, et cum li-
beris nris Sedes ipsa Apostolica dispenset, communi
nra, et Sermi regis Ferdinandi opera, id impetrari
debere equum arbitramur. Et super hoc, etiam verbo
regio, et lris fieri promissionem

Tertii articuli verba sunt: an deceat huic promissioni
apponere pœnam, quanta quod, et secundum quam formam,
et an, et quottuplo maior dote sit apponenda?
Hic nos illud primum confitebimur tam Sacrorum Ca-
nonum rescriptis, quam Legum Imperialium Cōstitutionibus
caveri: neque ab initio matrimonium contrahere, neque
dissociatum reconciliare quemquam cogi posse, penis inter-
positis posse. indeque intelligi liberam voluntatem contra-
hendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessi-
tatem non oportere: Verum quia ab aliis etiam regibus

et principibus citra Legum presidium et indignitatem constat Contractibus eiusmodi, pœnam appositam aliquando fuisse, et nobis id eadem qua illis ratione liciturum fore arbitramur, ut ad ratificationem eorum quæ de matrimonio concludentur pœna apponatur ne et partorum solennis institutio, et opera ura præstita in irritum convertatur.

Sequitur deinde intra quot annos, liberi debeant esse obligati, et teneri ad ratificandum. Ad quæ probanda etiam illorum sententiam imprimis requirendam censemus. Et si a ura non nimium dissentire, vestris quoque Sinceritatibus decens videbitur amplectenda permittimus. Namque nos illud tempus ad ratificandum amplissimum arbitramur, quando ad plenos pubertatis suæ annos filio Serenissimi regis Ferdinandi praecurrerit.

Quærunt postmodum, quid fieri debeat, si ante, vel etiam post ratificationem, et ante traductionem, alter eorum diem suum obiret? In quo non incommodum erit eis respondere, ut alterutro decedente, contractus antiquentur, et omnis obligatio rescindatur et evanescat. Cum enim nos unicum tantum filium habeamus, quo decedente nullus a nobis alter in locum demortui ad implendas conditiones matrimonii et contractus subrogari posset: integrum nobis vicissim relinqui debere expedit, ne in locum demortuæ puellæ suscipere altera simus nos vel filius noster obligati.

Post hec sequitur quanta debeat esse dos: et illius res:

pectu donatio propter nuptias. et nunquid sufficeret adhuc nullam aliam designare, q̄ eam, qua hactenus Regine Vngarie et Bohemie ac Archiducisse Austrie fuissent elocate et regine polonie promisse. Et q̄ vterque Rex tempore suo, traductione instante, secundum hoc ad illam apprimendam et constituendam debeat teneri. Et de dote nobis quidem videtur vt tanta suscipiatur quanta ab illis promissa erit. Vel quanta Ser.ᵗⁱ sue olim matri sue fuerat data. Ceterum si illius nominationem et determinationem suspendere ad traductionem vsque censuerint, nichilo magis repugnandum erit. Donatio vero propter nuptias, eo modo promitti poterit qui in priori instructione datus est et descriptus.

Item verba eorum. Vt tum fiat renunciatio super hereditate paterna et materna ipsius Sponse. In quo, etsi illorum nobis vt in ceteris sententia prior et arbitrium placeret, Ad quod accedere nil dubitaremus: Dicere tamen poterunt S.ᵗᵉˢ V.ʳᵉ, nos vt hereditati paterne et materne Sponsa renunciet contentos fore.

Deinde fit interrogatio: An proprietas dotis, matrimonio per mortem soluto et sine liberis, debeat remanere apud relictam indistincte vltra et preter assignatam donationem propter nuptias. Ad quam interrogationem, non erit alienum respondere, iniquum fore, vt dos, morte soluto matrimonio relicte vltra assignatam donationem propter nuptias reddi debeat: cum tante estimationis hic donationes propter nuptias institui et inscribi soleant que ad duplam dotis quantitatem sufficere possent. Quare illis dubium esse non debet, q̄ proprietate dotis

que propter onera matrimonii marito datur, cum su:
pra expressa donatione propter nuptias cuiusmodi
confundi et commisceri oporteat.

Quid si extarent liberi inquiunt, et in minori aetate
morerentur matre superstite? Quem casum etsi hoc
distare a superiore videmus: quod fuerunt hic liberi
et postea esse desierunt: In illo autem, ab initio nulli
extiterunt: Nobis tamen idem in hoc ut in illo re:
spondere placeret, cum parum intersit quo ad propri:
etatis dotis in hoc casu retentionem fuisse liberos
qui esse desierunt, et nunquam fuisse.

Adhuc addunt: Utrum uxore mortua sine liberis Dos
debeat perpetuo manere apud maritum, et is ad nulla
partem reddendam teneri. Sed hoc non est novum, et
Sincere bg veris plane tam ex iure quam consuetudinibus ap:
probatis cognitum, dotem, ut in plurimum uxore sine
liberis mortua, ad ipsius mulieris heredes unde profecta
est vel ad eos a quibus advenit reverti. quando ta:
men pactum aliquot in contrarium non sit factum.
Cuiusmodi pactum ut mortua coniuge sine liberis, in
potestate mariti Dos vel pars eius remaneat, amplecti
nos non recusamus, dummodo ab Oratoribus id con:
trariae partis admittatur
Hoc idem et de Mundo muliebri, et de iocalibus
si nullam reliquerit filiam faciendum arbitramur.
Nempe si conveniri non poterit ut ista apud maritum
remaneat. quod de iure solet sub estimatione restitutio illorum
promittatur

Postremo ab illis queritur: Numquid per compensationem
dotis multe iste difficultates venirent tollende. si
filius regis Ferdinandi duceret unam ex filiabus nris.
Quod certe vocari in dubium non oportuit. Quando
enim circa comutationem filiarum dos compensatur
et reliqua que sunt minoris momenti compensari et
tollantur difficultates et impedimenta convenit. nisi
forte illud excipere et ad partum reducere velint,
quando alterutrius partis iocalia et gemme preciose
equalitatem estimationis multum superaret et excederet.

Hijs ita visum est nobis breviter ad questiones et inter:
rogata proposita respondere. que tamen ampliare
et restringere arbitratu suo poterunt Sinceritates vre
prout ad rem magis conveniens, magisque aptum et ac
comodatum fore consideraverint. Nil pretermittentes
quod ad conciliandam persuadendamque Concordiam et
pacem que toto fere orbe terrarum expectatur, facere
et conducere posset. Nam id supra omnia nobis et
necessarium et longe utilissimum videtur. Bene va:
leant Sinceritates vestre. Dat Cracovie die
xvij Septembris. Anno domini 1530.
Regni vero nostri anno 24.

Humillim
quomod
tractan
Vngari
non es
Super
a Tur
audire
sperare
delibera
de ex
enim e
Divinam
certam
clam d
sed bad
restitue
tamen
Comen
Iuli
xxi

Carra
Syrad
placen
meo p
scriben

Bone Reginae Poloniae
Andr. Cricius Eps Plocensis.

Sacra Rlis Mtas, mea
domina clementissima

Humillimam mei commendationem. Scripsi iam Sacre Mti Vre quomodo negocium affinitatis hereat: nunc a plerisque diebus tractantes de concordia, usque huc in prohemiis haesere. Ungari tamen iam de cedendo regno ultimum dedere responsum: non esse de hoc ne cogitandum quidem, nedum loquendum. Super aliis vero et de securitate Sermi regis Ferdinandi a Turco, habere se dixerunt modos honestos et utiles, modo audirent prius aliquid, unde concordiam preter cessionem regni sperare possent. Ad hec, oratores Sermi regis Ferdinandi deliberant, et metuo ne rem nobis tantisper durant, donec de exitu Conventus Augustensis certiores fiant. Somniant enim generalem illam expeditionem, et magna quedam sperant. Utinam non fallantur. Sed nos suademus meliorem esse certam pacem quam speratam victoriam. Suggerunt michi etiam de Induciis. Peterrent Ungaros, et quantum possum suadeo, sed hactenus reluctantur, nisi essent longissime, et ablata restituerentur, que conditiones sunt durinsculae. Nichil tamen intentatum relinquemus, quo boni aliquid faciamus. Commendo meam debitam et debitissimam servitutem Vre Sacre Mti, quam Deus diu servet in sospitatem et felicitatem. Posnaniae XXI octobr. 1530.

Scedula

Sacra Mtas ego que scribo de dno Hieronymo Laski palatino Syradiensi, scribo animo Christiano et veteri: Verum non placent michi spes et negociationes eius, et domini sui, et timeo pessimum exitum. utinam fallar. de quo multa essent scribenda. Nam michi multa sua secreta commisit. Inter

alia mala, que dixit, regno M^tis vestrarum iminere, aperuit molimina quedam ex Prussia, et qualis illic sit anguis in sinu M^tis vestrarum. Oro pro Deo prospiciant tempori: corruptus est Mundus: metus et fides hominum depravata.

Intellexi multos ambire Marsalcatum vacantem: supplico M^ti v^re habeat comendatum dominum petrum Kmitam Marsalcum Curie, hominem summa fide et solute eruditum. Tales deceret a principibus promoveri, nunc maxime cum bonorum magna est raritas, et nunc probitas nullo vincitur beneficio. Supplico M^ti v^re, dare michi veniam dignetur, quod ita libere ita scribo. Facio id pro debito et fide mea.

Humilis Stor Crismib Eps Plocz

R^me mi d^ne, d^ne colen^me. Quia me puer iste sero admonuit si quid vellem scribere: et brevi descripturi sumus omnia ad unguem, M^ti v^re regie, postquam id illi gratum cognovimus. Nunc dumtaxat in quo scopulo heremus v^ra R^ma D^nacio arripiat. Jam ab Ungaris dudum, quid prestare possunt habemus: a Germanis hactenus nil, nisi Terrentianum illud nolo volo: volo nolo. Illi quibus racionibus regno cedere non possunt nec in parte nec in toto docuerunt. Pro eo tamen offerunt pacem Turricam certam et honestam. Offerunt de titulo et successione: de Slesia et Morauia, de restitucione domine Marie regine et aliorum exulum, federaque que nobis iuste et honeste viderentur, sed et redemptionem pecuniariam eorum que adversarius habet in Ungaria.

hii contra, modo dabant spem suscipiendi, modo negabat, nichil nisi expiscando ut ab inicio suspicabar futurum. Ad extremum responderunt se de cedendo regno facultatem nullam habere. Verum ut conditiones que ab adversariis proponerentur conscriberemus, et prestolaremur donec a rege suo documentum super illis haberent, quas vellet per veredarios mittere. Ad hoc etiam cum Ungaros multis persuasionibus induxissemus: illi rursus an id faciant, iam hoc triduum deliberant: nec quicquam respondent. Dixerunt tamen michi secretius se veredarium quem hinc miserunt expectare. Dum quererem quid ille de Concordia afferre possit, qui in negocio affinitatis sit missus? responderunt sperare se illum aliquid allaturum etiam. Hec summa est eorum in quibus sic heremus ut quid demum nos facere debeamus, prorsus nescimus. Fuit heri apud me vespere dominus Laski palatinus. Nam continue volutatur inter nos ac etiam adversarios sollicitando hanc concordiam: potissimum ut dicit, causa gratie Maiestatis domini nostri. Narravit michi allachrimans quantum exicium immineat hijs regionibus omnibus, nisi pax sequatur. utinam non vere. Habet apud se hic nuncios Principum Lutheranorum, sollicitantium, ne quid fiat de concordia. quod et ipsi brevi excitare vellent tumultum in Germania. O viros Evangelicos.

Dominus Episcopus Wratislaviensis, qui concordie est avidissimus multum mecum queritur cum Lacrimis de condicione horum temporum, de successu Conventus Germanici, ad quem melius erat Cesarem nunquam venisse. Latius omnia brevi. Me gratie Dominationis vestre Reverendissime ut domino et benefactori meo, ex corde commendo: quam dominus deus servet nobis et communi bono, incolumem et Letam. Posnanie postridie Simonis et Jude apostolorum 1530

Scheda

Reverendissime mi domine post obsignatas litteras fuimus cum oratoribus Serenissimi regis Ferdinandi: et mutuo consilio, illis legi fecimus

inter alias querimonias quas Ungari annotarunt, de literis et Legatione ad Bassam Nanderalbensem facta. Negarunt illi primum, deinde confessi sunt cum rubore tamen missas quidem literas fidei et legationem factam ad ipsum Bassam per regem eorum, tamen aliam esse legationem quam Ungari referrent: quam tamen nobis non aperuerunt. Communicavimus autem hoc illis eo consilio, ut coniicere possent regem Ungarie cum Turcis sentire, ut animos paulo remitterent. Diximus tamen nos id minime credere quod Ser^mus Rex Ferdinandus quereve societates cum Turcis adversus Christianos, ut Ungaris persuasum est, deberet.

Stor Eps Ploren. [?] SS[?]

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomicius Epus Crac.

Sacra Regia Maiestas et domine, domine clementissime. Post humilem Servitutis & orationum mearum commendationem. Accepi hodie prima luce literas domini Epi Ploren. qui brevibus nobis quid illic Posnanie agatur, in hanc sententiam michi scripsit. quod post inceptum a pluribus diebus negotium concordie usque huc in prohemiis et persuasionibus tantum domini oratores versentur. Sed quod iam tamen domini Ungari de cedendo regno ultimum eiusmodi dederint responsum, quod id ne cogitari quidem debeat. De aliis vero et pace Ser^mi regis Ferdinandi a Turco, scribit dominus Eps, illis ita respondisse, quod habeant modos utiles et honestos, modo prius audirent quid sibi de certa concordia polliceri possent. Super quo deliberare voluerunt Ser^mi regis Ferdinandi oratores. sed in hoc se vereri dominus Eps scribit, ne ista deliberatione et verbis ducere tantummodo et terere tempus voluit, usque dum certiores fiant quid Spei exitus Diete Augustensis polliceri illis possit. Somniant siquidem ex:

peditionem generalem, et alia multa: sed tamen dominus Eps scribit aliquid suggessisse illos de faciendis Induciis de quibus contenti forent domini Consiliarii Mtis vre. si modo domini Ungari vel vellent vel possent illis assentiri. Hoc ego Mti vre ita ut ipse accepi declarare volui. ut interea qd alias afferuntur certiora in hiis cogitationem pro bono publico exercere possit. Comendo me rursus et servitutem meam in gratia Mtis vre Sermae. quam cum Serma coniuge sua et omnibus augustissimis liberis felicissimam semper et optime saluam esse vehementer desydero. Cracoe 28 8bris 1530

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Christophoro Schidlowiczki Castell° Crac etc.

Dum lras ad Magciam vram scribo: venit ad me dominus Albertus Pptus Quinqueecclesien, ob reliquae dotis Illustris dominae Zophiae Masoviae ducis repetitionem. quem cum ego ad Mtem regiam adduxissem: quesissemque ex eo: qui status, quae ve conditio rerum nunc in Ungaria esset: narravit omnia esse ad summam miseriam et calamitatem redacta, inquiens Turcos illos quos paulo ante in finibus Moraviae fuisse scripsi, preter id qd Quadraginta millia hominum in servitutem abduxerint: plus qm hostilia pleraque, alia etiam quae hominis crudelitatem superarent patrasse. In unis enim illorum Statiuis, quae habuerunt in bonis dni Turzonis, post discessum eorum, reperti sunt infantes masculi caesi et necati circiter mille, et puellae feminae Trecentae relictae, semiviuae, quas fortasse propterea occidere abstinuerunt, qd nocere armis utrumque adultae posthac sexu prohibente non possent.

De Regis autem Ferdinandi Exercitu ista dixit: qd iam

Vienne viderit plurimos milites, a quibus intellexit
esse Decem millia paratissimorum Hispanorum et
Germanorum Lancariorum: et octingentos Equites
Cathafrattos Germanos. Ungaros autem Leuis armature
mille. qui duce et Capit° dnô de Rogendorff, in Un:
garian mittuntur: q(uod) q(ue) ad illorum numerum accedere
debeat cum aliquot millibus susceptorum et onoratorum
ex Stiria et Charintia hominum, Dominus Catianner
Item etiam retulit Ser(enissi)mum regem Ferdinandum Naves
Tormentis Bellicis maioribus Triginta vnd: et commeatu
copioso instruxisse ad omnem occasionem paratas sup(er)
Danubio habere. quibus rebus ego versor in dubium,
ne non frustra de concordia iste multorum Oratorum Con:
ventus habeatur. Faxit tamen do(minu)s deus, vt inopinantibus
nobis aliquid boni accidat. ob quod ego dominum deum
cum clero meo orare indesinenter non cesso. Comendo.
me amori et beneuolentie sue Mag(nifi)ce D(omination)e. quam sanam
esse atq(ue) cum omnibus suis semper incolumem et felicem
vehementer desydero. Cracovie 18 Octobr 1530.

Cricius Tomicio.

Rme mi dne, benefactor colendme. Egressi sumus tandem
Labyrinthum nrm, non ut voluimus, sed ut potuimus,
Spes tamen habet utriusque partis Oratores omnia quae
condiximus recte successura. De quibus cum ex volu:
mine quod Mti regiae mittimus, vra Rma Do abunde
omnia cognoscet. et ego in tumultuario discessu nro
et istorum negociorum expeditione, hinc atque hinc dis:
trahor. Supplico boni consulat quod plura non scribo.
Cum autem serum est, michi ad bona mea redire, ibo
interim ad Czastorgoviam religionis causa priusquam
Conventus appetat. Commendo me gratiae Dnis Vrae
Rme. quam dominus deus servet sospitem et felicem.
Posnaniae postridie S. Martini. 1530.

Sigismundo primo regi Poloniae.
Andreas Cricius eps Plocensis

Sacra Regia Mtas
Dne dne clementme

Humillimam servitutis nre comendationem. Describimus Sacre Mti vre licet prolixe, necessarie tamen acta dictaque nra in hijs Concordie Tractatibus, mutuo inter nos habita, ex quibus intelliget Mtas vra, quo pacto negotium istud transegimus: et ut aliter illud transigere non potuerimus. Supplicamus igr Mti vre ut ea non gravatim audire, et boni consulere labores nros dignetur. Accipiet ex progressu tractatuum Mtas vra, q illi qui indigna magis concedere vitabant, ad indigniora fortasse descenderunt. Comendamus nos humilr Sacre Mti vre
Ex Posnania XII Novembr. 1530.

Sigismundo primo Regi Poloniæ
Consiliarii et oratores Poloni ex
Dieta Posnanien: de tractatibus suis

Sacra Regia Mtas et domine
domine clementissime

Humillimam nostri comendationem. Postq Mti vre regiæ acceptum fuisse cognovimus, nos illi copiose omnia quae primum hic egimus perscripsisse: volumus et reliqua acta dictaq nostra oia illi perscribere: ut hijs cognitis expenderet tum operas nras, tum negocii nobis a Mte vra comissi magnitudinem et perplexitatem.

Post suspensum affinitatis negocium, cepimus consilium de modo Concordie aggrediendo, in quo valde insta: bant Oratores Missnenses, ut iura utriusq partis excuteremus: et secundum illa conditiones pacis propo: neremus. Nobis visus non est processus iste condu: cibilis: q et non essemus Judices, et in decernendo super iuribus regnorum summa esset difficultas, resq plena periculi. Cum enim utraq pars persuasit sibi, ius suum esse potius, et nos utramq ad condi: ciones pacis trahendo ratiocinaremur seorsum cu illis de ipsorum iuribus, et ut fieri opporteret apud

vtramq; maioris estimaremus causam et rationes aduersarij
q̄ suam, fieret, vt non solum non persuaderemus illis quicq̄,
sed indubie vtramq; nobis infestam redderemus. Conue:
nimus demum hiis et aliis rationibus non ingrediendu
hunc iterum Labyrinthum. sed cum mediatores essemus,
ab extremis partem vtramq; ad aliqua media et condi:
tiones alteri proponendas inducere et persuadere conare:
mur. Igitur ante q̄ Vngari aduenissent: congressi cum
Oratoribus Ser^mi Do. Regis Ferdinandi, egimus inp̄mis
illi gratias nomine Mtis vr̄e, et pariter Illmi domini
Ducis Georgii, q ad illius et Mtis vr̄e postulata miserit
huc ipsos oratores: Declarauimus dehinc nos ad obe:
unda duo negoria esse missos: affinitatis et concordie.
in vtroq; quod prius tractari deberet nobis commissum esse
arbitrio ipsorum deferre. Cum autem visum esset Ora:
toribus Missnensibus collegis nr̄is affinitatis negotium
anteuertere, id q; potius esse absentibus Vngaris occasio
ipsa suaderet. ac demum illud preter opinionem nr̄am
suspendi oportuit. alterum interim vt tractaremus hortati
sumus. causas adducentes quibus Mtas vr̄a mox ab initio
bellum hoc et controuersiam super Regno Vngarie sistere et
intercipere curauit: non sine singulari amoris & beneuolen^e
sue erga Ser^mum Do. regem Ferdinandum ratione, cum
persuasum habebat Mtas vr̄a id quod res demum docuit,
Imperatorem Turcorum huic bello intercessurum, ei q; adhe:
surum, qui sibi in vicinia minus esset metuendus. Ad a:
gendum vero cum ipso Imperatore, neminem Principu rectius
intelligere posse, quibus viribus et apparatu opus foret, q̄
Mtem vr̄am, cum etatis et vicinie sue, tum continua bel:
lorum suorum cum Infidelibus experien^a commemorauimus.
Vt ab initio quo Thurci Christianos impetere ceperunt, nunq̄
non parturiebant Chr̄iani Principes generalem aduersus
illos expeditionem: intelligentes vnum vel duos ad repri:
mendam vim tantam non sufficere. Vt multorum regnoꝝ
Et Principum partim spe ipsius generalis expeditionis, partim
confiden^a virium suarum cum hoste hoc certantium, maxime

vero clarissimorum regnum Ungarie, patrui et nepotis M^tis v(est)re interitus docuit. Cum autem tot seculis, tot Conciliis, tot conventibus, tot denique publicis Contributionibus perveniri non potuerit ad ipsam generalem expeditionem, cum et Turcus esset debilior, et res Christiana validior, nunc illo tot accessionibus aucto, illa vero tot intestinis bellis, discordiis et heresibus attrita et debilitata, que spes haberi possit unumquemque considerare posse. Quare hortati et obtestati sumus, ut Ser^mus Rex Ferdinandus iniret potius aliquas pacis et concordie rationes, quam rebus Christianis sic se habentibus, rem cum tanto, tamque parato hoste sibi habendam duceret. poneret ob oculos fractum et occupatum ab illo magna ex parte regnum Ungarie. poneret discrimen aliorum vicinorum regnorum, et totius reipublice Christiane periculum. pateretur se ab extremo illo, quo Tractatus Olomucenses procedere non potuerunt, ad aliquas conditiones et media se digna deflecti. Pollicentes nos idem acturos cum adversarii Oratoribus: et nihil pretermissuros esse quod intelligeremus bono publico et dignitati illius M^tis expedire. In eam sententiam facta per nos exhortatione, Oratores Ser^mi d(omi)ni regis Ferdinandi prius collocuti, retulerunt multa in excusationem regis sui de iustitia et ratione belli ab illo suscepti. de occupatione regni per adversarium iniusta, qui ad tuendum illud non sufficeret: Regem vero vero suum, fratre Cesare et aliis regnis fultum, magis esse ad regnum ipsum conservandum idoneum et sufficientem. gravarunt non misisse adversarium Oratores Vratislaviam quo M^tas v(est)ra cum Illmo d(omi)no duce Saxonie designarat. unde indignum esset visum regi suo, huc concordie causa mittere: sed misisse duntaxat affinitatis ratione. non tamen detrectare se agere etiam super concordia, si scirent quo modo id fieret cum dignitate regis sui, negociique ipsius firmitate, cum non huc, sed Vratislaviam illis facultas esset concessa, cuius Mandatum nobis exhibuerunt. Quo seorsum perlecto, et mutuo habito consilio, respondimus Mandatum ad tractandum negocium nobis videri sufficiens. quo loco tractaretur nihil interesse, neque dignitati ipsorum regis quidque

officere . Si tamen intelligerent illi aliquid aliud quo vi: deretur res minus certa et solida ob variationem loci, nobis aperirent, ne frustra hanc operam sumeremus. Illi assti: pulati sententiae nrae, instabant, aperiremus quibus conditio: nibus seu mediis pacem hanc conficiendam arbitraremur. Nos id recusantes facere, quod Mediatores non possent con: ditiones proponere, nisi cognita utriusque partis voluntate, Et nos non magis essemus consilii Ungarorum, quam ipsorum consilii. Pervicimus tandem argumentis, ut illi conditionem aliquam proponerent. obtuleruntque eam: Si Joannes Regno cedat. Super damnis et impensis quas Rex ipsorum illius causa subiit, arbitrium nostrum, et remissionem etiam illarum passuros. Nos, quod accepissemus, rela: turos adversariis, et illos ad aequas conditiones hortatu: ros recepimus. Advenientibus dehinc Ungaris et illis in hospitio salutatis: statuimus de congressu codē die in Praetorio. ubi nos actis prius eorum regi, ut et alteri gratiis, exposuimus quantum et debeat et bene velit Mtas vra regno Ungariae, non solum vicinitatis causa, et quod fortuna sit communis: sed etiam quod et maiores necessarii quod Mtis vrae in regno illo feliciter regnarunt, et ipsa Mtas vra multa sit illic benevolentiae in se officia experta. proinde quantum ex hac regni illius calamitate et discrimine doleret ostendimus, cum plane videret Mtas vra nil magis ex animo et re, communi omnium hosti arridere potuisse, quam regnum ipsum, quod illi magno fuit semper ad opprimendam rem christianam obstaculo, non solum a se magna ex parte fractum et occupatum esse, sed etiam geminis regibus, et mutuis cedibus seipsum con: fici. Et licet hortatore ad pacem videantur non indi: gere, quod Jus suum se tueri, et bellum non inferre, sed propulsare se dicant: tamen et in tuendo iure suo, et bello propulsando considerandum esse, utrum expediat magis: adversario ne de iure suo aliquid concedere: an seipsum, patriam suam, ac universam rem Christianam in discrimen addu

cere

2

ducere. Licet etiam dudum testarentur regem suum pa:
ratum fuisse causam suam iudicio quorumcunque non sus:
pectorum iudicum seu arbitrorum committere: tamen cum
in decernendo super umbra asini difficultas contingere po:
tuit, quae contingere non posset in causa regni decernenda?
cum iura regnorum in armis magis quam in codicibus existant?
Quare ut perpensis maioribus malis ex bello imminentibus:
sepositis quoque hiis omnibus rationibus, quibus causam Regis
sui tueri se posse crederent: ad conditiones aliquas pacis
seu concordiae animum inducerent: neque extremis illis con:
ditionibus inhaererent: quibus initio utraque parte inhaerente,
tractatio illa Olomucensis succedere nunquam potuit.
Hiis et aliis in eum modum a nobis dictis responderunt.
Sermonem nostrum quem audissent, exigere, ut causam suam
altius paulo repeterent, praesertim propter Oratores Misnenses,
qui illam usque adeo non haberent cognitam. Recensuere
itaque satis diffuse ac diserte ut Rex ipsorum iuste et legi:
time sit electus: ut initio statim benevolentiam et amici:
tiam Ferdinandi regis per oratores suos quaesivit, quos, et
alios ad Pontificem et Caesarem missos adversus Ius gentium
detinuisset, et indignissimis modis affecisset. Ut Rex ipsorum
paratus fuisset non solum Maiestatis vestrae aut alicuius alterius
sed etiam ipsius Caesaris arbitrium in causa sua subire.
Ut denique adversarium suum venientem adversum se cum
exercitu propensissima legatione sistere et avertere nequidquam
curasset. Auxilia non aliunde quam a Christianis etiam
regno pulsus implorasset. Adversarium vero interea Im:
peratorem Turcorum primum publicis literis, quibus illi a:
demptionem Castrorum minabatur provocasse. deinde se:
cretis literis in amicitiam et auxilium suum traxisse, etiam
spe Tributi oblata. quo nomine traduxisset apud Christianos
regem ipsorum. Et negatis dehinc ipsis literis suis, protesta:
tione publica, cum Turci illas prodidissent, culpam in illa
confictarum literarum coniecisset, cum signum et manus
eius, literas ipsius esse testarentur, quas nobis produxerunt.

Vt postremo Rex ipsorum non miserit ad Imperatorem
Turcorum auxilii et amicitie causa, nisi cum intellexisset
Adversarium suum id petentem obtinere non potuisse, et
Turcos ad occupandam Vngariam, quam adversarius tueri
non potuisset, accinctos fuisse. Proinde non solum nō esse
culpandum merito regem suum, q amicitiam Turci, quam
adversarius aucupans obtinere non potuit: ipse honestiori
etiam modo obtinuerit, sed etiam maxime commendandum
esse, q regnum Vngarię, de quo iam actum fuisset, rei:
Christianę hoc modo conservaverit. Hec fuit excusationis
ipsorum summa:

Nos colloquenti respondimus audivisse quidem nos omnia, quę
retulissent, et in eam partem accepisse. Verum cum
Ser.mus Rex Ferdinandus et de occupatione regni adversus
iura sua, et de damnis et iniuriis multiplicibus a rege
ipsorum acceptis non minus queratur: nec minoribus ra:
tionibus causam et ius suum tueatur: dimissis querelis
et excusationibus istis, quę rigorem magis exasperare
videantur q promovere, ea tractarent et proponerent
quę ad conficiendam pacem et concordiam pertinerent,
neque adeo Turcorum amicitię confiderent, cum verisimile
non sit illos regnum id conservari velle Christianis, quod
eos ab opprimenda re Christiana acerrime semper arcere
et urgere solebat. Egisse nos pariter magna sollicitudine
variisque persuasionibus cum oratoribus Ferdinandi regis ut
sepositis iuribus et querelis suis, ad ea quę pacis essent acce:
derent, et conditiones aliquas quibus ad illam perveniri
posset exponerent. eosque licet gravatim, nonnihil tamen
proposuisse, quod suo tempore illis dicturi essemus: modo
et ipsi proponerent aliqua ad concordiam spectantia, quę
ad illos pariter referre possemus.

Illi dicto prius, Regnum Vngarię semper in decertando cum
Turco magna damna percepisse, in amicitia vero ipsius
nil unquam periculi subisse: seque magis esse certos amicitia

regis sui cum Turco, regnum conservari posse, quod nos certi essemus illud a Ferdinando rege defensum iri, respon: derunt deinde se postulatis vestris satisfacturos quidem esse: verum duo a nobis petere, primum ut reliquos duos colle: gas prestolari possent: secundum ut se de facultate Oratorum adversarii certiores redderemus. Ad quorum alterum an: nuimus: de altero nos scrutaturos recepimus.

Veniente demum domino de Homonna, significarunt nobis ut cum unus iam venisset, alter venire tam cito non posset, parati essent, ne quid per illos sit more quae haberent ad concordiam exponere. Accersivimus illos postridie. retulerunt si concordia tractetur, petere se inprimis nomine regis sui, ut adversarius regno, et hiis quae illic adeptus sit, cedat, Ut Slesiam et Morauiam vel reddat, vel pecuniam qua regno Ungarie obligate sint persolvat, et Jayce, et alias arces sua incuria perditas restituat. Similiter et illas quae tempore Friderici Imperatoris, ab ipso regno fuerunt avulse. Ut Captivos quos haberet Ungaros dimittat. Ut denique honorem regis ipsorum, quem tot probris et calumniis traduxisset, et in excommunicatione Pontificis conijci procurasset, debito modo sarciret.

Quibus auditis cum respondissemus, nobis ista non videri media ad pacem spectantia, quia a victis plura exigi non possent, maxime de renunciando regno, cum idem adver: sarius exigeret, et conditionem ubi id factum esset offerret super damnis et expensis suis arbitrium nostrum subeundi. Illi vero perstarent quae a se dicta essent sibi videri media medicissima. Si quae alia nobis viderentur, proferre nos debere: De cedendo regno, si decem annis lo: queremur frustra esse. Suggesserunt oratores Missuen, exigeremus ab illis, quam certitudinem prestare possent ubi Rex ipsorum in regno maneret, Christianam rem ab invasione Turcorum securam fore, cum regnum

Vngariæ sit ad illam aggrediendam ianua potissima, quæ hoc modo semper Turco vel inuito rege Joanne pateret. Quod vbi facerent nos seruaturos esse apud Ores Sermi regis Ferdinandi, num vellent vel possent in eum euentum de concordia tractare, cum nondum quæ in hoc casu esset voluntas ipsius regis Ferdinandi, eorumque facultas compertum haberemus. Id cum illis protulissemus: illique vicissim responderent, arces regni Vngariæ, quæ ianuæ fuere totius Chrianitatis, non a rege suo, sed partim ab antecessoribus eius, partim ab ipso Ferdinando rege, esse amissas, ianuas quidem ipsas apertas esse: habere se tamen modos certos et honestos, quibus Turcus contineri posset ab impetitione finium Chrianorum, si Rex Ferdinandus consilium regis ipsorum sequi vellet. Nobisque vt aperirent exigentibus, identidem responderunt, non se prolaturos illos donec ab aduersariis, quid de concordia sibi polliceri possent audirent. recepimus nos ista omnia ad Ores regis Ferdinandi relaturos. et apud illos quæ ad concordiam ipsam pertinerent diligenter acturos. Cum quibus congressi postridie, singula, quæ cum Oratoribus Vngaris per nos acta sunt exposuimus. et quæ denique exegerimus ab illis de securitate a Turcis, vbi Sermus Rex Ferdinandus pati vellet concordiam aliquam manente in regno, ipsorum rege, fieri, hortati sumus quibus rationibus potuimus vt hijs expensis aliquas nobis in eum euentum conditiones pacis offerrent, quas aduersariis proponere possemus. Illi eo atque altero die deliberati responderunt nobis multa, primum pro dignitate regis sui, quam læsissent aduersarii sua narratione, et productione literarum de quesito cum Thurcis fœdere, cum oblatione Tributi, deducentes per Titulum, per datam, per subscriptionem manus regiæ, et alia inconuenientia, lras esse confictas, postulantes a nobis, vt illis fidem non adhiberemus. Obtinueramus enim quod volebant, vt lras ipsas conspicerent. Deinde multa de iustitia regis sui ad regnum Vngariæ, de vtilitate reipce Chrianæ vbi regno ipso potiretur, contra, de

aduersarii temeritate et periculo si regnum obtineret, cum semper Turcis esset obnoxius: neque securitatem ullam praestare posset rem Christianam ab hijs hostibus saluam fore, apud quos nulla esset fidei ratio. Non uideri sibi iustum neque honestum, neque si uideretur, concessum esse, ut de iure regis sui cedendo quicquam tractarent. Nos colloquuti respondimus uicissim, ea, quae pro dignitate regis sui dixissent accepisse nos in eam partem: persuasumque esse nobis, illius Mtem neque agere quidquam, neque egisse unquam, quod a probo et Christiano Principe alienum uideretur. Proinde, quantum ad nos excusatione hac non fuisse opus, quantum uero ad alios, satis iampridem responsum esse publicis appologiis per Serenissimum do. regem ipsorum. Sed neque aduersarios ista protulisse, nisi protestatione facta ipsos nihil dicturos aduersus honorem illius Mtis, sed tantum ad innocentiam regis sui et iniuriam quam pateretur declarandam, rebus ut acta sunt expositis. Intelligere nos satis utri ipsorum regno potitus, magis esset ex republica, et scire quo pacto esset controuersia potissimum dirimenda, si res sita esset in potestate nostra. Nunc cum audissent aduersarios suos de renunciando regno, ne cogitare quidem nobis permittere, haberent rationem temporis, et ex re oblata, de securitate Christianorum a Turcis, consilium oportunum caperent de sistendo bello tam pernicioso, ne publicam rem priuatae posthabere uiderentur. Neue in sinistro aliquo euentu culpam quam in aduersarium coniicere uellent, in seipsos deriuarent. Illi nihilo plus moti persuasionibus nostris, ad proponenda nobis aliqua media, retulerunt multa de spe generalis expeditionis tot regum et principum Christianorum concordia, de facultate, de amplitudine uirium regnorum, et dominiorum regis sui, unde non uiderent causam, quare Jus regis sui negligere deberent, ob modos securitatis quos aduersarii iactarent. aut quales iuxta propositionem nostram conditiones offerre possent. audituros tamen esse, si quas nos offerremus non grauatim.

Suggesserunt posthac nobis seorsum colloquentibus Oratores

Missnenses, proponeremus vtrisque, vt cum adeo perstaret in retinendo regno, et ab eo extremo ad nullum medium flecti se permitterent, retineret vterque suum Jus et titulum, De possessione vero vel diuisio fieret aliqua, vel pensionaria compensatio. Quod tamen consilium suum, ipsi, partibus referre, vt et alias omnes propositiones nostras recusarunt. conicientes in nos verius omnia, quam nobis deferentes, vt non ipsi, sed nos authores omnium propositionum videremur.

Sed et de litteris quas Vngari produxerant, et Oratores Serenissimi regis Ferdinandi negarunt esse sue regis, volebant ipsi Oratores Missnenses, vt earum falsitatem Vngaris exprobraremus, mirari que nos diceremus, quod eas coram nobis producere ausi essent. Nobis vero non videbatur rem ita aspere tractare, ne pro concordia maiorem discordiam excitaremus. sed vt duntaxat verba partium idque leniter referremus. Permittebamus tamen illis, vt ipsi, que preter sententiam nostram eis viderentur dicerent. sed omnia recusabant. vnde nos omnia ne quid in nobis deesset, omnia exequi oportuit.

Proposuimus itaque parti vtrique seorsum, modum istum verbis quibus fieri potuit magis modestis et appositis, commemorantes hanc controuersiam Regum Vngarie cum domo Austrie de ipso regno nouam non esse. eadem iura, easdemque Tragedias inter maiores et antecessores eorum dudum habitas, tamen illos in eum modum discordias suas componere, quam bella reipublice Christiane perniciosa gerere maluisse. idque cum Principes illi tum faciebant, cum respublica christiana minus laboraret, minusque illi discriminis impenderet. nunc rebus omnibus Christianis inclinatis, et in summo periculo constitutis tanto magis conuenire ambabus manibus eandem conditionem pacis ab vtrisque amplecti.

Hiis a nobis auditis vtraque pars visa est molesto accepisse animo. Vngari tamen magis preter spem nostram grauantes, quod a priore proposito discessisse videremur. tamen cum retulissemus nos persuadere non potuisse vt Oratores Serenissimi domini regis Ferdinandi in illum modum quicquam nobis propo-

nerent: nosque hanc aliam viam iam alioqui consuetam
ingredi coactos fuisse, acceperunt ambe partes in deliberationem
ad diem perendinum. Quo simul omnes congressi in preto:
rio, et ad singula habitacula singulis deductis, perquisivimus
primum ab oratoribus Ser.mi domini regis Ferdinandi,
quid nobis super propositione nostra responderent. Iterum
multa prefati de iustitia regis sui, de utilitate communi,
existente regno Ungarie in illius M.tis potestate, et de dis:
crimine ubi adversarius illud obtineret, qui Turco esset
addictus: concluserunt demum non reiicere se conditionem
a nobis oblatam de iure et titulo per utrumque retinendo.
Pro possessione vero regni modos se reperire posse adversa:
rium contentandi. Accessimus pariter Ungaros, qui
prefatione facta de litteris, quas produxissent non ad ignominiam
Ser.mi regis Ferdinandi, sed ad innocentiam regis sui decla:
randam. quarum etsi titulus et data, aliaque non congru:
erent, signum tamen et manus ipsius regis Ferdinandi,
eas esse non confictas argueret. Subiunxerunt deinde,
quod ante quam nobis ad propositionem nostram responderent, scire
se velle, quam facultatem haberent oratores adversarii
super isto negotio pacis tractande, paratos se esse, suam
quoque ostendere. Nos misimus ad oratores Ser.mi regis
Ferdinandi, ut si placeret, mitterent nobis Mandatum suum,
quod Dominis Ungaris ostenderemus. qui illis quoque suum
essent ostensuri. Renunciarunt nobis, videri quidem sibi
sufficere, ut pars utraque Mediatoribus suis facultatem
ostendat: sibi quod satis esse testimonium ipsorum mediatorum
de facultate ipsorum adversariorum: tamen non gravari
se Mandatum suum etiam adversariis ipsis exhibere.
Quo allato, et vicissim adversariorum ad illos misso, Domini
Ungari seorsum colloquuti, et mandato perlecto, excusarunt
primum postulata sua de videndo Mandato adversariorum
non quod nobis minus fidei haberent quam ipsi adversarii, sed
quod multum interesset sua scire in tanto negotio, quo tenore
mandatum ipsum esset scriptum. In quo retulerunt se tria
comperisse: que facultatem dubiam et infirmam redderet,
primum quod Mandatum ipsum datum esset Wratislaviam

et ad diem alium. Secundum q non esset expressum, cum quo
tractare deberent Oratores super Concordia de regno Vn:
garie. Tertium q addita esset conditio tractandi iuxta
Instructionem Oratoribus datam. Nos hec ad ipsos Orres
retulimus. Qui ad primum responderunt, ideo de loco et tpe
variatum esse, q aduersarius Wratislaniam ad diem illum
quem Mtas vra cum Illmo Duce Missnensi designarat
non misisset. Ad secundum, noluisse consulto regem
ipsorum aduersarium suum exprimere, ne nominato illo
regio nomine sibi quidq detraxisset. et aliter nominato
q ille se nominaret, occasionem dedisset illius oratoribus
aduersus Mandatum dicendi vel de titulo contendendi.
Ad tertium conditionem hanc iuxta Instructionem, in man:
datis esse vsitatam. neqz quidquam facultatis minuere,
quandoquidem tam ipsi q illi nihil nisi iuxta instructionem
essent acturi. Proinde non esse causam cur aduersarij
Mandatum esse infirmum censerent. Si quid tamen adhuc
desiderari videretur, se promisuros esse, quecumqz acta et
conclusa essent per ipsos, Sermum regem Ferdinandum
aliis lris confirmaturum. Retulimus hec ordine
dominis Vngaris. qui refutatis aliis rationibus, q ire
Wratislaniam periculo Olomucensi edocti, nunquam consen:
tire potuissent, Qd exprimi oportuit cum quo esset super
concordia tractandum. Qd denique stante conditione:
: iuxta Instructionem: non plena videretur facultas, sed
Limitata. Assenserunt postremo additioni de confirma:
tione actorum, ea lege, vt nos promitteremus Sermum
regem Ferdinandum id facturum. et vbi non faceret, et
conclusa inter nos non seruaret, Mtem vram, et Illmum
do. Ducem Missnensem illi aduersarios futuros.
Cum hec rursus Oratoribus Sermi regis Ferdinandi expo:
suissemus, innixi primum supradictis rationibus respon:
derunt. Non opportere quidem, neqz dignum esse suo
Principi, nos pro illo aliquas promissiones facere. sed
si promissio fieri deberet, fieret in partem vtramqz, q

parti non servanti que acta essent per nos et conclusa,
Mtas vra cum Ill.mo Duce Saxonie, se hostes declararet.
Nos considerantes quem Labyrinthum ingressi essemus,
nolentes aliquibus promissionibus Mtem vram invol:
vere: accessimus dominos Ungaros. diximus sententia
nram, non esse causam cur adeo dubitarent in facultate
adversariorum suorum, cum haberent privatas literas
regis sui, quas illis ostendimus, quibus committit eis huc
Posnaniam proficisci, ad ea que Wratislavie adduci erat
obeunda. cum instructionem haberent signatam, et
manu regia subscriptam. cum denique offerrent se, si
opus foret, ante quam hinc discederemus, confirmationem
omnium que constitueremus a rege suo expedituros.
Rogavimus que illos, ut in hiis minutis tantam nob diffi:
cultatem non exhiberent: ne adversariis diffugia, et
nodum in Scyrpo querere viderentur, sed ut ad pro:
positam per nos condicionem pacis, tandem responderent.
Illi paululum collocuti retulerunt se, cum sententiam
nram accepissent: non recusare dimissa disputatione de
facultate adversariorum, propositioni nre respondere. ac in
primis commemoratis prioribus suis postulatis de cedendo
regno, et aliis restituendis que supra diximus, quod ea sibi
viderentur media medissima ad concordiam, concluserunt
tandem, ut cum ipsis proposuissemus condicionem de retinendo
per utrumque suo iure, et titulo, possessione que inter illos vel divi:
denda, vel compensanda, se pro compensatione offerre ad:
versario partem cum Turco, quam et optaret, et esset illi
summe necessaria. quam si sperneret, et certare cum illo
vellet, regem ipsorum transitum illi per Ungariam pariter
ut Turco prestiturum: cum que extra hanc aleam futurum.
Nos auditis utriusque partis ad propositionem nram responsis,
secessimus ad cubiculum nostrum: ut cum videremus utramque
partem adhuc in retinendo regno, et alteram contentando
herere, consilium mutuum caperemus, quo pacto ulterius
progredi deberemus. Ubi Cancellarius do. Ducis Missnen

nam ille solus suo et collegę sui nomine semper loquebatur,
pertinacissime instabat, ut rursus Ungaros accederemus, et
illos hortaremur, quo ab instituto suo, et coniunctione Turci
desisterent. Discrimen reip.ce Christiane, regno Ungarie in
manibus regis ipsorum existente considerarent. rationem
Excommunicationis Pontificie, et sue salutis haberent. et id
genus multa. Nos vero contra, postulatione prius facta,
ut que inter nos dicerentur in medium, pro conficienda recte
concordia, acciperentur in eam partem equanimiter, et ra:
tiones debite expenderentur. diximus non videri nobis
consultum hoc modo ulterius istud tractare, quod Ungari iam
declarassent nobis: ne quid de cedendo regno cogitaremus,
nedum loqueremur. Se certiores esse regnum Ungarie con:
servatum iri foedere sui regis cum Turco, quam nos certi essemus
illud per Ser.mum regem Ferdinandum defendi a Turco posse.
quod declarassent preterea excommunicationem aduersus regem
suum et ipsos latam, causa indicta, et per aduersarios ex:
tortam, non ex recto iudicio vel libera voluntate Pontificis,
ut iam eius significationem haberent, nichil sibi obesse.
quod denique ipsis non liceret a foedere Turcico, ut multotiens
testabantur discedere. neque illos ita dementes esse, ut sibi
persuadere sinerent, separationem a Thurco, nulla habita
de regni sui defensione spe certa, et presertim cum recens
olim Ser.mus rex Ludouicus tot viribus regnis, dominiis,
et necessitudinibus summorum principum fultus, ductusque
spe externorum subsidiorum, nemine auxiliante corruerit.
Addentes, nobis videri ista non coherere cum prioribus.
ut cum potissimum solliciti fuissemus ipsorum met sententia
quo pacto tutus esset Ser.mus rex Ferdinandus, et res Christiana
per hanc concordiam ab impetitione Turci, nunc accepto ab
Ungaris, quod ad eam rem haberent modos honestos et utiles,
neque dum modis ipsis auditis, pacem cum Turco respuere,
et illos ad separationem ab eo sollicitare. Subiunximus
dehinc sententiam nostram, ut Oratores Ser.mi regis Ferdi:
nandi accederemus, et que ab Ungaris accepissemus super
propositione nostra illis referremus. et demum ex ipsorum

responso, quid dehinc rursus ex ipsorum responso cum
Vngaris agendum esset consilium mutuum iniremus.
Cum in hanc sententiam omnes convenissemus. accessimus
Oratores Ser^mi domini regis Ferdinandi, et ea illis omnia
que Vngari dixerunt retulimus. postulantes ut vicissim
quid illis proponere deberemus, nobis suggererent.
Illi collocuti multa dixerunt adversus eam pacem quam
adversarii offerrent, quod certa esse non posset cum hoste illo,
qui et ipsis confederatis suis fidem non servet: ut tum scriptum
ipsis esset de immanitate illius. quam hisce diebus in Vn:
garia exercuisset in utriusque partis subditos. Regem Fer:
dinandum pacem cum hoste ipso Turco firmare non posse
propter generalem expeditionem, de qua nunc in Germania
consuleretur. Unde si ille in regno Vngarie relinqueretur
qui Turco transitum adversus Christianos preberet, impium
esset, et toti reip^ce Christiane perniciosum. proinde non posse
se quidquam nobis ad hec que attulissemus respondere, vel
aliquid aliud proponere. Cum aliquandiu verbis luctati
nil magis elicere potuissemus, convenimus Vngaros, di:
ximus eam conditionem quam offerrent in compensationem
possessionis regni, neque suscipi ab oratoribus Ser^mi regis
Ferdinandi, neque ab eis dari posse, quod ipsimet illam certam
non haberent, ut nuper esset ex Vngaria scriptum. Re:
sponderunt illi non credere se quidem ea scripta esse vera.
Tamen utcunque esset, alterum ex duobus ut Ser^mus Rex
Ferdinandus faciat necesse esse, vel credat Turco, vel
illum debellet. Ut autem debellare illum possit, se non videre modum
ullum. proinde cum alii Principes Christiani pacem et foedera
cum Turcis inire soleant, neque perfidiam ullam eorum vere:
antur, ipse quoque pacem oblatam non aspernaretur. et ra:
tionem publice utilitatis haberet. Nos rursus intulimus,
Num non posset aliquid concedi ab illis Ser^mo regi Ferd^o.
aliud ex hiis que supradiximus? Illi collocuti respon:
derunt se dicturos nobis ingenue, id quod res esset. pensi:
onem se nullam dare posse. ne Turcus qui hactenus nihil
exegit, per hanc occasionem, exigendi causam haberet

egrissimam, cum et potentior esset, et bene meritus.
De concedenda vero regni parte aliqua, nequaquam ipsis esse integrum quidquam polliceri. quod inter alias condiciones pacis et Federum, que cum Imperatore Turcorum haberet, ea esset non postrema: ne vnus sine altero concordiam cum Ser^mo rege Ferdinando iniret. Vnde cum rex ipsorum misisset ad illum pro consilio et consensu super hanc concordiam, respondisse illum, ea se lege consentire in ipsam concordiam, vt ne palmum quidem possessionis regni Vngarie aduersario suo cederet. Hiis auditis retulimus omnia ad verbum oratoribus ipsis regis Ferdinandi. Qui mox responderunt operam nostram esse hac ratione inanem. Nos quia iam aduesperascebat, vt in diem crastinum deliberarent censuimus. Sic congressus noster illius diei omnibus male animatis solutus erat:

Postridie vero, cum nos primum ad cubiculum nostrum conuenissemus, narrauit nobis inter colloquium Cancellarius dni Ducis Missnensis: multa secum dominum Laski Palatinum contulisse de hac concordia, vt confici nequaquam possit, quod neque Ser^mus Rex Ferdinandus regnum dimittere vellet, neque Rex suus posset. se vero respondisse Ill^mum Ducem suum noluisse huc mittere oratores ad ipsam concordiam tractandam nisi explorata voluntate et consensu habito ipsius Ser^mi regis Ferdinandi de cessione regni aduersario condicionibus equis vbi aliter pax confici non posset. Nos mirati ea illum dno Laski dixisse, que hactenus nobis non communicassent, respondimus nos hec gratissimo audiuisse animo, quod, si in Olomuntz concessa fuissent, et pax e vestigio confici potuisset, et tot mala que secuta sunt, non euenissent. Sed et nunc si ea ab initio huius tractationis sciuissemus, melius expeditius quam hoc negocium promouere potuisse. Excepit alter qui fuit Cracouie se aliquibus nostrum omnia hec aperuisse. Post eos sermones meliori spe concepta visum nobis fuit oratores primum Ser^mi regis Ferdinandi conuenire: et quid super hesterna nostra relatione deliberassent

deliberassent perquirere. Illi eisdem que prius longo ambitu re: censitis, de iustitia et potentia regis sui: de utilitate communi dominorum Christianorum ubi regnum Ungarie in illius potestate esset. demumque de spe certiori quam unquam alias generalis expeditionis. quod preter istud bellum Ungaricum, omnia alia bella et inimicitie Christianorum essent iam sopite. Subiunxerunt postremo, cum ex relatione nostra hesterna intellexissent, adversarium regis sui non posse per Turcum quidquam ex regno Ungarie conce: dere: hinc se conijcere illum non esse sui iuris. Et proinde non esse consentaneum neque securum dimittere illi ea loca et presidia que Rex ipsorum haberet in Ungaria, presertim que in finibus essent dominiorum illius Maiestatis, quod perinde essent in illius manibus, atque si Turcus illa possideret. postularuntque a nobis, ut ista omnia nobiscum expendentes, et quod plura exigi non possent a victis, aliquas alias conditiones et modos concordie proferremus, quam hactenus a nobis audi: vissent. Nos ad colloquium egressi, cum primum sententiam a Missnensibus, ut alias semper petiuissemus: et illi more solito dicere prius recusassent, diximus videri nobis rati: ones quidem istas, quas de incertitudine pacis que offerretur, deque generali expeditione, et aliis protulissent, ut bonas et rectas, ita cuilibet Christiano merito esse debere acceptis: simas, maxime de spe generalis expeditionis: verum con: siderarent quali apparatu opus sit, ad tantum tamque pa: ratum hostem reprimendum. et quid hactenus inter Christi: anos tot concordiis et conuentibus boni consultum vel constitutum sit ad generalem expeditionem oportunum. perpenderent hostem esse in procinctu, neque adeo iustis rationibus quam conditioni tem: poris innitterentur. et consilia sua necessitati accomodarent. ne priuatam rem publice utilitati preposuisse viderentur. et culpandi regem suum in sinistro aliquo eventu causam omnibus preberent, ubi constaret pacem oblatam illum recusasse. quam cum nos sepe facere soleamus cum Tartaris, feris verius quam hominibus, qui tamen pacta seruant preter furtiuas excursiones, dubitare illos minime debere in firmitate pacis cum Thurco sanctius fortasse, quam plerique Christianorum federa cum omnibus obseruate.

Proinde cum audissent ultimam Vngarorum sententiam de pensione vel cessione alicuius portionis regni illis integrum, non esse quidquam statuere: audissent offerri per illos pacē a Turco, sine indignitate aliqua, que toti reipce christiane sit saluberrima, et summe necessaria, animum inducerent ad amplectendas aliquas alias condiciones pacis preter reten: tionem vel divisionem regni. neque hanc comodandi rei chrianē occasionem dimitterent. qua nunc elapsa vix deinceps unquam apprehendi posset. In eum sensum cum dicendum adhuc cen: seremus, ibi noster Cancellarius Missnensis, sive collego suo cum domino Laski, sive aliqua alia ratione, longe mutatus, ab illo, collaudata sententia nra suasit, ut asperius etiam Oratores regis Ferdinandi urgeremus. illos rationibus fortio: res esse posse, Vngaros tamen potentia prevalere diceremus. In auxilio Cesaris qui iam ex Germania rebus infectis discedat, et similiter in aliis, spem nullam esse ostenderemus. extremum periculum si pax non fiat, reipce Chriane iminere. cui quid mali accideret, ipsorum regis totam apud omnes culpa omniumque maledictionem futuram. cum ex veteribus hysto: riis eos semper victos fuisse constaret, qui pacem oblatam recusarent. proinde pacem que offerretur ab Vngaris, nequaquam negligendam esse inculcaremus. Nos mirati tam subitam mutacionem, postulavimus ut ipse verba faceret, recusavit more solito. Nos igitur ad oratores regis Ferdinandi lo: quentes, data opera quasi per oblivionem que asperiora erat ab illo dicta, obmittebamus, ut ipse vel suggerere vel sup: plere cogeretur. quod, quesitus a nobis an quid obmissum esset, egregie prestitit. multis enim verbis et magna vehementia cum illis, de hys omnibus certavit. Vbi diu inter nos velitati quesissent illi tandem a nobis sentenciam nram, diximus. Si Vngaros ad redemptionem aliquam suma pecuniaria eorum bonorum que haberet Serenissimus Rex Ferdinandus in Vngaria, flectere persuasione nra possemus: cum pensionem dare recusarent, non videretur nobis indecens neque incon: sultum illis cedere, cum sepe cedere soleant vel simpliciter bonis bello acceptis causa pacis alii principes, ut olim Maximilianus Imperator in Italia, et plerique alii, quos longu

memorare
esset ennmerare. colloquuti responderunt non reiicere quid
se nostram sententiam, sed enim facultatem non haberent
consentiendi in simplicem omnium cessionem quae rex ipsoru
haberet in Vngaria, pateremur ut conditiones ipsas con:
scriptas possent ad illius Autem per veredarios referre.
Nos hec ad dominos Vngaros detulimus, quibus ordine de:
claratis, hortati sumus illos, ut cum nec pensionem, nec
portionem aliquam regni in contentationem Ser.mo regi Ferd.do
concedere possent: saltem iniretur ratio ad ea pecunia re:
dimenda, que in regno Vngarie obtineret. neque id indignu
ducerent, quod alias facere solebant redimendo arces etia
a Latrunculis interceptas nedum a regibus. Similiter
et de submissione ipsius regis Ferdinandi ad instar veterum In:
scriptionum et federum. Nam ut simpliciter omnibus cedat
indignum videri, cum victus ad plura cogi non posset.
Inculcavimus dehinc illis pariter discrimen reip.ce Christiane
et mala que secuta sunt ex hoc bello: et que in posterum
sequerentur. quorum non alius diceretur author quam Rex
ipsorum, cum paucis constarent hee rationes quibus inno:
centiam eius ipsi tueri solent. Ad hec illi gravantes
prius multum nos dixisse, de culpando ab hominibus ipsorum
rege, et quod adversarii dicerent illum sui iuris non esse, repe:
tiverunt iterum que in excusationem regis sui toties pro:
tulerant, commemorata etiam clade Ser.mi olim Lodovici
regis, quod D.na Maria regina, dominusque Thurzo testes esset,
illum adesse ipsi prelio non potuisse. Declarantes iterum
legitimam ipsius regis sui electionem, oppressionesque &
iniurias quas a Ser.mo rege Ferdinando pateretur. et quod
cum Thurco foedus accepisset non in aliud, quam in conservatione
regni Vngarie, quod ab illo, per neminem armis defendi posset.
Cui transitum etiam in Austriam si maxime voluisset,
prohibere non potuisset. Proinde quidquid mali accidisset
vel accidere posset in posterum, non illius esse culpam sed
adversarii. neque per hoc ipsum regem suum non esse sui
iuris, quod fedus habeat cum Turco hac conditione, ut unus
absque altero non ineat cum adversario concordiam, cum

id passim Chriani Principes inter se faciant. Sed neq. q
cedere non possent regno per Turcum, ideo se liberos non
esse, cum ille hac conditione sibi et ipsis proficua foedus
hoc inierit, nolens vicinum habere tam potentem, et volens
pro honore suo ad integrum regnum, illum restituere, cui
se adesse toti orbi declaravit. Acceperunt tandem propo:
sitionem nram in deliberationem. Postridie cum in pre:
torio convenissemus, quesiti a nobis quid tandem delibe:
rassent. exposuerunt quanta damna passum sit hys tem:
poribus regnum Ungarie: q procceres Ecc.ci et Seculares,
q templa et monasteria, ac in universum omnium oia
bona sint destructa et spoliata, non solum per Turcos, sed
etiam per Ser.mi regis Ferdinandi Exercitus: q interesset
reip.ce Chrianae regnum Ungarie facultatem habere, quo
communi omnium hosti resistere posset. cum quo licet pace
et fedus haberet perpetuum, tamen quia successores ad
illud servandum obligari non possent: Ungariq. Christiani
essent, qui nollent hosti se subdere, sed tueri se pro virili
sua: expediret sublevari illos magis pecunia, ut vires re:
sumere possent, q hoc reliquo quod haberent expilari.
Hec ad redemptionem pecuniariam. Ad successione vero
dixerunt Inscriptiones et federa illa priora, que de ipsa
successione fiebant, causam totam huius incendii dedisse
que si renovari deberent, idem, et peius in posterum ac
cidere posse. tamen q utrumq. id quod proposuissemus
consilio nro deferrent. petentes a nobis, ut expensis oibus
que dixerunt, id consuleremus quod utilius videretur.
et quod ipsi prestare possent. Cum hec prolata essent
ab Ungaris, narravit nobis unus nrm se premonitum esse
secretius, caveremus, si Tractatus hy non succederet, ne
culpa in Ser.mum regem Ferdinandum per nos devolveret.
Proinde accepto ab Ungaris responso, convenimus eius
Oratores, et que Ungari respondissent ordine retulimus.
consilium nos illis nullum neq. scire neq. velle dare diximus

inscia illorum voluntate, ne si quod daremus illi acceptarent, et ipsi posthanc renuerent, culpa omnis infecti negotii huius vel in nos vel in Ser.mum regem ipsorum redundaret: et illi qui proposita acceptarent essent excusati. Quare petivimus, suggererent nobis quid consulere illis de ipsa redemptione pecuniaria deberemus. Collocuti seorsum responderunt eadem que prius de certissimis regis sui iuribus: deque bonis et presidiis que in Vngaria haberet, que illi venalia non essent, et que indignum et periculosum esset adversario dimittere: perinde atque Thurco. Se potestatem non habere constituendi aliquid de regno cedendo. Sed cum audivissent ex nobis adversarios habere plenam facultatem a rege suo ad omnia, curam adhiberent apud illos de cedendo regno et contentatione recipienda super qua statuenda omnem haberent facultatem et amplissimum documentum. Nos diximus operam istam frustra futuram, cum iam illi toties testati essent sibi de cedendo regno nichil esse integrum. Illi nichilominus instabant persuadentes sibi ex verborum nostrorum venatione, Vngaros ex consilio nostro pendere, quod dixeramus de redemptione pecuniaria illos consilium nostrum quesisse. Proinde nos ne quid in nobis deesse illis videretur: accessimus tres nostrum ad ipsos Vngaros. retulimus quantum persuasum sit Oratoribus Ser.mi regis Ferdinandi, et illos omnia facere iuxta facultatem quam haberent, et nos illis omnia persuadere posse. Proinde rogavimus, ut cum Oratores adversarij facultatem non haberent de cessione regni agere, sed duntaxat de contentando adversario, et haberent ad hoc faciendum conditiones utiliores, quam illis offerrentur, vel rationem inirent nobiscum in eum modum concordiam tractandi. vel ingenue quid prestare possent vel non possent nobis aperirent. Collocuti responderunt mirari se nos sibi non credere, cum toties nobis declarassent se de cedendo regno nichil vel loqui posse. Venisse se huc magis causa regni Vngarie, quam regis sui, quo

si etiam cedere possent: quam tuendi et conservandi illius
spem haberent, se non videre, nos diximus, quod adver:
sarii de rege suo dicerent, si viribus illud tueri non pos:
set quas habet cum fratre amplissimas, eandem pacem
quam adversarius habet, illum facile obtinere posse, modo
adversarius ipse non impediret. Ad hec responderunt
Serenissimum regem Ferdinandum in regno et Sede regia
sedentem, nemine quod impediente, pacem apud Imperatore
Thurcorum quesisse, et obtinere non potuisse. Dominus
vero Palatinus Laski addidit Imbrahim Bassam sibi retu:
lisse Oratores ipsos domini regis Ferdinandi tanta cura pace
petiuisse, ut si vel tribus verbis dictum illis fuisset de Tri:
buto, illud evestigio concessuri fuissent. Sed Cesare nullo
modo voluisse ad fedus cum eo suscipiendum licet honestis:
simum consentire, quod illum in Vngaria pati non posset
cuius cum fratre potenciam haberet suspectam. Nos
rursus hec omnia Oratoribus Serenissimi regis Ferdinandi enar:
ravimus, suasimus postremo, ut cum frustra esset cum
Vngaris aliquid de regno vel cedendo vel dividendo agere,
paterentur redemptione eorum, quod Serenissimus rex ipsorum
haberet in Vngaria, secum aliquid concludi, ne rebus
infectis conventus noster, in quem omnium oculi intenti
essent, dissolveretur. occasioque hec faciende pacis cum
Thurco, toti reipublice Christiane summe necessaria elaberetur:
que posthac comprehendi non posset. ne ve in sinistro
aliquo casu et discrimine rei Christiane, culpa ab omnibus
mortalibus ipsorum regi ascriberetur. perpenderent
quod magis esset ex usu ipsius regis pace facta, et iure suo
salvo, esse in bonis suis amplissimis cum regina sorore,
tum alios dominos et adherentes, qui omnes ad omnia resti:
tuerentur, quam cum bello et maximis impensis ea que habet
in Vngaria retinere. Hiis racionibus diu multumque
cum illis etiam seorsum quisque nostrum colluctati nichil per:
suadere potuimus, respondentibus se facultatem de cedendo
nullam

habere. Diximus hec Dominis Vngaris, quibus gravi
amino protestantibus, q Rex ipsorum licet gravissimis in:
iuriis et contumeliis esset ab adversario suo affectus, misisset
huc tamen ipsos ad persuasionem M^tis v^re, Ill^mi q Ducis
Saxonie, et causa rei Christiane, per tantum locorum inter:
vallum, et cum tanto sumptu non gravatim : paratos q
fuisse ipsos ad omnes equas, et quas prestare possent con:
ditiones pacis amplectendas. Nunc cum adversarij quasi
in collusionem huc venissent absq vlla facultate negotij
transigendi, scientes dudum de cedendo regno, quod exigerent,
nichil ipsos prestare posse. quidquid hinc mali sequetur
non ipsorum regis culpam, sed adversarii futuram.
Quesivimus num non posset hoc negotium per aliquod breve
tempus suspendi. intra quod certior fieri posset Ser^mus Rex
Ferdinandus de hiis que illi offerrentur, que ipsius oratores
vti se obtulerant hic prius inter nos condicta et conscripta ad
illum mitterent, vt si suscipere ea vellet, nec ne, M^ti v^re vel
per l'ras vel per nuncium declararet; licet egre, tamen et hoc
in deliberationem acceperunt. Sic illo die fuit inter nos dis:
cessum, spe tota ammissa, quam pridie ex tractatibus de pen:
sione seu redemptione pecuniaria mutuo consilio cum d^nibus
Missnensibus et partibus non reluctantibus conceperamus

Convenimus postridie in loco solito cum dominis Vngaris,
quesivimus, quid super negotii suspensione deliberassent,
responderunt grave idquidem et indignum sibi videri, sed
non minus periculosum, q Thurcus velit quamprimum de successu
huius concordie certior fieri, vt quid de expeditione sua sta:
tuere deberet, tempori sciret, tamen vt calamitas rei Chri^ane
quam viderent impendere, averti possit, et quo id fieret, in
ipsis nichil defuisse omnibus constaret: non gravari se adhuc
mensem vnum expectare, modo scirent se non colludi. intra
quod tempus admoneretur Rex Ferdinandus, ipsos non posse
regno cedere nec in parte nec in toto. offerre tamen illi pro
cessione pacem Turcicam. ac alia que prestare possent non
recusare. proinde si amplecti velit, mitteret ampliorem

facultatem Et instructionem suis oratoribus, vel alios, si
hiis non fideret, delegaret. Nam ut condiciones omnes,
quas offerrent, speciatim descriptas mittere illi, et sua secreta
prodere deberent, nichil certi habentes quid vicissim ora:
tores adversarij offerrent, et quibus modis eorum quoque
impensas, damna, iniurias, contumelias, et excomunicatiões
sartire vellent: sibi nequaq̃ iustum consultũ q̃ȝ videri.
Nos respondimus, adversarios tam amplam habere facul:
tatem, et instructionem, q̃ ipsos, cum et illi testatum fecisset,
se preter cessionem regni, in totum alia omnia tractare et
exequi posse. Regem Ferdinandum, ut ex õribus eius in:
telligeremus, non declaraturum mentem suam de cedendo reg°
nisi condiciones quibus id faceret, ei proponerentur, et quid
certi sibi de pace Turcica promittere posset, cõpertum haberet.
Alioqui ista omnia super quibus tractari posthac deberet,
opus foret semper ad illum referre, cum hij vel alii oratores
quacumque facultate fulti, nil haud dubie statuerent, nisi quod
ab illo in documentis haberent. proinde videri nobis ad
certitudinem et compendium magis expedire, ut cum ad alia
preter cessionem regni, haberet utraque pars et facultatem et
documentum sufficiens, que posthac de compensatione Ser^mo^
regi Ferdinando, tractari deberent, ea nunc tractarentur.
nempe de titulo et successione ad ipsum regnum, de redem:
tione pecuniaria eorum que illic haberet, De Slesia, Mo:
ravia, et Lusatia: De restitutione bonorum regine Marie
et aliorum et adherentium: et de pace Turcica. que,
uti conveniret inter nos ad ipsum regem Ferdinand. mitteretur.
ut citra moram susciperet ea, necne, M^ti^ vr̃e declararet.
Illi nichilominus reluctantes, et suis racionibus diu nobiscum
contendentes, presertim de pace Turcica, vitantes rõnes
& modos eius tam facile prodere, et illa, suas comoditates
quasi licitari maxime per scripturas, ne Turcus id resciens
pro ignominia sua duceret, haberi se apud Vngaros pro cane
venatico, qui ad venatoris arbitrium emitti et retineri solet.
Tandem persuasi a nobis, q̃ eadem tamen illos posthac

si tractanda essent, proponere et aperire oporteret. et nihilo[minus]
in potestate esset adversariorum illa suscipere vel refutare.
q[uod] [quod] ubi palam constaret propositam pacem et alias condi:
tiones adversarium reiecisse, omnis culpa infecte concordie
et calamitatis que hinc contingeret, in illum recideret: con:
senserunt ad tractandum de conditionibus, que Ser[enissi]mo regi
Ferdinando proponerentur. Advocavimus demum parte[m]
adversam, eadem[que] cum illis egimus. qui licet eam suspensio[nem]
et relationem conditionum in suum dominum aucupari vide:
bantur: deliberare se tamen velle super hiis responderunt,
non alia causa quod secreto didicimus, quam ut interim vere:
darius super neg[oti]o affinitatis missus accurreret, per quem
ampliorem instructionem etiam super concordia habituros se
sperabant. nam interea dum deliberarent: suggerebant aliq[ui]b[us]
nostrum, partim ut Collegam ipsorum qui adventaret, partim
veredarium quem in horas expectarent prestolaremur. qui prius
quam alteruter veniret, nil nobis certi respondere possent. Nos
duorum dierum inani expectatione pertesi, convenimus in pre:
torium, ut quid amplius faciendum sit invicem consuleremus.
quo d[omi]ni etiam Ungari premisso nuncio, qui alloqui nos cuperet,
veniunt. repetunt eadem que prius de legitima electione
regis sui, de[que] studio conservandi regni ungarie, reip[ubli]ce Chr[ist]iane
cuius rei tametsi sufficeret illi sua conscientia, fuerit[que] gra:
vissimis iniuriis ab adversario lacessitus: tamen misisse huc
ipsos iuxta doctrinam apostoli, ut haberet de ipsis testimoniu[m]
eorum qui foris sunt, paratos se fuisse ad omnes equas et hone:
stas conditiones amplectendas: paratos etiam ad duorum vel
Trium mensium expectationem, modo viderent aliquid serio
agi, neq[ue] se colludi, Tametsi integrum ipsis non esset pro pace
Turcica, ab hac presertim expeditione, quam Imperator molitur
lapso uno mense, polliceri. Tamen in posterum expeditione
hac absoluta, de ipsa pace providerent: Cum vero adversarij
nil nisi moras necterent, et nil certi vel proponerent vel acce:
ptarent, suo vero regi opus esse quam primum Imperatori Turcorum
significare, quid sit actum de Concordia, ut et ipse tempori

quid de expeditione sua, ad quam ab Armenio usque
gentes duceret statuere posset: testatum nobis esset, nichil
per ipsos stare quo minus pax fiat. neque sui regis culpam
futuram si quid resp.ca Christiana detrimenti acciperet.
Nos collocuti respondimus hec molesto nos animo audivisse,
et relaturos adversariis omnia, ut quę tandem esset ipsorum
sententia certiores essemus. quibus advocatis, et expositis
per nos omnibus que Dni Ungari moleste ferrent, et quę
nos quoque miraremur, illos tamdiu nichil nobis respondere
ad ea, que prius petentes dehinc in deliberationem sumpsissent,
rogantes illos, ut considerata iactura temporis, et quantum
sit in mora periculi, nobis tandem quid ulterius agendum
esset aperirent. Illi, nil aliud nisi que prius respondentes,
de iure regis sui, suaque potestate, postularunt, ut diligentius
quam considerarent, iustitiam ipsius regis sui expenderemus. diximus
eadem nos audire ab Ungaris dum ad media amplectenda
oportuna magis quam grata suademus. neque nos adeo rationes
expendere oportere, quam necessitatem et conditionem temporis,
quam spectare sapientis esse, docet vetus adagium. repeti:
vimus supradictas rationes ad concordiam conducentes, et
quod aliter in hoc rerum statu vel ipsi Mti vre Dno nostro
consulere et suadere non possemus. rogavimus, ut, cum fa:
cultatem non haberent consentiendi ad ea que dni Ungari
offerrent, tractarent saltem nobiscum de hiis ipsis conscribendis
et ad Ser.um regem ipsorum mittendis. negarunt id quoque se
audere facere. Verum rogare nos, ut cum audissent ex nobis
considerare nos iustitiam regis sui, et illum in Ungaria
magis esse ex usu totius Christianitatis, quam adversarium, recorda:
remur eius sententię nrę. cumque adversarij protestati essent
per se nihil stetisse quo minus pax facta esset, se quoque pro:
testari, non defuisse paci regem suum. et inter se omnia
ęqua et honesta complecti voluisse. Nos respondimus
dictum quidem a nobis esse, nos considerare satis rationes
partis utriusque, et uter esset in regno Ungarię magis ex re

Christiana intelligere, verum cum non essemus iudices, nichil nos pronunciare voluisse, tantum admonere, ut ad ineundam concordiam magis necessitas et tempus, quam iura et raciones attenderentur. cum vero utraque pars non posset ab extremis ad media aliqua per nos induci, rogavimus illos, testatum quoque habere vellent studium Maiestatis vestre ad comodandum in hoc negocio Serenissimo ipsorum regi, et reipublice Christiane: necnon et operam nostram, quam ad eam concor:diam integerrimo animo, quantum maxime potuimus ex comodo & dignitate illius Maiestatis adhibuimus. que, cum sive nostra infelicitate, seu vero maligno aliquo totius rei Christiane fato, succedere non potuerit, nichil quoque amplius restaret nobis, nisi rebus infectis abeundum, missis ipsorum regi condicionibus, que a dominis Vngaris offerrentur. haberent ipsam opera et diligentiam nostram apud illius Maiestatem comendatam.

Quesiverunt num non prestolaturi essemus veredarium super affinitate missum? respondimus, cum ipsum in duodecim diebus venturum polliciti essent, et iam illum circiter mense expectavissemus, et conventus, aliaque negocia reipublice insta:rent, rem vero hanc moram pati posse, cum utrique principes sint adhuc pueri, posseque Serenissimum Dominum regem Ferdinandum alias quandocunque liberet eius Maiestati hoc negocium concludere. non videri nobis ulterius expectandum esse.

Hiis a nobis auditis, suggesserunt aliquibus nostrum secretius, ut si hoc dominis Vngaris persuaderi non posset, quo teneret Rex ipsorum cum posteris suis, ea que habet in Vngaria perpetuo, teneret illa saltem ad vitam, qua cessante, redemptio illorum esse posset. Convenimus iterum dominos Vngaros: et ut nil aliud per nos effici potuerit, quam ut condiciones quas offerrent, Serenissimo regi Ferdinando mittamus exposuimus. rogavimusque, animum inducerent ad eas ipsas condiciones et media, que prestare possent conscribenda, et ea nobis danda, inter quas concederent, ut Serenissimus Rex Ferdinandus teneret ea ad mortem suam, que habet in Vngaria. et post mortem demum esset

illorum redemptio, si successio non procederet, fore ut ab illius M.te facilius susciperentur. Collocuti responderunt se totius huius actionis sue hoc unum nobis pro fundamento ponere, q. ut rex ipsorum foedus iniit cum Imperatore Turcorum causa regni Ungarie conservandi: ita nihil tractare, nil concludere vellent, quo fedus ipsum infrin: gere et violare possent. Quandoquidem intelligerent sibi magis esse necessariam ad sui regni salutem, pacem et amicitiam ipsius Cesaris Turcorum, quam hanc Ferdinandi regis concordiam. qui ad resistendum illi, et regnum conservandum non sufficeret; Proinde ut teneret ea que habet in Ungaria donec viveret, cum esset adversus Foedera Turcica, se nequaquam concedere posse. De aliis vero conditionibus et mediis, ut nos, que nobis viderentur, equa et honesta, conscriberemus: eisque proponeremus, se ad omnia que prestare possent accessuros. Reluctati sumus diu superioribus rationibus: quibus non videbatur nobis propter utriusque partis offensionem, et suspiciones sinistras. conditiones ex nobis proponere. tamen cum instarent hoc nostri esse officii, et se omnia boni consulturos pollicerentur: conscripsimus mutuo consilio cum Oratoribus Missnensibus eas conditiones et media, que per Ser.mum regem Ferdinandum ut sperabamus, et uti etiam ex Tractatibus cum eius M.tis oratoribus conijci: ebamus, susciperentur. Ac in primis, ut Ser.mus Rex Joannes cum ob rationes supradictas regno cedere non posset nec in parte nec in toto: ne Ser.mus Rex Ferdinandus ex cessione eorum que habet in Ungaria, exponeret hosti dominia sua, provide: ret illi de pace Turcica certa et honesta, hijs modis et con: ditionibus, quibus illam alij Christiani Principes inire solent. Deinde ne Jus ipsius Ser.mi regis Ferdinandi quod habet ad regnum Ungarie evanesceret, renovarentur antiqua federa et obligationes inter reges Ungarie et Domum Austrie, pre: sertim inter Fridericum Imperatorem et Regem Mathiam olim de successione regni facte. et omnia in eum modum confirmarentur.

Ad quarum maiorem certitudinem teneret Sermus Rex
Ferdinandus que tenet in Vngaria ad terminos vite Sermi
regis Joannis, et illa, successione non secuta, post eius vitis
obitum redimentur per dominos Vngaros ducentis millibus
aureorum. Alioqui si hec possessio concedi non posset,
ne Sermus Rex Ferdinandus simpliciter omnibus cedere
coactus videretur, redimerentur ea quingentis aureorum
millibus. Ceterum Slesia, Moravia, et Lusatia, quia litere
obligationis earum non extarent, et domini Bohemi, ad quos
pertinent, persuasum haberent satisfactum a se per conditionem
accepti ex Vngaria regis, huic obligationi, manerent ut
sunt apud Sermum regem Ferdinandum. Preterea quod
iustum esset, et in concordiis usitatum, ut Serma regina
Maria, et alii omnes adverse parti adherentes, ad omnia
sua restituerentur. Postremo damna, iniurie, et contumelie,
quoniam utrimque essent illate, utrimque etiam compensa-
rentur et abolerentur. Cum hec eo modo scripta
dominis Vngaris misissemus, renunciarunt nobis se super
hiis deliberare velle. perendie vero illius diei nobiscum
congressi, prefatique que prius de observandis Turcicis fede-
ribus, responderunt ad primum super pace cum Imperatore
Turcorum, se ita ut scriptum esset a nobis prestaturos.
De successione vero Sermi regis Ferdinandi, licet illa fe-
dera regnum Vngarie cum domo Austrie causam omnium
huius incendii, et multorum aliorum malorum dedissent:
statuissetque Rex ipsorum una cum regnicolis omnibus, hanc
in posterum causam precidere: id quod nunc commodius fieri posse,
cum tam potentem habeat amicum et auxiliatorem, tamen
ob pacem et bonum publicum quod plus attenderet, quam
privatum suum, aut regni sui commodum, dixerunt se ipsius
regis sui nomine consentire, ut Jura et federa omnia que
Sermo regi Ferdinando ad regnum Vngarie competerent,
et quibus inniteretur, illi salva et integra permanerent, neque

illis quidquam per hanc concordiam derogaretur.
Quesiuimus de confirmatione, que nobis necessaria videretur, responderunt ea non esse opus, cum iam rex esset coronatus, qui horum federum sit effectus. tamen cum aliquandiu super hoc disputaremus, consenserunt ad extremum, ut ipse articulus sic maneret ut a nobis esset positus. quod et Rex ipsorum confirmaturus esset, et apud regnicolas ut illi quoque confirmarent curaturus. De possessione vero eorum, que Ser.mus Rex Ferdinandus tenet in Vngaria simpliciter responderunt se nichil concedere posse. sed et redimere illa quare deberent, se nullam videre causam. cum ipse Ser.mus Rex Ferdinandus vltro bellum eis et plurima damna intulisset. nichilque preter Arcem Trenczinensem vi et armis adeptus esset. Preterea ut prius dixerant esse ex re christiana regnum Vngarie non solum non expilari, sed etiam ab omnibus, ut omnium propugnaculum adiuuari, nunc presertim, cum ex utraque parte sit nimium afflictum, omnique facultate exutum: nichilominus cum diu a nobis vrgerentur, quid super hoc articulo prestare possent, responderunt se egre quidem, tamen ad ratas competentes soluere velle Centum millia flor. nomine Dotis Ser.me domine regine Marie. nam aliter pretexere non possent, quod et a Turco has arces et terras quas gratis restituere ipsis pollicitus sit, redimere similiter cogerentur.
De Slesia vero Morauia et Lusacia responderunt, per hoc quod licet per proditionem sublate sunt, ius regni Vngarie non defecisse, neque esse ullam iustam causam, quare hoc tantum debiti relinquere deberent. Verum cum ageremus de restitutione Ser.me Marie regine ad Bona sua, licet iuste illa obtinere non posset, quod et magnam causam huius belli dederit, et fouerit milites aduersus regnum, Tesauris Ecclesiarum ipsius regni post cladem Mohacensem Posonium congestis: tamen si arces a Ser.mo rege Ferdinando quas habet dimittantur: dimissuros se esse de summa principali

quam haberent in Slesia et Moravia, ratione satisfactionis ipsi Dnę reginę pro Bonis eius, quantum iustum et honestum videretur. Vt autem et alii qui Ser.^mo regi Ferdinando adheserunt, restitui ad omnia deberent, dixerunt non videri quidem sibi id merito fieri debere: tamen concedere se, vt ad ea restituerentur, quę ante hoc bellum habuerunt. Sed vt vicissim et captiui Vngari a Ser.^mo rege Ferdinando dimitterentur, et illi qui ex Dominiis eius sati, ipsorum regi adheserunt similiter restituerentur. Addiderunt etiam vt pro Jayce, et aliis arcibus per Ser.^mum regem Ferdinandum amissis, restituerentur Arces tempore Friderici Imperatoris avulse. Et Comissarij ad limitandos terminos inter regnum Vngarię et Dominia ipsius Ser.^mi regis Ferdinandi mitterentur, vt nulla concordię impedimenta restarent in posterum. Damna vero iniurię, et contumelię, quare vtrinque compensari deberet, responderunt nullam esse causam: cum ipsi Ser.^mo regi Ferdinando nullas intulissent, accepissent vero ab eo plurimas, quare vt vel causam ipsam, vel quas iniurias intulissent, ipsis diceremus. Nos respondimus eos articulos a nobis ita scriptos, vt ex hiis tractatibus colligebamus, concordiam facilius confici posse, non vt sententiam nram super hiis promunciaremus, cum nostrum non esset, neque nobis concessum super tanta controversia quidquam determinare. proinde relaturos nos esse adversarijs que ab ipsis accepissemus: acturos que et ita quemadmodum dixerunt, ab illis susciperentur. Postridie congressi cum Oratoribus Ser.^mi regis Ferdinandi, retulimus eis ordine que cum dominis Vngaris egerimus. vt, cum sive nostra, sive totius reip.^ce Christianę infelicitate factum esset, quod nichil aliud per tantum tempus effici a nobis potuisset, quam vt articuli conditionum pacis, quas adversa pars offerret, ad ipsum Ser.^mum regem Ferdinandum mitterentur: et polliciti eis essemus expectare quartum

ipsorum Collegam, quem in horas venturum dicebant, ad diem Dominicum, ne interea tempus frustra tere:
remus, voluisse nos quanto plura ex dominis Ungaris emungere: quo condiciones ipse offerende Ser^mo regi
Ferdinando esse possent acceptiores. Proinde cum iam accepissent ultimum conatum nrm, et ultimam dnorum
Ungarorum que prestare possent sententiam: dicerent nobis prius quam abiremus, si quid censerent nos amplius
agendum, quod omnem operam et diligentiam essemus ad:
hibituri. Colluti, duo postularunt, primum, ut articulos eos quos ab Ungaris accepissemus, illis scriptos
traderemus, quod communicato consilio cum Collega suo qui adventaret, vellent ipsis articulis respondere.
Deinde ut Collegam ipsum adhuc expectaremus. ad:
dentes quod intelligerent, neque Ser^mum regem Ferdinand articulos suscepturum. neque se ut id faceret consulturos.
Nos mirati quod ea de quibus prius se nichil tractaturos dixissent, rursus et scripta exigerent, et se contra dic:
turos offerrent: respondimus cum intellexissent ex nobis ultimam Ungarorum sententiam et voluntatem,
intellexissent expectare quidem illos diutius velle, sed polliceri de pace quo ad expeditionem huius anni, se ultra
Mensem, nichil polliceri posse, et inanem esse opera quidque amplius cum illis tractare, et in mittendis condi:
tionibus Ser^mo regi Ferdinando quas offerrent, summum esse in mora periculum. ne si forte condiciones ipsas
eius M^tas acceptare pro bono publico, et temporis ne:
cessitate non recusaret, quemadmodum Maiores sui in minori necessitate leviores etiam non recusabant, non
sufficeret illi tempus ad voluntatem M^ti vre declaranda et expeditionem Turcicam sistendam. Unde hac mora
nostra non solum illius utrique frustraremur, sed uni:
verse etiam reip^ce plurimum incommodaremus. tamen Expectaturos nos adhuc triduum ut prius optabant,

nullam nobis moram esse molestam, si quid aliud bone spei ex ipsis de concordia sentiremus: aut non metueremus nra negligen〈tia〉 hoc reliquum spei de suscipiendis tempori a Ser〈enissi〉mo rege ipsorum condicionibus amittere. responderunt ut id arbitrii nri esset.

Postridie convenimus, ut quid agendum esset ulterius consuleremus, cum neque causam expectationis, neque spem ullam in mora videremus. Petiti sententiam Oratores Misnenses dixerunt: se quoque nec causam, nec spem ulla in mora videre, tamen se neque primos ad discedendum, neque causam dissoluendi huius Conventus esse velle. Nos idem respondentes advocavimus d〈omi〉nos Ungaros: diximus nos declaraturos eis ingenue, quo in cardine tractatio nra versaretur. et quid ex adversariis intelligeremus, ne queri postha〈c〉 de nobis possent: se verbis inanibus ductos et collusos esse. retulimus ut ipsi aduersarij articulos condicionum, quas eis offerrent: et de quibus prius ne loqui quidem volebant, nunc postularent. Super quibus cum collega qui adventaret consulere et respondere nobis statuissent, optantes ut collegam ipsum prestolaremur. Ut quesiti a nobis quando venturus: aut quid plus facultatis, q〈uam〉 ipsi, esset habiturus, responderint se utrumque nescire: proinde dicerent nobis suam sententiam, num expectandum censerent: et num articuli iuxta ipsorum responsum confecti iam illis dandi essent. tamen adderent adhuc si quid possent: maxime de augenda su〈m〉ma redimendarum arcium, ut facilius susciperentur: nos ad omnia paratos esse, que facienda putarent. Consulti mutuo, primum advocatis Notariis publicis, eam quam prius protestationem fecerunt: se nil acturos aduersus foedera Turcica, paratos fuisse ad om〈n〉ia aequa et honesta suscipienda, per se quo minus pax etiam cum Turco fieret, omnibus eam habere volentibus, nichil stetisse. causam expectacionis nullam videre. se ad Ma〈iesta〉tem vram ad quam missi essent ituros. et illius arbitrio et cognicioni, si et expectandum

adhuc esset, et ad summam oblatam aliquid addendu
permissuros. Nos ad colloquium egressi, dum ali-
quandiu inter nos diversi et perplexi fuissemus, quo m[od]o
hanc molestiam a M[aies]t[at]e v[est]ra averteremus: et num adhuc
cum Ungaris aliquid aliud agere, vel adversarijs, quae
egimus, referre praestaret: miarit Cancellarius Missuru
ageremus adhuc cum Ungaris, an super hoc uno arti-
culo, si per Ser[enissi]mum regem Ferdinandum cessio possessionis
regni fieri deberet, in parte vel in toto, rem suspendere,
et iudicium alicuius subire vellent. quandoquidem hic
esset totius rei scopus nodus. quo dissoluto nulla restaret
difficultas. quaesivimus quo modo id fieri posset per
Pacta Turcica quae Ungari allegarent: aut quis hac in
re iudicem agere vellet. respondit ut ipsi Turcorum
Imperatori iudicium deferretur. nos quod hoc indignum
et perniciosum esset multis argumentis ostendimus. Ille
nichilominus perstabat in sententia citans nonnulla exempla
vetera, nescimus sua ne ratione, an instinctu aliquo.
Nichil enim in hoc bello quantum videmus, vel honestas
vel publicum bonum attenditur. modo ut privatae rei
quoquo modo sit consultum, et favor quo alter nititur
ab altero ubique praecipiatur. tamen et hanc sententiam
cum obtulissent, et obviis manibus accepturi fuissent,
posthac repudiavit. Convenimus tandem in hanc
sententiam, cum Ungaris adhuc agendum, quo ampu-
tatis istis suspensionibus, quae nil nisi maiores in posterum
difficultates parerent: dicerent quae ad summum praestare
possent, ut nuntijs tandem ad Ser[enissi]mum regem Ferdinand[um]
articulis scire possent tempori, quae de pace vel bello
ipsis scito esset opus. ut quos articulos ad suam sententiam
conficerent. Cum hoc egimus, illi primum veluti
quod periculum esset eiusmodi quidquam nobis scriptum tradere,
ut adversario mitteretur. tandem persuasi a nobis

q[uod] n[ost]ro nomine missuri essemus, receperunt se postulatis v[est]ris satisfacturos. Postridie qui fuit Dominic[us] Oratores Ser[enissi]mi regis Ferdinandi, significarunt nobis primum, collegam suum quem expectabant per egritudinem venire non posse. mitteremus eis articulos. se nolle nos amplius morari. Deh[inc] vesperi nunciarunt veredarium ex Augusta rediisse. omnia ad conficiendam affinitatem necessaria, spes q[ue] amplissimas de successu negotiorum illius Conventus attulisse.
Convenimus crastino mane consulturi seorsum, quid super affinitate, concordia non secuta statuere debere[mus] cum res plena periculi videretur ob suspitionem Turci et Joannis regis, pertracti hoc novo vinculo in adversam partem M[aiesta]tis v[est]re quia, utrumq[ue] illa in foederibus et neutrali suo instituto persisteret. nequaquam vitari poss[et].
Venerunt demum Oratores Ser[enissi]mi regis Ferdinandi, excusarunt q[uod] primum tardum veredarij reditum, et collegae quem expectassent egritudinem, per quam venire non posset. Retulerunt deinde allata sibi omnia ad conficiendam affinitatem necessaria. postremo retulerunt super articulos conditionum a dominis Ungaris oblatos, diffuse: quare in pace in Pace Turcica diffiderent. successionis iuri prius violato non crederent. ut de Slesia et Morauia nichil ad illos pertineret. et ad reliqua respondere indignum esset. denique q[uam] perniciosum sit adversarium dependentem a Turco, esse in Ungaria Christianorum porta. q[uam] temerarie regnum sibi usurparet. que mala, occasione ipsius, iam commissa sint. pro quibus licet ille nullum favorem mereretur, si tamen regno cedat: daturum ei Ser[enissi]mum rege[m] Ferdinand[um] eandem summam pro possessione, quam ille offerret.
Nos collocuti, licet aliquantum diversi fuerimus: an D[omi]nis Ungaris hee rationes ad verbum referri, et conditiones descripte offerri deberent, sicuti illorum obtulimus, necne, q[uia] videremur lavare laterem, et tractatus denuo retexere

tamen ne putarent illi non perinde nos estimare rationes et conditiones ipsorum, atque adverse partis, respondimus nos omnia que dixissent in excusationem more, in eam partem accepisse, et boni consulere.

De affinitate quamvis scriptum esset a nobis Mti vestre desperare nos ob tantam moram quidquam concludi posse, et nichil nos adhuc responsi accepisse: tamen audituros nos libenter que super hoc negotio tractare vellent.

De rationibus vero adversus articulos et conditiones adversariorum, diximus nos ista quidem illis omnia prius retulisse: et de conditionibus si regno cederent melioribus quam ipsi offerrent, spem dedisse: sed frustra. tamen darent Scripta hec que dixerunt, ut illis pariter offerremus, fieri posse, ut illa citius quam verba persuaderent. quod se facturos obtulerunt. tamen ut interim negotium affinitatis tractaretur monuerunt. Convenimus die crastino, ut interim quam responsum ad articulos Ungarorum scriberetur de affinitate tractaremus. Ubi prius quam Oratores Serenissimi regis Ferdinandi venissent, Oratores Misnenses ut huius negotii mediatores, retulerunt nobis illorum nomine quemadmodum ex verbis nostris, quibus diximus nos Mti vestre scripsisse, negotium hoc in presens confici non posse. et nullum nos adhuc responsum habere, nonnichil dubitarent, utrum concludi posset negotium nec ne: alioqui prestaret illud suspendere, quam imperfectum relinquere, causa afferentes, missi pro Instructione veredarii. quod negotium hoc actum fuerit inter medias personas tantum. et nil adhuc ex Mte vestra de ipsius voluntate ut decet Serenissimus Rex Ferdinandus cognovisset. Nos diu perplexi, utrum per hanc occasionem suspendere negotium, ut aliquibus nostrum placuit: vel tractatum hunc ingredi: et occasiones alias aptiores venari magis conduceret. Tandem post multa hinc atque hinc dicta, respondimus negotium ipsum

fuisse prius per Secretas personas vtrimque, dehinc per insignem oratorem Mtis Vrae Pragae actum, postremo per Illmum principem ipsorum conductum esse, et Conventum hunc ad conclusionem eius ex vtriusque partis consensu institutum fuisse. vt et ipsi, et oratores Sermi regis Ferdinandi testabantur, se hunc non alia causa venisse. proinde mirari nos ea que dicerent de ignorantia voluntatis Mtis Vrae: et quod absque facultate et instructione oportuna huc venissent. Tractare nos quidem negotium ipsum affinitatis paratos esse, tamen cum illud prius coeptum, et ipsorum causa suspensum, aliud aggressi simus, quia dignitate et vtilitate etiam, vbi id aduersarii persentiscerent, hoc intermittere, et illud rursus tractare deberemus, nobis sententiam suam aperirent. responderunt id commode fieri posse, modo secreto, prius quam responsum ad articulos Vngarorum conficiatur. Vocatis itaque oratoribus Sermi regis Ferdinandi, secessimus in aliud habitaculum, vt oratores Missnenses inter nos commodius tractare possent: qui collocuti cum oratoribus Sermi Regis Ferdinandi hec nobis attulerunt. consentire ipsos oratores ad firmandos tractatus huius negotii modis oportunis, et poena que nobis videretur. Modum contrahendi Sponsalia per verba de futuro, esse duplicem: alterum per oratores, alterum per parentes. per vtros fieret, arbitrio nostro illos permittere. Dotem offerri Centum millia Renensium que tamen in eventu mortis Sponse absque liberis, vna cum Jocalibus restitueretur. ostenderemus que dotis et donationis propter nuptias futura esset inscriptio, et que dona post primam nuptiarum noctem dari sponse soleant. Et quomodo dispensatio a Summo pontifice impetranda. De reciproco matrimonio non posse ipsos in presens quidquam concludere propter disparem etatem vtriusque principis. tamen vt nota fieret, vbi imposterum visum esset Sermo regi Ferdinando

aliquam ex natis Mtis Vrę filio suo despondere, fieret dotis compensatio. Nos mutuo capto consilio, respondimus breuibus de pena firmandi Contractus, tantum Summam quanta dos esset nobis videri. Sponsalia per Oratores fieri, relicto arbitrio Mtum vestrarum, si ipse illas contrahere nomine liberorum suorum mallent. De dotis vero quantitate, nil nos quidem exigere vel prescribere, quod non causa dotis, sed causa maioris beneuolentie Mtum vrarum, et vtilitatis communium regnorum hec affinitas a Mte vra susciperetur. tamen Dotem consuetam fuisse Reginarum Polonie Centum milia aureorum Vngaricalium: et secundum eam summam, Bona esse dotalia designanda que minui oporteret, vbi Summa dotis esset minor. paratos nos Bona, vbi dos, et donatio propter nuptias inscribi debet ostendere. Dona vero post primam noctem esse quidem et hic solitum dari a Sponso, sed iuxta ipsius arbitrium, neque vllis contractibus ea prescribi consuetum esse. Dispensationem autem Pontificis ab vtraque parte communi opera impetrari debere. Hijs a nobis acceptis Ores Missnen colloquuti cum illis paucis ad nos redierunt, nullam restare difficultatem in hac re, preter paruam de restitutione dotis retulerunt: proinde vt articuli conscriberentur in diem crastinum. nullam futuram in concludendo negocio moram. Nos conscriptis articulis in eum modum vt concessimus, videntes ab Oribus Sermi regis Ferdinandi nil difficultatis ingeri vnde, concordia non secuta, possemus occasionem arripere suspendendi negocii, vt in secunda instructione nobis Mtas vra curandum mandauit, sed properare et gestire illos in ea concludenda, et concordiam negligere: metuentes ne quid de auxilio Mtis Vrę in opinionem hominum mitterent, nulla nobiscum de industria mentione facta, ne negando notam eius rei aliquam faceremus, consultius duximus illos hac in re preuenire, cum clara parta claros

faciant amicos, proinde in fine adiecimus articulum, vt cum hec affinitas tractaretur causa maioris beneuolentie et vtilitatis communium regnorum Mtum vestrarum, deberent se mutuo amore tenacius complecti, et sibi inuicem pro virili sua non deesse, saluis tamen promissionibus pactis, et federibus cum aliis Principibus initis, et neutralitate super bello Vngarico toti orbi declarata, vt hac exceptione vel illi suspendendi negocii iniicerent, si propter auxilium hanc affinitatem tractabant: vel nos nunc omnem illis occasionem precideremus Mtem vram in posterum pro subsidiis, et aliis affinitatis officiis, que prestare non posset, molestandi vel culpandi. Postridie vero congressi cum Oratoribus Missnensibus: articulos eis perlegimus. ad quorum vltimum illos vultus mutasse considerauimus, licet nichil dixissent. Misimus dehinc ad Vngaros, excusatum moram nram, ne quid sinistri suspicarentur Oratores Sermi regis Ferdinandi rescribere ad ipsorum articulos et condiciones significauimus, vt ipsis quoque exhiberemus. renunciari nobis fecerunt, se non ea ratione suos articulos dedisse, vt illis responderetur, sed vt ad Sermum regem Ferdinandum, quemadmodum inter nos conuenerat mitterentur. Proinde laborem et moram hanc esse inanem, se responsionem ipsam ne videre quidem velle. Aduocauimus Oratores Sermi regis Ferdinandi. que Vngari nobis significassent exposuimus. responderunt se iuxta sententiam nram rationes suas conscribere. nobis tradere velle. legerent illas Vngari nec ne. se nichil morari. Nos commemorata causa qua id suasimus: ne putarent aliquid a nob rationum pretermitti, quibus Vngari ad cessionem regni induci posse viderentur, putantes illos rem paucis absoluturos. rogauimus missum facerent inanem hunc laborem. cum res iam non disputationem sed conclusionem exigeret. Illi nichilominus vt ad diem Crastinum expectaremus institerunt; volentes interim articulos affinitatis quos confecissemus expendere, et huic negocio extremam manum imponere. quare cum ad aliud habitaculum egressi essemus

Et illi diu multumqz articulos nros versassent: puncti
vt videbatur arulco quod in cauda fuit de neutralitate
accesserunt nos sine oratoribus Missuensibus, et michel
ad articulos respondentes: salutem nobis a Ser^mo rege
suo, et lras obtulerunt. postulantes a nobis eius M^tis
nomine, vt dominum de Pernstein, et quosdam alios,
quos eis in collegas designasset expectaremus. q in ne:
gotiis tanti momenti concludendis, illis opus esset. michel
interim dicere scientes quando essent venturi. Nos
colloenti, gratias in primis egimus illius M^ti pro ea
gr^a et benig^te, quam nobis per illos et lras suas decla:
rasset, qua integritate et diligen^a negotia hec curassemq
vt ex commodo et dignitate illius M^tis successissent osten:
dimus. neqz quidquam illi ex nobis defuturum vnquo
polliciti sumus. verum quod ad eam expectationem atti:
neret, cum iam Vngarorum extremam haberemus sen:
tentiam, illos amplius neqz velle neqz posse quidquam
prestare: sed et abitionem iam pararent: in negotio
vero affinitatis nil restaret nisi concludere, non videre
nos expectationis rationem vllam, presertim cum in:
starent negotia nra publica, proinde amputarent moras
istas inutiles, vt ex tam diuturna actionum nostrarum
fluctuatione, ad littus aliquod appellere possemus.
Cir illo die fuit inter nos ad Baptismalia, et nuptias
Domini Castellani Posnamien discessum. Postridie
que fuit vigilia sancti Martini, conuenire cum parte
vtraqz, et negocia omnia concludere statuimus. Venerunt
primum Or^es Ser^mi regis Ferdinandi, qui oblatis nobis
articulis affinitatis ex senten^a sua scriptis, et nostris
pleris qz transformatis, vt seorsum expenderemus monu:
erunt. produxerunt deinde libellum sue responsionis
ad Dnorum Vngarorum articulos. postulantes illum a
nobis audiri. respondimus non videri nobis necessarium
cum iam prius audiuissemus. sed recepimus ipsum libellu
Dominis Vngaris exhibendum. quibus illum ne aspicere
quidem

quidem volentibus; cum pridie ex secretioribus cum utraque parte colloquiis spem nonnullam induciarum, quam antehac habere non potuimus concepissemus: proposuimus ipsas inducias, hortantes illos, ut cum tentatis omnibus de concordia nil proficere potuerimus, saltem hac ratione bellum tam perniciosum sisteretur, et concordia alio feliciori tempore tractaretur. Collocuti responderunt rem quidem esse difficilem et periculosam, tamen se non reiicere consilium nostrum, modo ne id in collusionem aliquam vel detrimentum eorum cederet. Nos suasimus ut conditiones quibus intelligerent Inducias ipsas facilius confici et firmari posse, conscriberent, et nobis communicarent. Consensu ipsorum obtento, accessimus adversarios, cum illis pariter de Induciis et conditionibus earum conscribendis egimus. nunciantes nos id iam apud Ungarios impetrasse. Illi collocuti, qui antehac nil magis optare videbantur si Ungari consensissent: responderunt satis difficulter, sibi indignum videri, quod ad praescriptum Ungarorum omnia cedere deberent, Diximus hic nil agi ad praescriptum alicuius. sed cum neque Induciae neque concordia esse possit absque Turco, qui sit huius Tragediae caput, et cum quo illis res magis esset quam cum adversario, necesse esse ab Ungaris modos, quibus alterutrum fiat, requiri. Scriberent illi pariter suos modos et conditiones, quae ipsis expedire viderentur. Negarunt donec conditiones Ungarorum viderent. quas interim dum illi dictarent, nos ad colloquium super articulis affinitatis nobis ab Oratoribus Serenissimi regis Ferdinandi datis secessimus. in quibus multa partim addita mutataque, partim etiam expuncta de nostris reperimus. quorum praecipua erant de Loco adducendae sponsae. De valore Donorum post primam noctem. De tempore solvendae Dotis. illius quoque restitutione sponsa sine liberis decedente.

et vltimo articulo, de salua in bello Vngarico neo:
tralitate. quem totum amputarunt.. Itaque habito
mutuo consilio accessimus illos. Locum adducende
Sponse per solam Mtem vram statui necesse esse do:
cuimus. De valore Donorum post primam noctem
leges sponso prescribere neque dignum neque consuetum
esse ostendimus. Cur alio tempore dotem soluere: q
cum afferretur sponsa incomodum esset. Ac cur
illa in eventu mortis sponse absque liberis restitui non
posset aduersus morem regum et principum: et propter
regni difficultates, que huic in posterum accidere posset.
Declarauimus. Articulum de Salua neutralitate
Mtis vre. quare apponi necessarium arbitraremur ex:
plicauimus: q si cuperemus Mtes vras veram sin:
ceram et ppetuam amicitiam inter se obseruare, oporteret
nos conuinctiones earum ita pure et candide tractare
vt nulla in posterum simultatum et sinistrarum suspi:
cionum occasio relinqueretur, saltem in animis homi:num
cum constaret omnibus de hoc novo vinculo: et que
bonus affinis teneatur. sed non omnibus que Mtas
vra per Turcica et Regni Vngarie federa, perque alios
hostes suos, et domesticas difficultates prestare posset
constaret. quare vt ipsi articuli oportuno modo per
nos concluderentur postulauimus. Dum hec loquimur,
significarunt nobis domini Vngari, vti se accederemus.
et venientibus, quos modos et conditiones Induciarum
conscripserant, nobis exhibuerunt. cum quibus reuersi
ad Ores Serenissimi regis Ferdinandi, vtrumque negocium
comode miseruimus. Qui perlectis Vngarorum codicioibus
suas quoque se scripturos receperunt. Ac quantum ad
primos articulos quibus continebatur de Spacio Induciarum
vnius anni: De mittendo per vtramque parte ad Turcum
ad Inducias seu pacem conficiendam: quod nobis diffi:

cilius videbatur: illi simpliciter consenserunt, adij:
cientes etiam spacium trium annorum, aut quanto
longius apud illum impetrare possent. De reliqs
minoris momenti pleraqz variarunt. quae ubi cum
Vngaris perlegeremus: et ventum esset ad articulu
in quo scripserunt, ut pro deducendo exercitu ex regno
Vngariae, soluerentur Serᵐᵒ regi Ferdinando Ducenta
millia: Dominus Archieps Coloniensis succensus, charta
concerpsit. Tandem post longos sermones conventum
est, ut scriberentur conditiones paucis et generalibus
clausulis. Id cum aduersariis retulissemus, pmiserunt
consilio et arbitrio nro. Nos igr non sicut voluimus
sed ut posse fieri ex conditionibus utriusqz partis
intelleximus, formulam dictavimus. Oratores vero
Serᵐⁱ regis Ferdinandi de concludendo matrimonio
colloquebantur. A quibus reuersi Oratores Misnensis
nunciarunt nobis illos ad omnia consentire facile.
preter solutionem Dotis cum adducta sponsa, et non
restitutionem eius, illo sine liberis defuncto. ac dona
post primam noctem iuxta arbitrium sponsi: quae
admittere non possent. postulantes ut exceptio de
Neutralitate tolleretur. et poneretur simpliciter, quod
partes utrae teneantur sibi in omnibus rebus pro virili
sua semper adesse. Nos vitissimum cur ista quae exi:
gerent concedere non possemus, ostendimus. Subiun:
ximus tamen, quod cum super aliis articulis inter nos
conveniret, de hoc etiam ultimo facile convenire posse.
Collocuti seorsum cum Oribus Serᵐⁱ regis Ferdinandi
retulerunt nobis, herere illos in duobus articulis
nempe de restitutione dotis, et nominatione valoris
Donorum post primam noctem, quos ad regem suum
referre et suspendere vellent. reliqua oia concludere.

Nos respondimus, si duo isti suspendi debent suspendatur et ultimus, quem pro conservanda neutralitate apposueramus. convenit utrimque. et ut in crastinum diem formule utriusque negotii conscriberentur invicem.

Postridie igitur die .5. Martini concordata cum utraque parte formula Induciarum, et pariter nos seorsum de affinitate utrumque post longas disputationes, tandem utrumque negotium, quod felix faustumque sit ita conclusimus, ut Maiestas vestra ex formulis quas illi mittimus intelliget. in quibus si quid Maiestati vestre non probabitur cogitare dignetur utrumque negotium, non ut debuit, sed ut fieri potuit confectum esse.

Post conclusionem vero Induciarum, conduximus in unum partes dissidentes, quibus invicem salutatis et complexis, fecimus Epilogum in commendationem pacis et concordie: in declarationem studii Maiestatis vestre erga bonum publicum, et opere ac diligentie nostre testificationem. ac illis vicissim id fatentibus, et gratias agentibus, cum multis commendationibus nobis mutuo valediximus.

Habet Maiestas vestra Sacra tumultuariam dictorum actorumque nostrorum Farraginem. pretermisimus ea que partim quisque nostrum egit cum partibus. que figmenta utrimque spargebantur: quibus denique artibus et stratagemmatibus hinc atque hinc distrahebamur. Que si omnia describi deberent, materia in iustum volumen excresceret. Commendamus nos humiliter Sacre Maiestati vestre.

Induciae vnius anni inter Ferdinandum Et Joannem Reges de regno Vngarie decertantes

In dieta Posnanien constitute.

Oratores tam Ser^{mi} domini regis Polonie quam Ill^{mi} dni Georgii ducis Saxonie. habitis frustra per longum tempus multis tractatibus et propositionibus inter vtrosque partium dissidentium oratores de regno Vngarie pro conficienda pace et concordia: tentatis quoque omnibus, cum nil succedere potuisset: saltem suspensionem armorum seu inducias illis proponendas duxerunt quas ex conditionibus propositis vtriusque partis, in hunc modum perfici posse proposuerunt et obtulerunt.

In primis vt sint Inducie vnius anni, que incipi deberent a festo Sancte Lucie proximo. Ante quod festum vt declararet vnaquaque pars principalis principibus mediatoribus: an ipsas Inducias suscipiat, necne

Intra Inducias vero mittere debebit vtraque pars dissidentium regum Oratores ad Imperatorem Turcorum pro conficiendis quanto fieri poterit longioribus Induciis seu pace tractanda, inter ~~regem~~ illum et reges ipsos dissidentes, qui constitui debebunt apud ipsum Imperatorem in fine Maij.

Ante omnia tamen Ser^{mus} do. Rex Polo^{e} cum Illmo Domino Duce Saxonie declarare id debebunt Imperatori Turcorum, et Saluum conductum oratoribus Ser^{mi} regis Ferdinandi expedire.

Oratores quoque Ungari scribent domino Imbrahim Basse dominum eorum misurum oratores suos cum oratoribus adversarii sui ad Imperatorem Turcorum pro federibus aut pace conficienda: exponerentque ac suaderent ad id opus esse Inducias unius anni. et quod Salvus conductus Oratoribus Serenissimi regis Ferdinandi ab Imperatore mittere:retur.

Post susceptas vero ab utraque parte Inducias, debebit utraque pars in Regno Ungarie, illos omnes comitatus arces, civitates, et omnia fortalitia, quecunque ad diem Induciarum in sua potestate habebit, per totum tempus induciarum, libere tenere et possidere.

Copias denique ac exercitus mox a susceptis induciis utraque pars debet continere et prohibere ab inferendis hostilibus et quantocius eos levare de regno Ungarie. Et quod subditi, familiares, et alterius cuiuscunque conditionis utriusque partis habeant liberum et securum transitum in personis et rebus eorum omnibus per terras, dominiaque ac provincias et comitatus absque ullo impedimento, et sine Salvo conductu ab id ab eisdem impetrando.

Et quod Incole et possessionati omnes iure suo in bonis et possessionibus ipsorum, quas tempore susceptarum Induci:arum obtinebunt, libere utantur, non obstante etiam quod sint unius aut alterius partis adherentes aut servitores.

Et quod partes predicte, in comitatibus eisdem, proventus Camere Regie iustos ac legitimos interea percipere ab Incolis eorundem possint et debeant.

Et ut interim Iudicia in causis hereditariis et aliis antiquis suspensa maneant. In hiis vero que de novo emerserint, idest ratione violentiarum post susceptas Inducias illatarum hoc modo peragantur. ut quando res agenda venit

inter eos qui partim sunt diversarum, tum qui iniu:
riam patitur pro ea aget coram illo comite, in cuius
Comitatu ambo resident. Comes tamen adiunget sibi
alium Comitem vicinum qui sit de parte querentis
iustitiam. Inter eos autem qui unius tantum partis
sunt, fiant Judicia more consueto.

Tractatus matrimonialis Posnanie conclusus.

Nos Ioannes de Latalice, Posnaniensis: Andreas Cricius
Plocensis, Episcopi. Christoforus de Szidlowiec, Castellanus
et Capitaneus Crac. Regni Polonie Cancellarius. Siradien,
Sochaczoviensis. Gostinensis. Novecivitatis Corczin, Luco:
viensis Capitaneus. Andreas Comes de Thanczin Pala:
tinus Cracoviensis, ac Belsensis. Chelmen. Rathnensis &
Crasnostaviensis Capitaneus. Joannes de Tarnow Comes
Palatinus Russie, Exercituum regni Polonie Dux generalis,
et Sandomiriensis Capitaneus. Lucas de Gorka Castellanus
Posnaniensis: et Capitaneus Maioris Polonie generalis.
Ioannes Choyenski Decretorum Doctor Prepositus Posnan
et Archidiaconus Cracoviensis: sacre Regie Mtis Polonie
primarius Secretarius: Serenissimi domini Sigismundi primi
Dei gratia regis Polonie, Magni ducis Litvanie, Russie, Prussie
Masovie etc domini et heredis, Oratores et Mandatarii:

ad Conuentum Posnanien designati: Vniuersis et singulis
presentibus et futuris, harum serie lrarum significamus
et notum facimus. q, cum ex Comissione et mandato
prefati Sermi Dni regis nostri, ad festum S. Michaelis in
Ciuitate Posnaniensi, cum Sermi Principis Dni Ferdinandi,
Dei gra Vngarie et Bohemie regis, Infantis Hispaniarum
Archiducis Austrie. Ducis Burgundie, et Marchionis Mo:
rauie. Comitisq Tyrolis, videlicet Rmo principe Domino
Jacobo Epo Wratislauiensi: et Magcis Sigismundo de Her:
berstein in Clam: et Doctore Beato Prefecto Herbensi
simul et cum Oratoribus Illmi Domini Ducis Georgii
Saxonie, Rmo Dno Joanne Epo Misnensi, et Magco
Simone Pistoris Doctore, prefati Illmi D. Ducis Cancello.
mutuo iuxta desyderia vota et Instructiones regum et
Ducis prefatorum conuenissemus ad tractandum et concludend
super affinitate inter Sermos reges pfatos, et de matrimo
liberorum utrumque suorum: cum plenis et sufficientibus comissi
onibus. instructionibus & mandatis regum pdictorum re:
spectiue: post multas propositiones, allegationes, et ami:
cas Consiliorum et rationum inter nos collationes et tra:
ctatus vigore prefatorum Mandatorum plenorum et suffi:
cientium regum nostrorum: medio pfatorum Dni Ducis
Georgii Consiliariorum et oratorum: nos videlicet Sermi
Dni Sigismundi regis prefati, Consiliarij et ores pdicti, cum
prenominatis Sermi domini Regis Ferdinandi Consiliarijs
et oratoribus, de et super coniunctione matrimoniali et despon:
satione liberorum pdictorum regum nostrorum, sub infra:
scriptis conditionibus, conditionibus. pactis et poenis inter:
positis, concordauimus, transegimus, et vnanimi voto et
consilio conclusimus in hunc modum.

Inprimis q quando Sermi Dni Regis Ferdinandi filia Illma
Domina Elisabeta septimum annum impleuerit: prefati
Sermi reges tenebuntur nomine liberorum suorum contrahere
Sponsalia per verba de futuro. vbi comode ipsi simul conue:

nire

nire possent, et ita id eis visum faciendum foret, Alioqui enim quando Conventus M[tum] suarum fieri non posset, tunc prefato Septennio expleto: Ser[mus] D[ominu]s Rex noster Poloniae, tenebitur per Oratores suos nomine Ser[mi] filii sui in loco, quem Ser[mus] Rex Ferdinandus designabit sponsalia per verba de futuro, cum Ill[ma] D[omi]na Elisabeta filia Ser[mi] D. Regis Ferdinandi contrahere. Similiter quoque Ser[mus] dominus Rex Ferdinandus, tempore et loco per suam M[tem] nominando obligatus erit contrahere sponsalia per verba de futuro. ex parte et nomine p[re]fatae filiae suae consensu ipsius accedente. cum Oratoribus utriusque Ser[mi] Ser[mi] regis Poloniae ad hoc ab eis missis. Antequam tamen h[uius]mo[d]i Sponsalia de futuro contrahantur. tenebu[n]tur utrique reges, coniunctim apud Sedem Apostolicam instare cum effectu expediendi, ad obtinendam Dispensationem super impedimento consanguinitatis. Necnon si comoditas utrorumque parentum et co[n]trahentium tulerit, ut etiam de eorum voluntate ante tempora a iure statuta Sponsalia tam de futuro, q[uam] (si videbi[tur]) de presenti contrahere libere valeant: Dum q[ue] filia Ser[mi] regis Ferdinandi ad plenos pubertatis vel ut premittitur per dispensationem obtentos et anticipatos annos pervenerit, tum invicem cum filio Ser[mi] D. regis Poloniae, Sigismundo Secundo tenebuntur et debebunt Sponsalia p[re]fata ratificare. et matrimo[niu]m per verba de presenti contrahere. Porro Ser[mus] D[ominu]s Rex Ferdinandus debebit tenebitur q[ue] prefatam Ill. D[omi]nam Elisabetam filiam suam cum decenti et regio apparatu atque ornamentis, proprio sumptu, pro tempore co[m]munibus votis designando Cracoviam mittere. Obligabitur etiam idem Ser[mus] D[ominu]s Rex Ferdinandus. eandem filiam suam providere dote Centum millium aureorum Vngaricalium, auri puri, boni et iusti ponderis. illius q[ue] tertiam partem una cum traductione in manus officialium Ser[mi] D[omi]ni regis Sigismundi consignare et exoluere. reliquas autem duas partes, infra annum et diem post co[n]sumatione[m] matrimonij. citra ocij

dilationem M^tas Ser^mi d^o regis Ferd^i dissoluet.
E converso Ser^mus Rex Polonie modernus, nomine filii sui, aut eo decedente, Ser^mus D^os Sigismundus Secundus, contradotem seu donationem propter nuptias Ill^me D^ne Elisabethe conthoralis sue, providebit, assecurabit et inscribet in Bonis regni sui, videlicet in Sanderz, Sanok, Biecz, Premisll, cum omnibus villis et aliis adiacentibus proventibus universis Summam Ducentorum millium flor. Ungaricalium. Ceterum hec obligatio dotis et donationis propter nuptias, que ita ut suprascriptum est nove regine erit facta, post morte Ser^me Bone regine moderne, transferetur ad eas Civitates et arces que sunt sue M^ti ratione dotis et donationis propter nuptias obligate et inscripte. dummodo tamen vel hec vel illa bona prefate Summe ducentorum millium flor. Ungaricalium atque prefato contradotui sufficienter respondeant. Postquam vero Sponsa ad Sponsum sicut premittitur ducta fuerit, extunc ante consumatione matrimonii tenebitur solenniter et expresse hereditatis tam paterne quam materne sufficientem facere renunciationem quam firmabit et ratificabit Ser^mus D^os rex Sigismundus tanquam sponsus suis literis et sigillo. Et quamvis Sacrorum Canonum Constitutionibus cautum sit, ad matrimonia contrahenda cogi neminem debere etiam penis interpositis, ne libertas que summa debet esse in contrahendis matrimoniis ad necessitatem translata esse videatur. Verum quia ab aliis quoque regibus et Principibus Christianis citra legum et Canonum preiuditium et indignitatem constat, contractibus huiusmodi poenam apponi solitum esse: et proinde ad ratificationem eorum omnium que supra nominata sunt: et ne pactorum tam solennis Expressio et opera utriusque M^tis in irritum convertatur

has condiciones. tractatus. et conclusiones prescriptas Ser^mi reges Ferdinandus et Sigismundus primus, eorumque liberi supranominati firmissime et inviolabiliter tenere et observare debebunt et tenebuntur, sub honore suo regio, et pena ducentorum millium aureorum Ungaricalium, per partem non facientem satis condicionibus et clausulis supradescriptis. parti tenere volenti, sine ulla recusatione, cavillatione, aut quovis exquisito colore ad primam partis tenentis et condicionibus parere volentis requisicionem solvendorum. Pro maiore autem presentis negocii affinitatis et futuri matrimonii cautela et securitate. tenebuntur prefati Ser^mi reges Ferdinandus et Sigismundus primus, parentes liberorum predictorum suorum litteris suis patentibus manu cuiuslibet eorum seorsum subscriptis et sigillo regali communitis, ea omnia que presentibus continentur, et cum insertione presentium de verbo ad verbum ratificare et approbare, atque se suosque liberos prenominatos ad explenda et perficienda omnia et singula super expressa, sub verbo regio, ac poena ducentorum millium aureorum Ungaricalium predictorum obligare. Casu vero quo Ser^mi reges mi tant Sigismundus pater et filius Ser^mus Rex Ferdinandus Ferdinandus, condiciones et pacta supraexpressa, vel aliquam quamlibet ex eis condicionem et clausulam adimplere, et exequi noluerit et recusaverit, extunc mox dilatione, mora, excusatione, arte et ingenio ac difficultate qualibet exclusa, ad primam requisicionem Ser^mi Ser^morum Regum Poloniae Sigismundi primi aut Sigismundi Secundi filii sui, Ser^mi Regis Ferdinandi penam prefatam ducentorum Millium aureorum Ungaricalium, solvere. et in manus Nunciorum, qui super requisicione huiusmodi cum pleno et sufficienti mandato ad Maiestatem suam venerint numerare et reponere tenebuntur et erunt obligati. Quod si ipse Ser^mus Rex Ferdinandus ipsi Ser^mi reges nostri Poloniae praedicti poenam, quam in non adimplendis partis presentibus transgressis incurrerit, solvere etiam neglexerit et recusaverit: extunc fieret fierique debet libera facultas

Ferdinando, eius qz filio Sedute
Ser^mo regi Sigismundo, eius qz filio predicto: Doratus,
Provincias, terras, civitates, oppida, castra, arces, villas
tam regias quam alias quascumqz spiritualium et secularium
Maiestatis suarum
Subditorum Maiestatis sue, ubicumqz in ditione et dominijs
regni Polonie
Regnorum Ungarie, Bohemie, seu aliarum provinciarum,
existentium, ad solutionem dictorum Ducentorum duorum
Millium aureorum Ungaricalium arctare cogere, imo
Bona omnia quecumqz spectata in eisdem regnis et provincijs
consistentia mobilia et immobilia invadere, occupare et
detinere tamdiu donec de predictis Ducentorum millium
Ferdinando
aureorum Ungaricalium Ser^mo regi Sigismundo aut eius
filio Ser^mi regis Polonie
filio satisfactum non fuerit. Et in tali casu Ser^mus rex
eorum
Ferdinandus et eius posteri non debebunt, neqz etiam iuste po-
Ferdinando
terunt, predicto regi Sigismundo, aut eius filio resistere,
aut succensere et contradicere verbo vel facto, per se
aut submissas personas publice vel occulte directe vel
indirecte, sed utriusqz illius Maiestatis propositum et actiones
Sermos dominos reges reges Polonie
tales quascumqz contra Ser^mum dominum regem Ferdinandum
aut posteros, et dominia ac subditos eius Maiestatis fecerit
approbare, commendare et ratificare, nulla arte, dolo,
vel ingenio premissis contravenien: pactis federibus,
contractibus et inscriptionibus, ac paci communi re-
gnorum et terrarum in suo robore nihilominus perma-
nentibus, quibus per actiones quascumqz prefati domini
Ferdinandi
regis Sigismundi aut eius filii, in repetitione pene
huiusmodi Ducentorum millium et premissorum est
intentatas et commissas non poterit, neqz censebitur
in aliquo derogatum esse. Postremo si alter
contrahentium ante consumationem matrimonij quod
x Deus avertat moreretur, tunc iste totus tractatus
et conventio, cum omnibus suis attinentijs, cum mors

soluat omnia, penitus sit dissoluta. Caeterum
cum de donatione et munere dignitatis nominatim
exprimendo, et apud quem matrimonio sine liberis
soluto proprietas dotis et donationis propter nuptias re:
manere, atque quibus pactis et conditionibus cum
aliorum federum et conuictionum exceptione hec affi:
nitas stabiliri et firmari debeat, inter nos conuenire
non potuerit, referemus de hijsdem ad Ser.mum regem
Poloniae
Ferdinandum. de quo ambo reges ante diem sponsaliorum
de futuro contrahendorum concordabunt, et illos
articulos absoluent. In quorum omnium fidem et
euidentius testimonium, nos prefati oratores exhibito
oratoribus Ser.mi regis Ferdinandi Poloniae, nostro, et vicissim ab
eis suscepto Mandato sigilla nostra, una cum Ill.mi Sa:
xoniae Ducis supranominati oratorum sigillis apposuimus.
Actum et conclusum in Civitate Posnania pridie
S. Martini Anno a Christo nato 1530.

Similes litterae reuersales, ab oratoribus regis
Ferdinandi, datae sunt oratoribus poloniis: et
utreque: ab utrisque regis approbatae et confirmatae.

Conclusis Induciis, et matrimonio: Oratores Vngari, et D. Sigis:
mundus Erberstein orator regis Ferdinandi: Petrcouiam venerunt
ad regem. Comitia agentem. Inde ad sua reuersi sunt. Paulo post
venerat nuntius a rege Ferdinando: et approbationem Induciarum
attulit: Hec, et alia quae post secuta sunt, in sequenti Tomo
continentur.

Pe
R^me
Quan
domi
mis
tissim
scripti
salut
rimas
quam
ferre
aliqu
per
tamen
fuerit
in qua
etiam
dedu
Chia
Nova
R. P
huis
rorar
Qfu
Com
salva
Cr

Petrus Thomicius: Paulo Archiepo Strigoniensi

Rme in Chro pater et domine, dne et maior honorande

Quando huc venerunt Or[es] Ser[mi] do. Ungarie regis dominus pptus Strigoniensis, vre Rme. D[nis] lras michi reddidit. que michi duppliri ex causa fuerunt gratissime, tum q ab illa, cuius ego observo benevolentia scripte essent, tum etia q me familiariter et amice salutarunt. Pro quo amanti off[o] et benevolen[a] plurimas ego ago et habeo gratias Rme p[ti] vestre quam illi meis quoqz viriss[i]m officiis et sedulitate referre semper curabo. Cupiebam quidem vt aliqua certa et diuturna pax, et concordia posthac per dominos oratores constituta fuisset: quoniam tamen vel permissu divino, vel fato hominum non potuerit adhuc res perduci ad exitum, vel ipse Inducie in quas consensum est ab omnibus me delectant. Spem etenim concipio sub illis in eum finem totam belli causa deduci posse, qui et Ungarie regno, et toti reipub. Christiane salutem et pacem ppetuam afferat et conciliet. Nova hic apud nos non sunt que a me ad vram R. Ptem scribi possent. Si quid tamen erit quod illa hinc scire cupiat: Magri dni Oratores et dos pptus coram referent. qui non solum interfuerunt: sed etiam pfuerunt omnibus maioris momenti negotiis.

Commendo me et officia mea Dni vre Rme, quam salvam. salvam. et felicem esse vehementer opto.

Cracovie 26 Novembr. 1530.

P
Jo

Me in C
Magnope
scribit se
hostium
num bor
catui sin
istam ill
vtrique
do et co
qum ecia
Re me d
et sollicit
nentme

Ceterum
et terre
Regiam
presens
commod
opera et
mulenc
deus di
Cracoui

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni ex Ducibus Litua. Epo Vilnensi.

R. Me in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honoran. Magnopere me delectat institutum D. vre Rme quod mihi scribit se in restaurandandis Mtis Regie Castris in finibus hostium positis collocasse, non potest enim hec res nisi magnum honorem D. vre Rme et cum Mti sue tum isti Ducatui singularem utilitatem afferre, non dubito autem istam illmis operam et officium cum industria coniunctum utrique Mti futurum gratissimum, in quo ego verbis exornando et commendatione cumulando nihil opere pretermitto quin eciam curabo quantum in me erit diligenter ut d. vre Rme Mtis sue gratia et munificencia sua regia curam et sollicitudinem istam de republica acceptam referre dignentur

Caeterum quod ad presidia attinet quibus firmari fines regni et terre Volhinien. deberent confido ego quidem ipsam Mtem Regiam sponte sua illud ea de re curaturam esse, quod et presens necessitas et cum Mtis sue honos tum subditorum commodum postulare videbuntur, sed tamen et ego huic rei opera et cohortacione non deero. Commendo me amori et benivolencie fraterne D. vre Rme quam ut dominus deus diu servet sospitem et foelicem vehementer opto Dat. Cracovie XX. Septembris Anno M. D. XXX.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien: Vicecancell
Chrpphoro de Schidlowec Castell° Cracouien
Regni Polonie Cancellario.

Magce domine, domine et amice honorandme. Incomodius multo quidem q sperabam mihi accidit, q prius de amisso filio Magnificenciam vram consolari qz de eodem genito gratulari illi me oporteat: tamen quia in tam subito mortis pueri euentu, minor tarditatis mee in gratulando racio conspicitur pt qz vt negligencie attribui debeat aliquanto minus istius officii et ordinis in scribendo conturbacio et inuersio est mihi molesta, quin etiam et illud me consolatur q gratulacione quam cito luctus est consecutus abstinuerim. Non dubito equidem magnum gaudium et leticiam nunctium de filio genito Mgcie vre attulisse, verum econtrario nequaquam credo ita hoc gaudio illam vsam esse, vt et humane moderacionis et heroice fortitudinis atqz fiducie oblitu esse debeat. Scio enim quante sit prudencie Mgcia vra tam in aliena secunda vel aduersa agnoscenda quam in propria fortuna distinguenda vt neqz in aduersis dolori succumbere: neqz in secundis gaudio nimis efferri soleat. Si itaqz de nato sibi filio non magis (vt ego credo.) qz sapiencie et fortitudinis rationes permittebant Mgcia vra gaudebat, vicissim nunc conueniet mortem illius eo ferre animo, quem non affectus sed prudentis viri ratio gubernare videatur. Nam qui susceptos hoc tempore filios amisere si quam multa nunc sit vite hominum mala, considerauerint: bene eciam cum illis qui mortui sunt actum iudicabunt, doloriqz suo temperabunt: neqz tam suis incommodis augentur qz illorum sorte letabuntur. Sic ego Mgciam vram ista sibi in animum inducere optarem, ne affectioni meste desit consolacio, quam nō puto

defuturam, si primos etiam aliorum et suos istiusmodi orbitatis
casus Mgcia Vra perpenderit et in memoriam sibi reduxe-
rit qꝫ vel illud obfuerit quod dolori concessum est vel pro-
fuerit, quod tum fortitudine et animi constancia erat supe-
ratum. Quare illam per fortunas et veterem amiciciam
nram oro et obtestor, ut istos humanos et inevitabiles casus
equo et forti animo ferre: nec plus qꝫ deceat merori et
dolori obtemperare velit. ut enim amandi sunt liberi, quod
naturale est, sic quod naturale quoqꝫ est, mori, in hoc, ut
ceteris in rebus nature cedendum est. ut nox diei, sic vite
mors succedit. ut florum et ceterarum rerum, sic hominum
caduca et fragilis est natura. Sed ne plura qꝫ liceat
in hoc genere proferam, prudencie et fortitudini Mgcie
Vre cetera committo. Cuius me amori et benivolencie
fraterne plurimum commendo, illamqꝫ et foelicissimam
esse, et cum reliquis omnibus liberis et dilectissima,
coniuge recte sanam et incolumem vehementer opto. Dat
Cracovie die V.a Novembris Anno doi
M.o D.o XXX.o

Petrus Tomicius Eps Cracouien. Vicecancell.

Lucae de Gorca Castello Posn: Capito maioris poloe

MAgce domine, domine et frater honorandme. Nihil opere et diligencie pretermisi in impetrandis a Mte Regia eiusmodi literis quales ad Sermum Regem Ferdinandum scribi in negocio suo Mgcia Vra optauit. Quas impetratas et cum diligencia scriptas Mgcie Vre cum presentibus mitto / preterea etiam mitto et meas quas ad dominum Joannem Dantiscum Epm Culmen. sicut volebat Mgcia Vra scripsi / hic apud nos nihil in nouis habetur. Namque omnia que hic solebant afferri isthuc primum Posnaniam veluti ad fontem omnis spei hoc tempore diriguntur, vnde postmodum derivata huc ad cognitionem nostram perueniunt. Quare expectamus inde aliquem bonum de pace et concordia nuntium pro qua semper ego dominum deum indignus oro. Intelligo enim illa non secuta miseram Christianorum vitam et conditionem futuram. / Cum iret non pridem ex Ilza istuc in maiorem Poloniam vxor fratris mei defuncti cum matre sua domina Siedleczka rapta est in itinere prope Thuschin per quendam Dunin pauperem admodum Nobilem cum quo nescio quam noticiam contraxerat estate preterita in nupciis apud dominum Rakoslawski, an vero idem Dunin rapuerit illam et secum abduxerit cum voluntate illius nec ne scire hactenus non potui. posteaque vero de hoc factus fuero certior significabo id e vestigio Vre M. et aliis dominis amicis meis, petiturus ab illis in tanto casu consilium et auxilium. Comendo me amori et beniuolencie fraterne Mgcie Vre quam sanam saluam et incolumem semper esse vehementer desydero

Venlis domine fr in Chro charme. Scripsit nuper nobis
dominus Capitaneus Lancicien, dominam Siedleczka nu:
ciasse sibi, q Duninowa cum Marito suo et domino Cro:
tosski velit venire ad se, rogasseqz illum, vt ei consuleret
quomodo se erga illos gerere, quicqz ad postulata illorum
respondere deberet. Nos multum miramur de domino
Crotosski, q approbare videatur factum Dunyni et eius
vxoris. Quodsi reliqui quoqz amici ita facere volue:
rint, et permiserint se flecti precibus et lachrymis illorum
qui illis et familie illorum perpetuam turpitudinis notam
inusserant, nos etiam omnia missa faciemus et vlterius nos
odiis et imprecationibus hominum non exponemus. Do:
lebimus tamen perpetuo, si tantum scelus manebit impu:
nitum, conniuentibus presertim illis, qui curare maxie
deberent, vt ignominia et illis et nobis illata pena
debita puniretur. bene valete. Dat Cracouie No:
uembris Anno domini M° D° XXX°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Chrofero de Schidlovec Castello Cracovien
R.P. Cancellario.

MAgce domine, et domine amice honoranme. Cum venisset huc dominus Ocziesski retulit mihi multa nomine Mgcie Vre que integerrime et beniuolentis amicitie illmis erga me testimonium mihi faciebant, pro quibus simul omnibus ego magnas vicissim Mgcie Vre ago et habeo gratias, sed potissimum pro humanissima animi sui in casu Clotis mee declaratione. Namqz exposuit mihi dominus Oczieskij quemadmodum et illi et mihi ea de re Mgcia Vra condoleat, et consilio et auxilio nobis se presto futuram promittat. In quo et si ego nunqz dubitabam, fuit tamen mihi periucundus iste nuncius qui verbis nuncupatis opinionem meam de amore M. Vre confirmauit. Fecit equidem Dunin rem que eius vires et conditionem nequissima audatia superat, et que in animis proborum hominum merito turpissima et scelerata haberi debeat. Ego tamen id non prius vindicari in illo contendam, qz cum Mgcia Vra singulari et precipuo amico meo, et cum ceteris tam meis, quam Clotis mee amicis, consilium capiam quo pacto magis dignam sui nefandi facinoris penam capere audatissimus et plus qz nequam homo debeat. Magna me leticia et gaudio affecit dominorum Oratorum in vnius anni Inducias consensio presertim quod intelligam tales conditiones vtrinqz partim datas, partim concessas esse que intra hunc annum proborum Principum persuasione pacem longam et firmam conciliare facile poterunt, faxit omnipotens deus vt quemadmodum auspiciis bonis incepit pacis tractatio ita et optato feliciqz exitu terminetur pro omnium Christianorum consolatione. Ego Catharrali descensu et humorum in corpore motu prepeditus a

quatuor septimanis domo non egredior sumqz hactenus imbecillis
et infirmus, vnde fit quod dubitem vehementer, ne non liceat
mihi in Conuentum Piotrkouiam venire si enim egritudo mea
in meliorem non commutabitur statum, frustra esset me in ea
qua sum conditione profectionem meditari, namqz et ego me in
periculo constituerem, et illuc veniens nullum fructum afferre
eger possem, si tamen valuero quod opto et spero, venire ad
obeundum munus publicum nihil morabor. Apud nos nihil
est quod scribi ad delectandum lectorem possit preter id quod
Mtas Regia cum Coniunge sua et liberis Sermis recte valet
que in vigilia Sancti Andree hinc mouebit, et in vigilia
Sancte Barbare Piotrkouiam aplicabit. Commendo me amori
et beniuolencie fraterne R. D. vre quam foelicissimam esse et
semper sanam atqz incolumem vehementer opto Dat. Crac
xiii Nouembris Anno dni M°. D°. XXX°

Cricius Tomicio

R.me in Chro Pr et domine, domine colendissime. Dominus Pau-
lus Cryski bonus amicus meus delatus est, vt mihi narrauit, apud
Mtem Regiam, quod quasdam literas Mtis sue inhoneste suscipe-
re et concerpere debuisset. cuius rei gratia mittit illuc nuntium
ad declarandam innocenciam suam, Rogo plurimum vram R.mam
D. dignetur illi gracia et patrocinio suo adesse, et efficere, ne hec
calumnia locum apud Mtem suam habeat, nam easdem literas,
quas concerpsisse dictus est, coram me saluas ostendit. Comendo
etiam atqz etiam vre R.me D. quam dominus deus diutissime
sospitem letam, et semper felicem conseruet Ex Plocsko die xvij
Junij Anno domini M°. D°. XXX°

Cricius Tomicio

R.me D. colen.me mi domine. Mortuus est nuper in Poltowsko dominus Liberanth intestatus et vt nunc primum accepi, habuit in Sandecz res omnes et pecunias non modicas, itaque dignetur vrã R.ma D. de omnibus prouidere, et siquid distractum est, vt fieri solet, exigere. inopinate enim mirum dictu homo tam robustus, extinctus est, hic nihil preter vestes aliquot reliquit, sed et debita non pauca contraxit. Commendo me in gram vrẽ R.me D. quam dominus oi semper augeat prosperitate. Ex Plozka 6 July Anno domini M° D° XXX°

Cricius Tomicius.

R.me in Chro Pater, et domine benefactor colen.me. Dominus Zakrzewski, qui has reddet, multa hic mihi obsequia prestat, et est ad multa idoneus, vadit istuc ad Mtem Regiam negociorum suorum causa, proinde commendo illum R.me D. vrẽ et supplico dignetur illi gratia et patrocinio suo non deesse, Commendo debine etiam seruicia mea R.me D. vrẽ, quam dominus deus seruet semper sospitem et foelicem. Ex Arce mea Poltouien. die x.a Augusti Anno M° D° XXX°

Cricius Tomicio

R. ME in Chro Pater, domine, et benefactor colendissime, viso, vt possum, per literas sanitatem vrē R. me. D. de qua nullo tempore non audire cupio, deinde supplico illi, vt negociola mea R. mo domino Cardinali Protectori comendare dignetur, qui nihil non facere solet illius causa. Ego hic obruor variis comissionibus Regiis, earumqz causa nihil erit hoc toto tempore, nisi sursum ac deorsum cursitandum, curabo tamen pro mea virili obire omnia, que Mtas sua mandat, licet si transiret à me calices isti, viderer onere molestissimo leuatus. Comendo me gratie R. me. D. vre cui assidue cum Clero meo, et longam valetudinem et omnem precor foelicitatem. Ex Arce mea Polthonien die xix Augusti Anno. M. D. xxx°

Cricius Tomicio

R. ME mi domine, domine colendissime. Vadunt isthuc ad Mtem Regiam in suis negociis D. Paulus Criski, et meus Naquaski, alter bonus amicus, alter bonus seruitor meus, et proinde vtrunqz cum ipsorum negociis Vrē R. me. D. ex animo et diligentissime commendo. Ceterum accidit me absente in Ploczka facinus indignum, et valde scandalosum in Monasterio Arcis Plocen, Monachi enim nescio quid disposuerunt iuxta regulam et constitutiones suas aduersus Abbatem, ex multis racionibus, quas longum esset explicare, Ille Italia rediens Monasteriumqz occlusum reperiens, intrauit cum equis per Ecclesiam, et primum blandiciis antiquum Abbatem et

Monachos demulcens, deinde clam accersitis aliquibus Nobilibus, irruit in ipsum antiquum Abbatem, et alios Monachos cum armis et pixidibus, et magnum tumultum et cedem edidit, in qua vulnerati sunt aliquot Nobiles antiqui Abbati fres, et Nepotes, qui tum illic aderant, quo facinore perpetrato, misit e vestigio ad me preueniendo antiquum Abbatem querimonia. ego ignarus rei commisi Capitulo meo, vt differentiam inter eos sisterent vsque ad meum illuc aduentum, et ne quid ex vtraque parte committerent, religione et professione sua indignum, Venerunt deinde Nobiles fratres antiqui Abbatis cum vulneribus, rem, vti acta est, mihi declarantes, Misit et dominus Capitaneus nuntians violenciam magnam in Arce commissam, se e vestigio violatores ex Monasterio capi voluisse, sed veritum ne quid excederet aduersus Iurisdicioné meam, vsque quid facere deberet se edocerem, cum Lucas Abbas cum fautoribus suis allegaret non pertinere ad Capitaneum animaduertere de violenciis Monasteriorum, quę essét alterius Iurisdicionis, quasi vero non teneantur Capitanei tueri à violenciis, non solum que intra Arces, sed etiam que extra committuntur, et presertim cum et Ecclesia Cathedralis, et Monasterium ipsum, propter maiorem securitatem et tuicioné edificata sint in Castro. Ego nihil aliud quàm sistere hanc turbam quanto celerius commisi, que in oculis omnium hominum est indignissima, nollem tamen inpunitam relinqui. Habet vrã. Rma. Dº. Abbatum diuinam pacientiam, habet mundanarum rerum contemptum, quid faciant Reges, audent enim talia patres. Ego mihi nunc negocium non solum inter Reges, sed etiam inter Monachos, pro Imperio certantes obiectum video, sed hoc alterum eo mihi grauius est, quo vtraque pars habet in Capitulo meo fautores suos, quibus me obtundere non cessat, adeo vt in accingendo me ad iter magno mihi sit impedimento et molestię. Commendo

me gratie Vre Rme D. que vt optime et foelicissime va:
leat dominum Deum precor. Ex Arce mea Polthoniensi
die viiª Septembris Anno domini Mº. Dº. XXXº

Cricius Tomicio

R. ME in Chro Pr et domine benefactor colenme. Vementi mihi
huc occurrit per amicos Abbas, accessit ipse deinde supplex
veniam errator[um] postulans, ego homo ad blanda verba vel
cera mollior, remisi simpliciter omnia, restat adhuc cum domino
Capitaneo super Arcis violencia negocium, quod tamen ad me:
um reditum suspendi, aggressi deinde sumus Commissionem Re:
giam, conspeximus edificia huius Arcis, et minutissima queque
nobis ostensa per ipsos fabros qui laborarunt, taxari fecimus
iuxta documentum Regium, conspeximus demum Siluam insu:
larem, examinauimus iureiurando rusticos accolas, vt si quod
damnum factum esset, aut quale illud fuerit, Mtem Regiam
cerciorem reddere possemus, inuenimus damnum vltra opinio:
nem immodicum, fuit enim hactenus sylua ipsa ab omnibus tam
Ducibus, quam Tenutariis ade sancte seruata, vt nisi in summa
necessitate arbor excidi solebat, erant quercus vt trunci in:
dicant ingentes, reliquorum arborum tanta copia, vt ex il:
lis cinerum duntaxat conflati sint lasti plus minus ducenti
quinquaginta, singulus autem lastus vendi solet minimo flo:
renis sex. Mittimus autem notam istorum omnium, vt ipsa:
met Mtas Regia et sua Priuilegia, et suorum bonorum damna
iudicet et cognoscat. De sexingentis florenis per Nobilita:
tem promissis ab vniuersis requirere non potuimus, nam
adhoc opus esset Conuentu aliquo, sed quoscunque singulatim
interrogauimus, vnus quisque respondebat a se nihil neque pro:
missum neque datum esse. Nunc expeditis istis molestissimis

negociis prosequar in dei nomine meum iter ad Posnaniam, quo neque primus, neque ultimus venire vellem. Commendo me gratie vre Rme D. quam dominus deus seruet diutissime sospitem et semper felicem Ex Ploczka die xxiiij Septembris Anno domini M°. D°. XXX°

Cricius Tomicio.

RME in Chro Pr et domine, benefactor colendissime Intellexi quod dominus Lucas Abbas Plocen post impetratam apud me excessuum suorum veniam, quam illi ea spe dederam, vt omnes, si quas haberet cum meis Canonicis simultates deponeret, impeteretque neminem, statim, postea quam Ploczka discessissem, Cittauit in Vrbem dominum Doctorem Bromirskij, et nonnullos alios Canonicos meos, pro eorum beneficiis, partim suo, partim ipso instigante, aliorum nomine, quod mihi valde molestum est, nollem enim Ecclesiam meam, que ab aliquot annis quieta fuit, meo tempore turbari, et iterum in litium versari fluctibus, Itaque commendo ex animo vre Rme D. hunc dominum Bromirski, hominem et probum et doctum plurimumque illam rogo, vt eum in patrocinium suum recipere, et hoc eius negocium pro sua prudencia ita dirigere, et Rmo domino Cardinali Protectori cum suo, tum eciam Regie Mtis nomine illum commendare dignetur, vt sub vre Rme D. tutela et presidio laqueos istos, quos illi ipse Lucas vna cum Michaele Paczanow struit, euadere possit merebor id vre Rme D. vna cum illo omni studio et obseruancia, cuius gratie me etiam atque eciam commendo Datum Gnesne die Sancti Venceslai Anno domini M°. D°. XXX°

Cricius Tomiczio

R. ME mi domine. Commendo ex animo vre Rme. Dni hunc dominum Lawski bonum amicum et vicinum meum. Ego iam auspice domino deo egredior hinc die crastina versus Posnaniam, subsistere cogar tres dies in Ploczka duorum mo: lestissimorum negociorum causa, taxacionis illius edificiorum et insule, ac componende indignissime Monachorum Tragedie. Commendo meam servitutem gracie Vre Rme. Dni quam dominus deus servet et fortunet in omnibus. Poltonie xvia Septembris Anno domini Mo. Do. XXXo

Cricius Tomicio

R. ME mi domine, domine et benefactor colendissime. Iste Civis Posnanien. actus ea fortuna, qua plerunque Mercato: res agi solent, impetitur à creditoribus suis, nec in tam vi: olenta vrgentique impeticione illis satisfacere potest, vnde ad vram Rmam. D. omnium oppressorum patronum confugit, vt eius ope et benignitate, possit istic obtinere literas secu: ritatis, sub quarum tuicione colligeret rationes satisfacien: di ipsis creditoribus suis. Itaque commendo illum vre R. D. et rogo illam plurimum, dignetur illi patrocinio suo adesse in obtinendis eiusmodi literis, pro sua excelsa, qua sepius oppressis subuenire consueuit, virtute et clemencia, que diu et felicissime valeat, meque gratia sua complecta: tur. Posnanie die xiiij Octobris Anno Mo. D. XXXo

Sigismundus Rex Poloniae
Venceslao plebano Grodnensi

Rde in Chro Pr devote nobis dilecte. Vaccante per id tempus Epatu Mednicen hucusqz deliberavimus, quem illi preficere debeamus cupientes et provinciae illi que et nova in fide Sancta Catholica et heresis Lutherana peste infectis vicina est de bono pastore, et bonis que à predecessoribus nris Ecclesie donata sunt, de bono patre familias et curatore providere. In qua deliberacione nra cum venissent nobis in memoriam merita et officia tue. D. que in Aula Bmi felicis recordationis domini Joannis de Lasko Archiepi Gnesnen egregie prestitit, ante alios. D. tua ad hoc Episcopalis functionis munus idoneam dignamqz iudicavimus, quare partim propter illius cognitam nobis virtutem et doctrinam, partim ex mera gracia nra Regia D. tue Epatum Mednicen predictum conferimus, ad illumqz pleno iure obtinendum. D. tuam Summo Pontifici nominavimus et commendavimus per literas nras, illam tamen hortamur, ut tam in administracione Epatus predicti qz in prestandis officiis ad bonum Consiliarium spectantibus, nobis diligenciam et fidem suam commendare studeat et curet, hoc pro debito suo, et gratia nostra. D. tua semper factura Datum Cracovie etc

Summo Pontifici Clementi VII
~~Sigismundus~~ Rex poloniae.

Cesar Carolus Quintus.

· de conuocatione Concilij ·

Epla ex hispanica in latinam Linguam versa.

Beatissime Pater. Cum ita prestolarer resolutionem negocio: rum in causa fidei, non potui huc usque literis Sanctitatis vre respondere, quemadmodum medio Dni Mai Oratoris mei sig: nificaui. Nunc vero cum simus extra omnem spem medii, cuius magna erat omnium expectacio, officium exequor, et primo loco referendum censeo, me maximam cepisse voluptate, quod acceperim bonam et vtilem sentenciam Stis Vre, cum con: silio Rmorum dominorum Cardinalium promulgatam, et Stem V. eius esse animi, vt generale Concilium indiceretur, quod in remedium tantorum malorum et damnorum que impendent Christiane reipublice requirebatur. Ea res eiusmodi est, vt de singulari bonitate et zelo Stis V. euentura semper spera: batur, cui etsi maxime videantur inesse difficultates, vt ipa quoque Stas V. prudentia sua metitur, tamen persuadere mihi nunquam potui aliquam in negocio tam magni momenti superesse, que ab huiusmodi optima intencione Stem V. retrahat, preser: tim quia iam plane consilia et pium desiderium Sanctitatis vre cognitum habeam, qua de re quam humillime possum Sti Vre ago et habeo gras plurimum, siquidem mihi hec res est cordi, partim quia preseferre videatur singularem in deum reli: gionem, ingens commodum reipublice Christiane, presentaneum vacillantis fidei nre remedium, magnam sedis Apostolice authoritatem, partim quod perinde Stem V. ac meam persona ratione dignitatis a deo nobis concesse concernat, vt pre: terea mundus cognoscat, et a S. Vra. et a me nihil inte: tatum relinqui, quod pertineat ad eleuationem tantorum in:

commodorum, quę vtinam eum effectum, qui summe his tem:
porum disturbiis esset necessarius consequantur. Ego P.ᵉ Sa:
cte, tum ex his quę incidebant in negotii tractatibus, tum
illis quę nobis eius rei peritissimi referebant, tum etiam
consilio et sententia Principum nobis in fide adherentium,
magnam spem conceperam si celebraretur Concilium, hęre:
ticos non solum derelicturos errores suos, sed etiam conforma:
turos se aliis, et Catholicę nobiscum in fidei vnitate vic:
turos, id nimirum verba illorum declarabant, et suggere:
bant, idipsum scripta quorundam super his oblata testabā:
tur, ex quibus omnibus et R.mo domino legato eadem spes
orta erat. Inde S. V.ę scripseram, cum intellexissem cau:
sam esse omnium maximam, me omnibus viis et modis
qui videbantur tanto negocio profuturi incubuisse. Et
quamquam multa eis dicta allegataque fuerant, quę faciebant
ad reducendum illos in viam rectam, maior quàm conue:
niebat habita fuerit illorum ratio, vt eo facilius iustifica:
retur pia causa nrā, et ostenderimus quid nobis autho:
ritas nrā rigoris faciendum suadeat, tamen nihil horum
sufficiebat et profuit, tantum abest vt sint inducti, quini:
mo iis in suo errore obstinatiores, et pertinatiores facti, om:
nem spem, quam quidam sermones illorum pręseferebant,
per quos putabamus eos, quod rectum est amplexuros, nobis
ademerunt, quo tandem exactis tractatibus et disputati:
onibus, quę quottidie mouebantur res sit deducta ex hac
relatione omnium quę acta sunt quam cum pręsentibus mitto
S.tas V. abunde intelliget. Non possum domine animo non
angi, et quam ratio ingerit, molestia affici, dum videam
discrimina et tumultus, qui in rempublicam Christianam di:
manare possint, ex ruina futura magni ponderis, fidei nrę
quam hactenus omnes illibatam coluerunt, Tametsi ne haberi,
ne sperari quidem possit, aliud efficiunt pharmacum, nisi con:

uocatio Concilii, pre oculis habendo obstinacionem et pertinaciā
adeo animis hereticorum et aberrancium à fide infixam, vt om:
nem penitus spem amiserint boni, qua hucusqz sustentabant et
retinebant subditos suos. Quod certe non facerent, nisi eos
plane non defecisset, licet etiam vtraqz pars tanqz efficacissimū
remedium illud exposcebat, attamen inherendo scriptis S. Vrę,
non adieci animum, qui omnium votis subscriberem, non enim
accedebant in conditiones à S.tis Vrā prescriptas, nempe vt li:
bere citra stimulum venirent ad vnionem sancte matris Ec:
clesie, et in ea viuentes perseuerarent, vsqz in Concilii futuri
decisionem, quod quidem omnes vt supra dixi efflagitabant, et
mali modum illius quendam et qualitatem statuebant, è re:
gione tamen illis relatū est, necessum esse, vt cum dignitate,
authoritate, et arbitrio S. Vrę et consilio, sententiaqz Regnū
Principum, et potentatuum Christianitatis decerneretur, pre:
figeretur, atqz loco temporeqz competenti teneretur, interim eis plurimū
promittentes, de S.tis Vrę benignitate et clementia, que procul:
dubio ita singula modestia sua tractabit et prouidebit, quo
posthac expostulandi ansa prebeatur nemini. Posteaquam vero
isti conatus neqz profuerint tunc quicquam, neqz eo vsqz prosit,
et S. Vra ea fiducia, quam non sine ratione erga me gerit,
ducta minime etiam impedientibus allegationibus Rmorū
suorum Cardinalium, id negotii mihi dat, vt perpenderem et
eligerem, quid religioni Chri domini nri, illesequ fidei sue co:
ducat, audacter dico, vt quàm diligentissime expenderim cau:
sam et maximis tractatibus insudauerim, nulla me tamen ra:
tione satisfacturum, et debito meo in deum, et integritati erga
S. V. si non intrepide et dilucide protulero, cuiusmodi ea res
sit, qua tam periculosissimis erroribus mederi, fides confirma:
ri, commodum Christiane reipublice elici, Sedes Apostolica
variis opinionibus oppugnata exaltari, et honor S.tis Vrę con:
seruari queat, Que autem illa sit, preter generale conciliū


sine quo finis istarum calamitatum nullus, certe non video, pre:
sertim quod videre mihi videor, longe atrociora mala, si neglectu,
quam illa, que, si minime fuerit S. V.ra timet et mihi perscrip:
xit suis literis, subsequutura. coniecturam mihi facientibus,
multis et quidem diversissimis erroribus, qui indies magis
ac magis, tanqꝫ capita hydre etiam suboriuntur, nedum ut
diminutionem accipiant, Neqꝫ dubium esse potest, quin illud
maximam utilitatem adferret, precipue populo, qui facile quo:
cunqꝫ ieris subsequitur, si viderit novis heresibus tanqꝫ
morbis inauditis, novis quoqꝫ remediorum generibus, ab
universali sancta matre Ecclesia subveniri. Quod vero
videatur locus et tempus non fore aptum convocandi Concilii,
occasione bellorum, que imminent et à Thurcis timentur, nō
solum illud non aptum, verum etiam vel ob ipsam belli com:
moditatem valde necessarium censeri potest, multo enim faci:
lius et celerius, auxilia necessaria, si Thurcus cum omni
potentia sua erumperet, prestari atqꝫ vires Christianorum
ita propiisorum et congregatorum colligi et conglutinari in:
stantium possint, ut fortassis etiam ad offendendum illum, ne:
dum reprimendum sufficerent, que celeritas conmngendorum
Christifidelium et ferendorum subsidiorum, nunqꝫ tam feliciter
citra congregationem. Principum super Concilio esset successura.
Neqꝫ timendum foret, ut ob belli eiusce modi necessitatis
provisionem, illud premissꝫ debito ordine debeat, dissolveretur.
quinimo melius possit continuari, dum ii, quorum partes esset
presidere, non opus haberent, immiscere se armis et bellorum
tumultibus. Preterea commoda, que, si sequetur, tam optatum
consilium, provenirent multa sunt, et quidem permulta S. V.
non incognita, sin minus, quanta dissensionum, malorum, et
damnorum moles formidanda vel ex scriptis meis considera:
re S. V. potest. Proinde, qua possum humilitate et instantia
S. V. iterum supplico, dignetur animum inducere, quo illud


ipsum Concilium, ea celeritate quam requirit necessitas et formido futurae calamitatis, conuocetur. interim si meliorem exitum il: lius suspicimus, necessarium fore existimo, scribere. S.tem V. ceteris Principibus et potentatibus, significando illis tam pregnantis negotii necessitatem, non dubito, quin obedient S.tis V. compro: babunt consilium, et consencient, ut quamprimum ad effectum perducatur, maxime si diligentius perspexerint quam ipsum ne: cessaria res sit ad communem utilitatem tocius Christiane reipublice, quantum emolumenti ad conseruationem sancte fidei nostre sit allaturum. Nunquam enim antehac isti errores tam late progressi sunt, absque controuersia libertate et effrenata li: centia, quos, nisi tam salubri remedio fuerint sublati, quod reliquum est, nondum infecti vulgi, arripiet, et breui demumque in magnum Christianitatis detrimentum redundabunt. per: pendeat igitur S. V., et eligat quid potissimum conferat, atque prouideat, has Lutheranorum et aliorum opiniones, ut que nociua sunt abscindantur, alioqui magnam omnium rerum confu: sionem parituram, et ut in re tam magni momenti tractetur et pro: cedatur, quemadmodum ipsa rei magnitudo, desiderat. Ego inte: rim in spem effectus cum suffragio Principum Catholicorum, re: lationem. S.tis V. prestolabor, presto semper futurus, ad ea facien: da, que religionem sanctam domini dei nostri omnipotentis, honorem et authoritatem sancte Sedis Apostolice, negotii profectum et debitum officium Imperialis dignitatis mee spectare videbuntur.

Quod locum attinet, cum ego spectarem et probarem, qui et ta: li congregationi accommodatus, et gratus S.ti V. sit futurus, atque decernerem unum illorum, quorum mentionem. S.tas V. literis suis ad me datis fecerat. Ut enim mentem S.tis V. ceteris Princi: cipibus declarassem, congruum magis plerisque videbatur Man: tuam, quam S.tas V. etiam atque etiam nominauerat, aut Medio: lanum prefigere, quum sint loca propinquiores Germanie, in qua maxime vigent ii errores, de quibus esset in ea conferendum

et definiendum, vtq3 eo facilius, si illis conarentur vti excusa:
tiones tolli possint, ita etiam videor coniecturam assequi, cum
id ex quibusdam didicerim, haud facile tam nrē, quàm alteri:
us partis Principes in alium et vlteriorem locum ituros. Tē:
pus vero eius (vt iam memini) cum summa celeritate constitu:
endum censeo, postulante breuitatē, et non paciente dilatiō:
nem instanti necessitate, vnde iterum ad supplicandum re:
deo. ne patiatur me repetere eadem quē proximis S. V. re:
tuli, atq3 sibi persuasum habeat, me id summe in votis habere,
qui valeam obedire, obsequi, S. V. procurare et tueri, ac
S. V. tum Sanctē Sedis Apostolicē authoritatem, vt decet,
plurimum obedientem eius filium, et seruitorem. Quāuis
autem partim ob priuatas meas, partim regnorum meorum
necessitates et commoda, necessariò mihi sit ad ea redeun:
dum, nihilominus tamen posthabita illorum, et negociorum
eorundem ratione, propter fidei vniuersalem Jesu Christi vti:
litatem, presens sum futurus paratissimus, et non verebor
personam meam, facultates meas expendere, ac summis cona:
tibus in id incumbere, quod ad laudabilem et desideratissimā
dicti negotii conclusionem pertinebit. Sed quoniam Rmus. Ds.
Legatus diffusius super omnibus. S. V. perscribet, et pleni:
orem. D. Maius Orator meus, cui haud parum hac de re
scriptum est, ac Petrus de Cuena Aulē meē praefectus in:
formationem sunt daturi, nil porro proferam, solummodo obse:
cro S. V. velit integram fidem dicentibus adhibere. Quā
vero sit res maxime importantiē, ac plane extremē necessi:
tatis. Scribo etiam inclyto Collegio Cardinalium, vt ab eo
accipiet S. V. Quam deus optimus Maximus in statu foeli:
cissimo augeat et conseruet. Datē Augustē Vindelicorum,
XXX. die mensis Octobris Anno M°. D°. XXX°

exausa.
; cum
alteri:
ros. Te:
nstitu.
latio.
dum ze:
V. ze.
habere.
ri, ad
decet.
Quanis
eorum
deun:
rum
ssi vti:
rebor
cona.
issima
mus. D.
plem.
de re
us in.
do obse.
Q má
necessi:
vt ab
u foeli:
rum.
XX





Annus domini
.1531.

190.

C
ner
sub
ad

[illegible]
insp iam
d. Regi
consultar
rum de s
habita
. volue
. sum ph
si nobis
umr a
in pertur
no exor
confran
pmore :
nlior q3
mus ex

Conuentus Regni generalis indictus in Petrcow sub finem anni 1530 ad diem Sancti Andree Apostoli.

Lrē ad Consiliarios maiores Regni

SIgismundus Rex. etc.

Mag.ce sincere nobis dilecte. Nescimus uera ne infelicitate vel cuiuspiam alterius accidat, quod per omne tempus quo munus gubernandi Regni suscepimus, Conuentibus quotannis celebratis, et communi consultatione, cum de prohibendis submouendisqz a predatione hostibus: tum de stabiliendis militaris disciplinae et domestici ordinis rationibus, habita, nihil tam certi et diuturni unquam uel excogitare, vel instituere voluerimus, quo et Regnum in tranquillitate seruari, et nos a crebra et sumptuosa Conuentuum congregatione liberari potuissemus, quae res si nobis prius illis commodioribus temporibus fuit, ut debuit, molesta, nunc certe et viribus corporis debilitatis, et rebus Christianitatis nimia in perturbatione constitutis, longe molestissima existit; Ut enim ab initio exorsi rem ad extremum perduramus, et cum primis nouissima conferamus: nullus posterior annus reperitur, qui non acerbior priore: neqz dies insequens, qui non antecedente calamitosior difficiliorqz regno n̄ro contingat quod et Sinceritati tue apparere credimus ex preteritis duobus Piotrcowien et Cracowien Conuentibus pro:

xime se consequntis: In quibus post multas deliberatões de salu:
taribus remediis habitas, neqz communi paci et defensioni regni vlte:
rius qz ad vnicum hunc annum, qui iam preterit, est prouisum:
neqz aliquid certi tam de monetę correctione, qz de fundorum esti:
matione perficienda constitutu, et nos vicissim idipsum partim ex
his ipsis maioribus et varijs consultationibus, partim ex Thartari ho:
stis nostri perpetui ruinibus, tum demqz ex vicino illorum Regum discor:
diis Belliqz continuis, facile perspicimus, cogitatione nobiscum re:
putan, quid difficultatis et periculi in se res hec contineat: qd ab ali:
quot annis nullo federe cum Tartaro habito, neqz modo certe defen:
sionis in Regno constituto, mittendis tantummodo et accipiendis lega:
tionibus, solisqz (ut ingenue fateamur) verbis illum extraximus
ab inferendoqz nobis bello continuimus. Etenim quto ille magis
fame est extenuatus, qutoqz diutius et preda et donatiuo nostro frau:
datus extitit, tanto vicissim et infensior ipse nobis timendus est: et ip:
sius in Regnum irruptio validior calamitosiorqz metuenda. Istud vero
inter Reges Hungarie funestum et miserabile Bellum, qutam nobis sol:
licitudinem et terrorem cum dolore coniunctum afferat, vix satis aliquis
existimare possit. Videntes enim qz nobis propinquum sit incendium, ad
quod extinguendum, si huc (quod deus auertat) aliquo pacto trans:
feratur, vires nre non essent suffecture, continere nos non possumus,
quin grauia discrimina meditemur, et presentaneum aliquod malum
timeamus. Atqz cum ita nos distenti hac multarum suspicionum cura
essemus, Videremusqz in tot tamqz multis malis communem consultatõz
sume et mature necessariam esse. Conuentum Regni gnalem in Oppido
nro Piotrkow ad festum Sancti Andree apli proximum indicendum
duximus, et indicimus, quem particularis in
feria et communis terrestris
in feria de more
precedent. Hortamur itaqz tuã S. Vt primum ad Conuentum par:
ticularem in et communem terrestrem in
vbi de eligendis idoneis et cum plena facultate Nunctiis operam fa:

erit, dominum ad generalem Piotrcouien. ad tempus designatum venire non moretur. Ut illic vna nobiscum et cum aliis Consiliariis nostris pro fide et prudentia sua oportune que opus sunt consulere, et exequi possit. Et bene valeat tua S. Datum Cracouie die Sancti Calixti. Anno domini. M.° D.° XXIX.° Regni nostri Anno XXIII.°

Commissio propria
Regie Maiestatis

Sigismundus primus Rex Polonie.
Consiliariis minoribus.

Generose fidelis dilecte. Non ignorat tua f.tas in postremis duobus Piotrcouien. et Cracouien. Conuentibus multa que ad vtilitatem Regni in deliberatione erant proposita et aliqua inchoata imperfecta remansisse, et defendendi regni ratione non vlteriorem quam ad presentem annum diuctam esse. Namque et defensio longioris temporis, quemadmodum et monete correctio atque fundorum estimatio, quo pacto perfici debeat, in aliud tempus est reiecta. Nos vero visum et hoc memoria tenemus, et pericula partim a Tartaro cum quo nullum fedus, nullam pacem conditam habemus, partim ab his vicinorum Regum bellis incumbentia mente et animo consideramus, reputantes nobiscum et Tartarorum impetus post tam longam prede intermissionem, regno vbi contingant, grauiores, et angescentes in propinquo seditiones bellaque preparata, sub hac defensionis mala conditione periculosiora futura. Constituti itaque nos in ea periculorum imminentium cogitatione et metu animaduertentesque ad tot tamque presentia discrimina, communem et maturam deliberationem summe esse necessariam, Conuentum generalem in oppido Piothrcow pro festo sancti Andree proxime futuro indicendum duximus ac indicimus, quem particularis in feria et comitiis terrestris feria de more precedet, hortamurque tuam f. vt constituta prius in ipsis par:

ticulari Conuentu . . . . . . et communi terrestri

Ubi de eligendis Nunctiis Dominibus bonis operam suam faciat, deinum ad Generalem Piotrcouien ad tempus designatum venire non negligat nobiscum illic et cum aliis Consiliariis nostris super nego: ciis impendentibus consultura, pro fide sua et gratia nostra. Datum Cracouiae die xiiii Octobris Anno domini M° D° xxx°. Regni nostri anno xxiiii°

Ad propriam Sacrae, Regiae Mtis mandatum

Legatio ad Conuentus particulares.

Post dictam et nunctiatam gratiam Mtis Regiae tam dignitariis quam Proceribus Regni et oblatas fidei lras dicendum.

Maiestatem Regiam non dubitare cuilibet D. suarum satis perspectum et co: gnitum ex preteritarum rerum experientia esse, quia defendendi Regni ratio que communi deliberatione et consensu omnium instituitur, tanto plus ad pacem, et tranquilitatem conducere soleat, quanto tempestiuius procu: retur, Quod ut ita fieret, et ut quoque necessitas consilio oportuno pre: ueniretur, post suscepta Regni gubernacula semper et diligentissime pre: stare Mtas sua quantum in se fuit curauit.

Nunc vero etiam ne et sibi et suis Mtas sua, in hac temporum pertur: batione, et statu rerum periculoso deesset, Conuentum Regni sui Gene: ralem maturius quam potuit Piotrcouiae indixit, vt ipsi priusquam super: ueniat aliqua necessitas, certus aliquis defensionis modus statuatur.

In superioribus enim proxime preteritis duobus Piotrcouien et Crac Conuentibus, quod D. suis notum est. Defensio nulla longior quam

ad vnicum huic annum qui preterit, fuit constituta, quam tamen diu: turniorem fuisse constitutam et M.tas sua optabat, et impendentes pluri: me difficultates nunc desiderare videntur

Namque preter correctionem iurium fundorumque estimationemque et alia domestici ordinis negotia, que remanserunt imperfecta adhuc, multam sollicitudinem M.ti sue affert Thartarus, inimicissimus hostis, quem M.tas sua hoc tempore tanto grauius sibi, et regno suo infensum esse suspicatur quanto ille quoque diutius, et predationes intermisit, et donatiuo omni quod predecessoribus suis quotannis pendebatur, frustratus extitit. Quam suspicionem M.tis sue et illud auget, quod iam supra aliquot annos nullo federe secum habito, legationibus tantummodo illum et promissis distinuerit

Terrent preterea M.tem suam vicina et perniciosa bellorum incendia, intestinaque Principum Christianorum dissensiones, a quibus quomodo tutari et seruari illesum Regnum possit, ex communi consilio rationes querere M.tas sua decreuit

Ad hec accedit Woiewode Moldauie non tam infida federum percussorum obseruatio, quam proterua et longe iam etiam insolentissima iniuriarum prouocatio. Non satis enim habens quod sui multa latrocinia atque furta in terris M.tis sue impune perpetrarunt, et ille ipse sit oculte semper M.ti sue insidiatus, nuper etiam petulanter per Nuncium suum terram Colomiensem, quam ad se pertinere pretendit, repetere a M.te sua non est veritus. — M.ti sue est grauissimum, De inferendo bello M.ti sue cogitat, et ut est, ad M.tem suam nuper nunciatum copias cogit, atque exercitum recenset. Dicendum preterea esse etiam et aliud, quod M.tis sue animum magna cura et molestia distrahit, nempe id quod proxime in Conuentu Imperiali Augusten., in preiudicium M.tis sue et Iurium Regni, item etiam in preiudicium Ill.tis domini Alberti in Prussia Ducis, sit electus et designatus nouus Magister ordinis Theutonicorum. Cui Ser.ius

Carolus Romanorum Imperator Prussiæ terras in feudum concessit. Quas quidem terras quia M.tas sua iampridem assentiente domino Duce in eum ordinem et condicionem redegerat, Ut ille nemini alteri quam amplius præter M.tem ipsius et successores eius, Poloniæ Reges, Iure feudi obligati esse debeant, Putat ad officium suum pertinere Ut provideat quo pacto immunitas terrarum prussiæ conservetur, et Dominus Dux Albertus a Vi et impugnatione quam supradictus Magister contra illum parare dicitur defendatur

Quare hortari M.tem Regiam D. suas ut diligentissime in commune consulant qua ratione his multis et præsentibus malis occurri possit, Utque amicos viros graves et rerum peritos atque prudentes cum plenissima potestate ad Conventum Regni generalem eligant, cum quibus et dominis Consiliariis suis, M.tas sua de omnibus Reipub. periculis et impedimentis, consulere possit Ut et ipsa optat, et temporis conditio atque necessitas præsens postulare videntur. M.tem enim suam vicissim curaturam esse, Ut neque ab officio, neque a diligentia aliquid in se desiderari in his rebus possit, Quandoquidem nihil apud se charius vel optatum magis habeat quam ut Subditis pacem et tranquilitatem comparet Ut illos in concordia, Iusticia, et equitate dirigat, et imperio suo salvos et incolumes conservet

Legatio ad Conventũ Prussię.

Post dictam et nunciatam gratiam Maiestatis suae, et oblatas fidei literas dicendum: Maiestatem suam non dubitare Vnicuique dominorum perspectum esse, quanta cura et diligentia Maiestas sua elaboraverit, cum antea semper, tum his proxime preteritis Conventibus, vt ad tuendum stabiliendumque Regnum et dominia sua, certus defensionis modus excogitari statuique potuisset quo et Maiestas sua et Regnicolę, Caeterique Provinciarum Subditi, protecti iam tandem aliquando a sollicitudine et cura liberi essent ac in tranquillitate et otio securi viverent, Id tamen neque prima neque postrema hac diligentia efficere adhuc potuisse, nescitur facto ne cuiuspiam, vel fatis potius aliquibus impedientibus quam rem esse quidem Maiestati suae ob impeditum et vacillantem regni sui statum molestam: Sed ob pericula in quibus propter hanc defensionis incertitudinem Regnum et Maiestas sua est constituta longe molestissimam et gravem.

Terrere enim Maiestatem suam Tartaros, qui neque foedere, neque munere vllo ab aliquot annis per Maiestatem suam deliniti, tanto infensiores illi et regno suo sperandi sunt, quanto diutius foedere, donativo, et praeda caruerunt

Terrere praeterea vicina ardentia et exasperata bella, regnique et Principum intestinas et domesticas dissensiones a quibus tanto praesentius discrimen esse censet Maiestas sua metuendum, quanto propinquius iam ad fines Regni accedere noscuntur.

Postremo vero etiam et maxime terrere, quod audiat in proximo Conventu Augustensi Serenissimum Carolum Imperatorem, in gravi tam sui quam Illustrissimi domini Alberti in Prussia Ducis praeiudicium, novum

quendam ad ordinem Teutonicorum elegisse Magistrum, eique terras Prussie infeudasse. Censet enim Mtas sua rem haud sine difficultate fore non posse, si is nouus Magister ita ut palam iactitat armis terras Prussie repetere a domino Duce voluerit, quem Mtas sua iam ante cum terris ipsis in tuitionem suam recipere dignata est

Quare istis et aliis difficultatibus perculsam et permotam Mtem suam, Ut maturius sibi et Subditis suis aliquo oportuno consilio prouideretur, Conuentum Piothrcouie pro festo Sancti Andree instituisse dicendum erit In quo ne Mtas sua quicque in consultis prius illarum etc. statuere velle uideatur, presertim quod ad res istarum terrarum attinet, hortari illas ut istic prius inter se conferant et consulant quo pacto Mtas sua his omnibus periculis et noui Magri conatibus resistere, et prouidere debeat, Deinum ad ipsum generalem Conuentum Piotrcouiam se conferant, Consulture illic cum Mte sua, et aliis dominis Consiliariis Regni de his omnibus que necessaria ac oportuna videbuntur

C

Vniversis
orumque
temporibus
et pres
[illegible]
[illegible]
nati et
difficulta
cum Sanct
[illegible]
consulere
facultatibu
gualem
transi gn
[illegible]
[illegible]
et ne [illegible]

In prim
seu Cimet
et secular
communis
proxum
valle, ali
duas ten
minia [illegible]

Contributio publica pro defensione regni

Sigismundus Rex Polonie

Vniversis et singulis Cor^is et Secularibus Consiliariis Regni nri. utriusq3 Subditis nostris tam terrestribus q3 Ciuitatum et Opidorum honoribus et officiis insignitis, ad quos pntes lre nostre peruenerint et presertim in palatinatu   et districtibus eius co- sistent, Sincere et fidelibus dilectis. Salutem et graciam Regiam. Rmi ac Rndi in Cristo pres, Necnon magci, Generosi, Nobiles, fa: mati, et Prouidi, Sincere et fideles dilecti. Subortis nouis reipub. difficultatibus in terris nostris Russie, et exigente alia difficultate cum Tartaris, cum quibus nullum fedus, nullam certam pacem ha: bemus, necesse fuit tantis discriminibus diligencius q3 unq3 alias consulere, et prouidere. Volentes igr nos tempestiue hiis et aliis dif: ficultatibus et periculis reipublice consulere, indixeramus Conuentum gnalem Piotrcouie ad festum diui Andree Apli, quem commodu transegimus, In quo communi omnium, tam Spiritualium quã Se: cularium Consiliariorum nostrorum et Nunciorum terrestrium consi: lio et voluntate, Contributiones infrascriptas pro defensione reip: et neruo belli statuimus et decreuimus.

In primis et singulis mansis seu laneis agrorum quos singuli Coloni seu Cmethones villarum tam nostrarum quam omnium spiritualium et secularium subditorum nostrorum colunt et possident, viginti grossi communis et usualis monete secundum antiquas quittancias contribuentur quorum medietatem, hoc est decem grossos soluet dominus et possessor ville, aliam vero medietatem, hoc est, alios decem grossos Colonus ad duas temporis ratas infrascriptas. hoc est, duodecim grossos pro do: minica Letare proxime ventura, Octo vero grossos residuos pro festo

Sancti Bartholomei proxime venturo.

Nobiles vero qui Colonos seu Cmethones non habent, solvet quilibet eorum de quolibet Laneo suo seu manso duodecim grossos, sex gross. videlicet pro dominica Letare proxime ventura, et alios sex gross residuos ad festum Sancti Bartholomei superius expressum. Illi vero Nobiles qui Predia non Laneos habent, computatis istiusmodi prediis in Laneos seu mansos solvent de quolibet laneo seu manso duodecim gross. de medio laneo seu manso sex gross. et reliquum de quantitate laneorum seu mansorum. Ubi autem duo, tres, aut quatuor pauperes Nobiles unum laneum seu mansum colunt, solvent omnes simul de huiusmodi uno laneo seu manso duodecim gross. alias, quisque illorum solvet secundum quantitatem agri et portionem lanei seu mansi medietatem videlicet pro dominica Letare proxima, et aliam medietatem pro festo Sancti Bartholomei supra expresso

Similiter Advocati et Sculteti, non habentes Colonos seu Cmethones solvent de suis Laneis seu mansis per unum fertonem. Advocati vero seu sculteti Cmethones habentes solvent ita ut alii domini de censu suo per eorum Cmethones solvi eis consueto, per decem gross. de quolibet manso et coloni seu Cmethones ipsorum solvere etiam tenebuntur per decem gross. de quolibet manso, secundum antiquas quitantias ita ut Cmethones aliorum dominorum, et ad ratas supradictas

Item Civitates et Opida tam mea Regia quam Subditorum nostrorum Spiritualium et Secularium in toto Regno nostro exactionem Civilem quam Schosz vocant unam cum media, et sextam unius integri partem iuxta antiquas quittancias solvent, et contribuent. que quidem Civilis Exactio, integra solvi debet per easdem Civitates et Opida pro dominica Letare proxima, medietas vero eiusdem Exactionis Civilis et sexta pars unius integre supranominata contribuetur pro festo Sancti Bartholomei

Que autem Ciuitates et Opida libertatem habent a Ciuili Exactione nihil contribuent, Idem de villis vastatis, exustis, et libertatem habentibus, que non soluunt census dominis suis, est intelligendum ita quod Incole huiusmodi villarum liberi sint et esse debeant a solutione contributionis, in presenti Conuentu institute

Item contributio Ceruisie, vini, medonis, malmatici, muscatelli, Czopowe dicta, in hijsdem Ciuitatibus et Opidis, ac etiam tabernis villarum tam nostris quam Subditorum nostrorum, Spiritualium et Secularium, incipiendo a festo Annunciationis beate Marie proxime venturo, ad integrum annum à singulis Ceruisie coctoribus more solito solui debet, Ex quibuscunque brasiis fuerit eadem Ceruisia cocta, siue brasia ipsa sint Ciuium et dominorum, ex molendinis prouenientia et emensurata, siue domi facta

Item etiam à Ceruisia quam domini et Nobiles ex brasiis suis coquunt seu braxant, et illam dant ad propinandum suis tabernatoribus, ab eadem Ceruisia exactionem ducillorum ipsi Tabernatores et quisque eorum per sex gross. soluet, ac etiam de Ceruisia externa, que de externis regionibus et ducatibus, nobis et regno nostro non subiectis ad ipsum regnum nostrum ducitur vt Swidniczensis, Beschen, Bernoviensis, et alia quaecunque, Contributio ipsa Czopowe soluatur, Qui vero Nobiles Subditi nostri pro sua domestica necessitate et vsu proprio coqui faciunt Ceruisiam in Ciuitatibus et Opidis, contributionem Czopowe ab illa non soluent, Si autem illam ad propinandum suis aut alienis tabernatoribus dederint, soluere ab illa Contributionem ipsam Czopowe tabernatores tenebuntur

Item Tabernatores hereditarii, siue sint dominorum, siue Aduocatorum, seu sultetorum, qui agros habent ab illis contributionem soluent iuxta agrorum quantitatem, hoc est de singulo laneo seu manso pro prima ratha predicta decem gross. de medio laneo quinque gross. et reliquum de quantitate Laneorum, Exactionem vero ducillorum à singulis cocturis Ceruisie more

consueto soluere nihilominus erunt astricti. Alii autem Tabernatores mamales, qui aduectitiam propinant Ceruisiam, sex gross. semel hoc anno ad duas rathas soluere debent, Et hij contributionem Czoporwe non soluent cum non coquant Ceruisiam, sed aliunde illam ad propinandum adducunt

Item molendina omnium Villarum tam nostrarum, quam Subditorum nostrorum Spiritualium et Secularium, que poisrobne vocantur, mamales seu annuex: sarios molendinatores habentia ex singulis rotis sex grossos soluent, Que vero molendina deserta sunt et in eis frumenta non moluntur illa seu illorum molendinatores nihil soluent, Hereditarii vero molendinatores dictarum Villarum et soliusos ex singulis rotis molendinorum suorum, que valne dicuntur, duodecim gross. persoluent, ad ratas temporum supradictas videlicet gross. sex pro prima et alios sex gross, pro vltima rathis

Item molendina brasiatoria et hereditaria aquatica et equestria, in omnibus Ciuitatibus et Opidis more veteri taxata, et secundum antiquas quittantias contributionem, vnam cum media, et sextam vnius integri partem, qui Szoss dicitur integram videlicet pro dominica Letare et mediam cum sexta vnius integri parte pro festo Sancti Bartholomei proximo persoluent

Et similiter illa molendina quorum tertias mensuras Tenutarii bonorum nostrorum regiorum exemerunt et illas a se emptas seu in summis pecuniarum obligatas tenent, ad vsum et vtilitatem suam, soluent Contributionem que Szoss dicitur sicut reliqua omnia molendina in regno seu illorum molendinatores eam soluere solent, contraria consuetudine que corruptela potius dici debet penitus non obstante

Quorum autem molendinorum nostrorum tertiam mensuram Capitanei nostri de mandato nostro, et pecuniis nostris redemerunt ad nostram vtilitatem ex illa nihil solui debebit

Minerarii vero officine, al's ferrum facientes et serre hereditarie ex singulis rotis duodecim gross. solvent. Annales autem officine minerarii, et simile annales serre hoc est locate seu conducticie a qualibet rotha sex gross. me: dietatem vero pro prima ratha, et medietatem pro secunda rata solvere de: bebunt.

Item molendina ventilia hereditaria duodecim gross. Illa vero molendina ventilia, que anniversarios molendinatores habent, sex gross. solvent, ad ratas duas temporum supradictas, hoc est medietatem pro dominica Leta: re proxima, et aliam medietatem pro festo Sancti Bartholomei

Item Sacerdotes Ruthenj, qui popones vocantur ex singulis Ecclesijs et Sinagogis mediam sexagenam grossorum solvent.

Protopopones vero al's Namiesthniczi, per duos floren^os^ in moneta solvet.

Item Valachi ex singulis laneis integris si illos habent vel areis, que dwo: rzissza dicuntur, duodecim gross. solvent, et qui agros non habent, a sin gulo centenario ovium, similiter duodecim gross. persolvent, sex gross. pro prima, et reliquos sex gross. pro secunda ratha, superius expressa

Ut autem supradicta ordinatio, in exigendis eisdem contribucionibus facta debite executioni demandetur
in Palatinatu et districtibus eius exactorem designavimus et constituimus presentibus litteris nostris. Qui quidem Exactor fa: ciet racionem distincte demonstrando singillatim quantum ex Contribucione Lanea: rum, quantum ex Civili Exactione que Szosz dicitur, quantum ex Czope, et quantum ex Nobilibus pauperibus, qui Colonos non habent, perceperit, et Thesauro nostro intulerit, Ut sciri possit, que summa pecuniarum ex una quaque contribucionum predictarum colligatur. Mandamusque ut pro desi: gnatis temporibus in manus prefati Exactoris easdem Contribuciones per solvere curetis.

VOBIS vero Capitaneis, quorum interest, mandamus, ut prefato Exactori nro pro ratis supra expressis sub penis ad hoc constitutis, absque cuiusuis more et dilacionis interuentu de dictis contribucionibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis, et vos ipsi respondeatis, negligentes vero in soluendo et contumaces, per pignoraciones et alias penas solitas ad soluendum easdem contribuciones compellatis, pro officio vestro et gracia nostra facturi. Datum in Conuencione generali Piotrkouiensi feria tercia post festum Circumcisionis domini. Anno ab eius Natiuitate M° D° xxxi° Regni nri Anno xxiiii°.

Ad mandatum Sacre
Regie Mtis proprium

fato Cu.
absq3
vos
gligentes
solitas
et gratia
tia tertia
O.

Sacra Reg

gratias, p

s illi cu

valetudine

uria vo

sua viris

uge sua

rupere ma

Caeterum q

hostibus

tissimo id

Nempe in

rionem p

me Con

cum illis

reprimati

plissime

Quoniam v

sitate con

consuetudi

superflua

consonanti

gis in ill

it Consi

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum Alberto Duci Prussie Marchioni Brandemburgensi. Petrcouie sub Conuentu generali: in prima salutatioe regis.

Sacra Regia Mtas Illme Princeps. Ingentes agit et habet Illti vestre gratias, pro tam studiosa, tamque amanti oratione, qua et salutare illius Mtem et illi cum Serma Coniuge et filio aliisque omnibus liberis bonam valetudinem et prosperos in omnibus successus precari Illtas vra in presentia voluit. Quam valetudinem et felicissima queque omnia Mtas sua vicissim Illti vestre ex animo fauet, et ut illa, etiam cum Coniuge sua charissima giocundissime fruatur, ita optat ut preterea nihil cupere magis videatur.

Ceterum quod Illtas vestra dolere se ex animo declarat Mtem suam hostilibus Waiwode Moldauie iniuriis lacessitam esse. Mtas sua gratissimo id animo suscipit, et singulares ob id Illti vestre agit gratias. Nempe intelligit ab summo Illtis vestre erga se amore eam declarationem proficisci. Quod ad hostem Moldauum attinet, Mtas sua, quando nunc Consiliariorum suorum habet copiam nihil dubitat se inituram cum illis certam et celerem rationem, qua et impetus fidefragi hostis reprimatur et audacia eius cum gloria Mtis sue et totius Regni amplissime vindicari et coerceri possit.

Quoniam vero suadentibus Consiliariis et exigente domestici ordinis necessitate constituit Mtas sua, primo quoque certo et commodo tempore iura, consuetudines, priuilegiaque Regni publice recensere, et in illis vel que superflua sunt amputare, vel que desunt adiicere ut equa sit omnium consonantia et modus, censuit Mtas sua causam et rationem eligendi Regis in illud quoque tempus differre, quo tempore, et ipsamet sua Mtas, et Consiliarii eius pntes, pollicentur se studiose curaturos esse. Ut

in suffragio eligendi regis eiusmodi honos Illti vestri habeatur, quem vel Illtis vestri merita postulare videbuntur, vel natio Polona, praestare sine praeiudicio poterit

Oratio nomine Alberti Ducis Prussie Marchionis Brandeburgen[sis] dicta coram Sigismundo primo rege Polonie: et cora[m] Senatu: in conuentu generali Piotrcouien[si] presente etiam eodem Duce Prussie.

· 19 Decembr · 1530

Et si Ser^me Rex atq3 potentissime monarcha, Ill^mus Princeps Dux Borussie, dominus meus clementissimus non ignoret: q3 sit molestum delicatis auribus eandem cantionem bis canere, vel etiam ridiculum, ut ait Flaccus, Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. Attamen quia Sacre vestre Regie M^tis atq3 reliquorum maximi Regni Polonie procerum, dominorum meorum clementissimorum animi, adeo sunt eius celsitudini perspecti: ut quiduis potius formidet, q3 Sacre vestre Regie M^ti atq3 ipsis proceribus hac in re molestiam parere. Presertim vero cum eius celsitudo non ultro hoc tentauerit, Sed Sacra Regia vestra M^tas sit iusserit, ut Serenissimorum Regum electionis articulum (quem deus opt: max: in longissima tempora conseruet) quantum ad eius celsitudinis personam attinet, in dissertationem reduceret. Proinde ut Sacre Regie v^re M^ti eius celsitudo supplex obediret, hanc ipsam prouinciam est aggressa. Et accedit, quod hoc negocium tam est Regno Polonie atq3 prouincie Borussie iuxta profuturum: ut res aliqua magni existimationis pre illo interim negligi queat. Vtar autem in principiorum non quidem temporis ordine, sed doctrine potius, atq3 id quod dicendum est, dilucide dicam et breuiter.

Ser^me Rex. Cum annis ab hinc plus minus quinq3, cuius medio, inter Polonie Regnum atq3 Borussie Ducatum conueniret ut Borussia Polonie monarcham feudi dominum agnosceret, atq3 Ducatus efficeretur, datum est a monarcha Ducatui inter reliqua Priuilegia, ut in omnibus Conuentibus, Comitiis, dietis atq3 sessionibus, primum Ducatus a Regia M^te locum obtineat, qui verba priuilegii cum forte

non nihil ambiguitatis contrahant: et inveniri possit aliquis, qui tam stricte interpretetur ut ducatus Borussiae in Regum designationibus officio suo non sit functurus. Rogavit eius celsitudo Sacram Regiam vestram Maiestatem anno praeterito, Cum Serenissimus Sacrae Regiae vestrae Maiestatis filius Sigismundus Augustus dominus meus clementiss: Rex coronaretur ut id quod hominum curiositate fieri posset ambiguum vel etiam obscurum, efficeretur a Sacra Regia vestra Maiestate planum ac lucidum vementi morbo occurreretur. Ubi cum Regni proceres, plerique abessent dilatum est in hac praesentem dietam negocium.

Porro etsi dominus meus clementiss: nihil prorsus dubitet sine longiore controversia futurum, ut eiusmodi interpretatio a Sacra Regia vestra Maiestate, atque Corona procerum fiat, Attamen non infrugiferum arbitratur ea quae tum in disceptationem venerunt uno atque altero adiecto, in memoriam repetere. Primum Serenissime Rex, dignata est Sacra Regia vestra Maiestas, per Reverendum dominum Episcopum Crac. dominum meum clementissimum promittere, eam ipsam Regiam electionem, domino meo clementissimo minime futuram fraudi. Quandoquidem repentina regni necessitas, atque singularis quaedam divina providentia, eam accelerationem peperissent. Propterea plerosque alios Regni proceres, qui tamen a Regia sede tam procul non abessent, hac ratione vocatos non fuisse, Quin etiam Regiam vestram Maiestatem hoc curaturam ut peculiaribus literis atque illis quidem signo Regio confirmatis ei periculo occurreretur, ne aliquem procerum ea res laederet. Id quod non sine verborum ornamento ab eius Reverendissima paternitate dictum fuit. Quo nomine Princeps meus clementissimus Sacrae Regiae vestrae Maiestati et Coronae Procerum supplex et enixe egit gratias.

Deinde verborum proprietas et natura hoc secum fert, Nam quorsum attinet in publicis Conventibus Comitiis, dietisque sessionibus, primum habere locum: nisi quia in Electione quoque Regia ille locus haberi debet! cum Electio sine Conventu, sine Comitiis, dieta et sessione minime fiat: atque hic maximus sit Conventus, haec maxima sint Comitia, haec

maxima sit dicta et sessio, Nam ut Juris Consulti loquuntur, quecunque denominatio fieri debet a potentiori L. loquitur ff. de statu hominum. Neque patitur Princeps meus clementissimus se hic premi, quia non loquitur privilegium generaliter; si quidem tantum potest indefinita, iuxta dyalecticorum et Juris consultorum sententiam, quantum universalis et loquitur Regia dignatio pluratiue, atque Celsus Juris consultus in L. si cui ff. de servitutibus praecipit, Ut quemis verba sive legis sive privilegii Civili quodam modo interpretari debeant, et ut Graeci uno verbo exprimunt [illegible] L. iii. ff. de conditione triticaria. Alioqui etenim si tam anxie interpreteris, et ad unum quodvis verbum referas, quid est aliud futurum, quam ut singule leges, singule verborum structure, universa denique familiaria colloquia, temeraria interpretatione corruant; Praeterea hic quod Jabolenus in L. iii ff. de constitutione Princip. ait Beneficium Principis sive Monarche quod a divina eius benevolentia proficiscitur, quam latissime interpretari debere, Quin etiam non ignorat Princeps meus clementissimus eam verborum interpretationem a Principibus Prothonotis, et pacis inter regnum et Ducatum Conciliatoribus, innovationis atque infeudationis tempore palam factam esse, videlicet hec verba, qui forte in alteram tantum partem interpretari in eum modum sine omni controversia interpretanda esse, ut non solum Locum Consiliarii in publicis Monarchie Comitiis atque dictis, Sed privilegium quoque Electoris complectantur, Esse insuper moribus receptum, et longa consuetudine inveteratum, Ut omnes palatini, Castellani, atque reliqui Regni Proceres eiusmodi Electionis privilegio gaudeant.

Qui autem erit invidia tam iniquam expectare interpretationem, atque prohiberi quominus Illustrissima eius celsitudo eiusmodi communi privilegio sive beneficio quod debetur, iuxta summis ac infimis, utatur! Et accedit quod sic se habet reliquorum sive Principum, sive Monarcharum electio: Canonici eligunt Episcopum, Proceres Regem, Electores Romanum Caesarem, Cardinales Romanum Pontificem, atque adeo ii qui iunctis

monarchę cingunt latus, atqz sint ei in rerum summa à Consiliis, Et
quispiam audebit dicere regnum Poloniȩ ab omnium regnorum atqz
monarcharum inveterata consuetudine, contra equitatem atqz communem
sensum degenerasse? quale Regnum quesierit curiosus ille interpres no
in Europa, non in Affrica, non in pia Asia, Sed apud Antipodas; Pre:
terea demus aliquid interim curioso illi interpreti, vt secundum strictã
juris rõnem hanc interpretationem faciêt, Tamen hoc cum equitate
pugnat, vt vno in loco ponat aliquis onus, atqz non etiam juxta bene:
ficium, quantum autem habeat oneris impensarum atqz molestiarũ
singulas Regni Dietas visitare, nemo est, qui non videat, modo habeat
oculos, Jam demat aliquis Illmo Principi eligendi Beneficium, quid
aliud efficiet, qz vt bovi triturantj contra divinum preceptum, os
obliget, scilicet ut trituret, non autem vt manducet, quem onero, hunc etiã
honoro inquiunt juris Civilis interpretes per. L. ab eo, C. De fidei
commiss. Judex autem non strictam juris rõnem sed equitatem ante ocu:
los habere debet. L. quod si Ephisi. ff. de eo quod certo loco, l. placuit
C. de iudi, atqz hec est ἐπιεικὲς illa Aristotelica a veteribus
tantopere laudata, quod nisi ita fieret, innisse ille exclamationes oriren:
tur, Summum ius, summa iniuria, summa malicia, summa Crux,
et vt Salomon ait, qui nimium emungit, elicit sanguinem, neqz ablu:
dit, quod Theodosius et Valentinianus Imperatores in L. non dubium
C. de legibus inquiunt, Non dubium est eum committere in legem, qui
legis verba amplexus, contra legis nititur volumtatem, Hec fortassis
Serenissime Rex duriora videri queant, qz decorum pntis scenę requirat:
at vero necessitas ipsa, que legem non habet, hoc exigit, atqz Illmus
Princeps neqz cum Sacra Vrã Regia Mte, neqz cum Corona procerũ,
sed cum Curioso illo interprete disputat, qui quanquã hodie non inveni:
atur, tamen fieri potest, vt inter triticum aliquando lolium succrescat,
vel apud posteros. Insuper cum concordia et equalitate parvę res crescãt,
discordia vero maxima dilabuntur, Vt ait Crispus Salustius: que poterit
esse maior equalitas, qz inter regni proceres onera simul et beneficia
ex equo partiri: qua via, magna invidia que est discordiȩ mater, decli:

nari potest, que cum grassatur, nihil sincerum, nihil integrum, nihil in suo statu saluum permanere permittit, Id quod non sine magno periculo Regni potest accidere, Et dum manus digladiatur cum brachiis, torax cum ventre, pes cum tibiis, sicut Caput quoque misere contabescat. Nota est historia Changuim Chan primum Tartarorum Imperatorem moribundum commorasse duodecim filios atque robustiori fasciculum telorum colligatum porrexisse, iussisseque, vt eum infringeret, Iuuenis cum aliquandiu tentasset, neque quicquam profecisset, tradidisse Changuim secundo, mox tertio atque subinde reliquis. Cumque nihil esset effectum, eduxisse Changuim ex telis vnum atque infirmiori infanti adhuc idem iubens tradidisse, et cum is sine negocio quassaret atque infringeret, eius exempli admonuisse charissimos liberos. Filioli inquiens vidistis quod robustissimos ex vobis iuuenis colligato fasciculo non potuerit nocere, infirmus vero hic infans aduersus vnicum telum satis potuerit esse firmus, Cogitate tum amicis vestris si concordes permanseritis, quantum vallum vos cingat, quibus municiones tueantur. Rursus si se alius ab alio separauerit, quod possit ei esse periculum etiam ab infirmissimo, Fuit id profecto exemplum sapientissimi atque solliciti patris dignum quod in parietibus pingatur, in libris scribatur, in publicis concionibus recitetur, atque adeo quod nulla vnquam vetustate aboleatur. Haec non ideo dicuntur Serenissime Rex quod ex ea inequalitate aliquid eiusmodi necessario consequatur et accidat, Sed quia facile possit accidere, Et non solum quoduis damnum a prudentissimo quouis caueri debeat, sed et quoduis periculum. Taceo hic, quod Illustrissimus Princeps dominus meus clementissimus, hac ratione in officio beneuolencior detineri queat, multum autem refert ~~audens~~ solens an inuitus aliquid facias, tuum absoluas pensum, an aliquid etiam vltro adiicias, maxime in tam arduis et vrgentibus negociis vbi non solum res et facultas agitur, Sed et anima et vita in discrimen coniiciuntur. Postremo non putat Princeps meus clementissimus aliquem ex Proceribus inueniri qui cum eius celsitudine hic pugnet, presertim cum haec equa, iusta, atque necessaria interpretacio nemini possit incommodare, Dominus Vlpianus, in L. in creditore ff. de euictionibus, Equum inquit videtur

hoc saltem prestare aliquem, quod sine dispendio futurum est. Quale autem sit dispendium reliquis Proceribus, si Princeps meus id quod ei iure atque multis nominibus debetur, consequatur, nondum video, nemo cum alterius iactura, communem solem intuetur, communem aerem haurit, communem aquam bibit, communem terram calcat. Porro quod a Rmo domino Epo Ploczen, domino meo clementissimo, eodem tempore Sacre Regie vestre Mtis nomine obiectum est, collectionem clementissimi mei Principis ab exemplo factam minus vigere, et duces Slesie sint quidem Regni Bohemie Principes, neque tamen Serenissimi Regis ferdinandi eius electioni interfuerint, et dux Masovie fuerit Regni Polonie Princeps, neque tamen ad electionem Regiam unquam fuerit vocatus, et magnus Magister ordinis Teutonicorum fuerit Regni Consiliarius, neque tamen ad electionem fuerit vocatus, nihil est quod cum hoc proposito pugnet. Primum quia luce hac meridiana sit clarius duces Slesie Regis Ferdinandi electioni, quantum ad Regnum Bohemie attinet, palam contradixisse, atque pro eorum iure impetrasse ut denuo eligerent, Sed permittamus interim exclusos fuisse, at vero inquit Iurisconsultus in L. Sed licet. ff. de officio presidis, non tam spectandum est, quid Rome factum est, quam quid Rome fieri debeat, Deinde quia Dux Masovie nunquam voluit Regem Polonie dominum feudi agnoscere, sed gloriatus est hactenus de Romano Caesare Monarcha, neque fuit unquam a Rege Polonie, quod Princeps meus fecit, aliqua solemnitate investitus. Postremo quod Magister ordinis dispari ratione et ut sic loquar extra ordinem, se Polonie Regno subiecit, Illustrissimus vero Princeps dominus meus clementissimus Vasallus Regni factus est: atque non veretur cum Sacra Regia Mte cum Corona Procerum, id tamen quod deus opti: max: avertat, etiam extrema experiri.

Que cum ita se habeant Serenissime Rex atque potentissime Monarcha primum ut Sacra Regia vra Mtas Illustrissimo Principi domino meo clementissimo promiserit electionem nuper factam eius celsitudini minime futuram fraudi, id ipsumque peculiaribus litteris confirmaturam verborumque

proprietas et iusta interpretatio hoc exigant : eamque interpretationem
Principes Prutenie fecerint, atque hoc ipsum reliquorum monarcharum
exempla doceant, et equitas ipsa non aliter lesbia regula strictam iuris
rationem in quovis negocio vincat. Deinde ut eiusmodi equalitate serva:
ta inter Regni Proceres, (relegata ad Cornos invidia) non granatim
concordiam retineri queat, que quantum in omni re valeat, moribundi Tar:
tari docent exemplum. Insuper ut non possit aliquis inveniri, qui con:
tradicat, propterea quod hec interpretatio neminem Procerum ledat, non aliter
quam cum communis sol conspicitur, communis aer hauritur, communis aqua
bibitur, communis terra calcatur. Postremo ut neque Slesiae Principum, neque
Masovie Ducis, neque ordinis Magistri exempla obstant, ex separatis namque
non probe colligitur. L. Papinianus ff. de minorib. Supplicat et rogat
Illustrissimus Princeps, dominus meus clementissimus. Sacra Regia Maiestas Vestra Serenissima
pro innata clementia atque benignitate, dignetur eius celsitudini eam inter:
pretationem facere, ut hec regni dignationis verba, que controvertuntur
in discrimen amplius non vocentur, atque non solum Consiliarii omnis per:
ferat, sed et electoris Regni polonie beneficium auferat, neque permittat
Sacra Regia Vestra Maiestas, ut eius celsitudinis inimici hoc nomine gaudeant
et exultent, et contra amici offendantur, perinde quasi hec Provincie
et status incorporatio plus oneris quam honoris eius celsitudini pepererit. Si
quid potest viris in Illustrissimus Princeps dominus meus clementissimus, quod
ad Sacre Regie Vestre Maiestatis Serenissime, ad dominorum Procerum Regni, ad
universe denique reipub. polonie, famam, dignitatem, proventum, atque
incrementum, augendum atque amplificandum faciat, dabit eius celsi:
tudo operam ut cum summa rerum, fortunarum atque proprii sangui:
nis iactura prestet.

F[illegible] pars orationis ex parte Ducis Prussie coram rege dicta

SER.me REX atque potentissime Monarcha. altera causa est propter quam Ill.mus Princeps dominus meus clementissimus voluit Sacram Regiam vestram M.tem accedere, Novit sacra Regia V.ra M.tas, Magistrum ordinis Teutonicorum in Germania, a Sacra Romani Imperii Caesarea M.te, in preteritis Comitiis Auguste vindelicorum provinciam Borussie, si diis placet, Vna cum magni M.gri titulo magna solemnitate in feudum accepisse. Preterea delegasse Principem meum clement.mum ad ea Comitia insignibus clarum virum Georgium Clingenberk eius celsitudinis Consiliarium, Vt Sacre Regie V.re M.tis Oratorem R.mum in Chro patrem dominum Episcopum Culmensem dnum meum clement.mum admoneret, si forte ordo aliquid quod vel Sacre V.re Regie M.ti, vel eius celsitudini, Regno Polonie, sive provincie Prussie, esset fraudi, molieretur, Proinde cum iam intellexisset Georgius Clingenberk futurum vt res hec agitetur, admonuit eo nomine R.mam eius p.rem: ibi quantopere eius R.ma p.tas invigilaverit, adeo notum est Sacre Regie V.re M.ti, vt latius explicari non debeat, Et cum eam diligentiam viderunt adversarii, factum est eorum falsis delationibus, Vt Georgius Clingenberk coactus fuerit clam abire nisi maluerit in dicta caussa in vincula coniici. Qui cum in hunc modum esset profugatus, atque audiret eam infeudationem M.gro ordinis magna solemnitate factam esse. Rescripsit Sacre V.re Regie M.tis Oratori eo nomine. Porro quid vltra in eam rem R.ma eius p.tas vel apud Sacram Caesaream M.tem impetraverit vel alias gesserit, Princeps meus clement.mus adhuc certior factus non est, neque tamen diffidit eius celsitudo, omnem operam, impensam atque omnem lapidem motum fuisse. hoc tamen scit eius celsitudo, ordinis M.gro a Caesarea M.te atque Ser.mo Rege Ferdinando etc. ingentes pollicitationes, quantum ad Prom:

riam Borussiae attinet arripissi, Insuper Castellanus factus est Principi meo
clementissimo quibus criminationibus atque calumniis Sacram Regiam Maiestatem
vestram, atque eius celsitudinem, nempe Regni Principem vasallum commenda,
tor Velmensis ex Livonia apud Sacram Caesaream Maiestatem in Hispania
annis ab hinc aliquot, suis literis detulerit. Idem quoque egerit nuper in die:
ta Augustensi per supplicem libellum novus ordinis Magister, quamque hoc
unum quaesiverit ut Caesaream Maiestatem Electores et reliquos Imperii Roma:
ni Principes, atque ordinem equestrem Germaniae, in Sacram Regiam Vestram
Maiestatem, eiusque celsitudinem, armaret, et quamque haec omnia clam et sine
arbitris acta sint, tamen hoc impetravit Georgius Clingenbeck, tametsi
si absens, per cognatos et amicos Illustrissimi mei Principis ut utriusque li:
belli acquireret exempla, eaque eius celsitudo Sacrae Regiae vestrae Maiestati sup:
plex offert. Quae cum ita se habent Serenissime Rex. Primum ut hic nuper
inauguratus Magister Borussiae provinciam sibi vindicet. Deinde magnas a
Caesarea Maiestate iuncta, et Serenissimo Rege Ferdinando etc. pollicitationes accepe:
rit. Postremo ordo ipse, cum in Germania, tum in Livonia, pessima
quaeque moliatur, Rogat Illustrissimus meus Princeps supplex et enixe
Sacra Regia vestra Maiestas una cum Reverendissimis Illustribus Magnificis atque Generosis
Regni Proceribus dominis meis clementissimis in medium consulat. Pri:
mum ut belli duces eligantur, deinde ut copiae conscribantur. Postremo ut
locus designetur ubi unus exercitibus alterum sit iuncturus. Si forte quod
Iesus Christus servator noster avertat, terra vel mari aliquid eiusmodi sit
inimici molituri. Neque permittat Sacra Regia vestra Maiestas, ut haec consul:
tatio perinde quasi non admodum necessaria negligatur, atque adeo di:
gnetur venienti occurrere morbo, Ne sero videant post aucta pericula cum
praesertim vero, cum hoc periculum non solum Borussiae provinciae, sed
et Regno Poloniae immineat, Sed ut ille ait, Tunc tua res agitur paries
cum proximus ardet. Si quid vicissim Illustrissimus Princeps dominus meus
clementissimus potest praestare, quod ad Sacrae Regiae vestrae Maiestatis Serenissimae,
ad reliquorum Procerum dignitatem augendam, atque amplificandam
faciat, dabit operam ut id praestet diligenter atque sedulo

Responsum a Sigismundo primo Rege Poloniae: Datum Alberto Marchioni Brandeburgen. Duci Prussiae Petrcoviae in Conventu.

Duo erant Princeps Ill.mi quae coram sacra M.ti Regia, Ill.ma D. V.ra, copiosis verbis et rationibus exponi fecit, unum de facultate Regis eligendi. Alterum de periculo quod terris Prussiae, creato per Caesaream M.tem novo Ingro imminebat.

Quod ad Electionem Regum attinet, optat in primis M.tas sua Regia persuasum habere velit Ill.ma D.o V.ra, M.tem suam cupere illi cum in ea re, tum in omnibus aliis commodorare et gratificari non solum necessitudinis causa, sed etiam quod illam erga se et Regnum suum ita integro animo propensam esse cognoscit

Sed et dominos Consiliarios M.tis suae, certo credat Ill.ma D. V.ra eius esse affectus et observanciae erga illam ut nihil non facturi simus eius causa quidquid per nos officii prestari posse indicatur

Verum quia negocium hoc ut insolitum est, et prorsus adversus iura huius Regni, Iuribus Caesareis M.tas sua neque subest, neque regit, Ita de illo sine toto Senatu, et Communi omnium consensu, nihil nunc M.tas sua nobiscum, qui ut Ill.ma D. V.ra videt pauci sumus, constituere potest, preter opinionem enim, et preter solitum accidit, quod tam multi Senatores absint. Alii egritudine, alii aliis negociis destricti.

Quare postulat M.tas sua ab Ill.ma D. V.ra, boni consulere dignetur quod in presens nequeat cum illa certi aliquid de hac re statuere vel etiam respondere cum id sibi neque liceat, neque integrum esse putet.

Et quidem si res ageretur tantum de persona Illrme D. vestre, que et Mti sue, et dominis Consiliariis omnibus est acceptissima minus haberet negocii et difficultatis, Verum cum vergat in exemplum et posteritatem adversus iura et consuetudinem regni, quin non nihil ardua et difficilis sit Illrma D. vra, pro sua prudentia satis considerare potest.

Quoniam vero exigente domestici ordinis necessitate, constituit Mtas sua Conventum regni sui generalem, primo quoque competenti tempore indicere et agere, ac in eo iura publica, et consuetudines recensere, ac formam et modum eligendi Reges iuxta consuetudinem dudum observatam statuere et prescribere. Dignabitur tamen tum Mtas sua huius petitionis Illme D. vestre deditam habere rationem, sperans quod illa vicissim pro sua erga Mtem eius observantia et amore debito nihil ab illa exigere conabitur, quod iuribus huius regni et existimationi Mtis sue officere posse videretur

De creato novo Magro, res quidem facta est preter omnem spem et expectationem Mtis sue, Sed cum Coesarea Mtas magis forte impulsa aliorum, quam sua sponte sit fecerit. Mtas sua, quod oportunum sit, nihil hactenus pretermisit, Nam et mandavit Oratori suo Rndo domino Electo Culmen. Vt in eam rem oculos haberet intentos, ageretque cum Coesarea Mte, ac premoneret que opus essent, Et nuper in Conventibus particularibus huius Regni Mtas sua rem ipsam omnibus Regnicolis declarari fecit

Nunc etiam Mtas sua consulit diligenter cum Senatu et Regnicolis suis, vt delectus fiant maiores et diligentiores solito, quibus in omnem partem hostibus Regni commode resisti possit, Nihilque dubitet Illma D. vestra Mtem suam more maiorum suorum et terras Prussie, et Illmam D. vestram, pro virili sua defensuram esse, neque passuram Vt ratione ipsarum terrarum aliquid difficultatis, et nocumenti subeat

Vestra etiam Illma Ꝺ. id quod pro solercia et vigilancia sua facit non cesset et conatus adversariorum pervestigare, et dom delectus et apparatus oportunos habere. Datum Piotrcovie die Innocentum xxix Decembris. Anno domini M°. D°. xxx°. Regni Regis Sigismundi xxiiii°.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien et Regni Vicecancell. Bone Regine Polonie.

Sacra Reginalis Mtas et domina domina clementissima. Post humilem servitutis et orationum mearum commendacom. Cum huc venisset Szczygmewski Cubicularius Mtis vre Serme et lras mihi reddidit Mtis vre et de optima illius valetudine me fecit certiorem qua utraque re nihil gratius iocundiusque mihi contingere potuit, et lras enim Mtis vre presertim que saluberima docent precepta libenter lego, et istiusmodi de bona Mtis vre valetudine nunctiis mirifice delector, pro qua assiduis dnum deum interpello precibus ut non magis diuturnam quam integram illi semper concedere dignetur.

Mtas Regia cum omnibus Consiliariis suis hic congregatis recte valet nisi quod animo paululum est molesto, ob tam inopinatam hostis moldavi in dominia sua irrupcom, quam tu molestiam cito verti in gaudium ego confido, quando in primis Mtas sua deinde et reliqui illius Consiliarii atque terrarum nunctiis ita in querendis ronibus sunt diligentes et studiosi, ut et suis promptum auxilium prestetur, et hostibus de illata iniuria cum gloria Mtis sue armis respondeatur, In quo quantum in me virium est, dabo pro parte et facultate mea operam, ne tam audax facinus hosti Mtis sue et tocius regni, impune remaneat, Consulamque et suadebo vigilanter, ut ad rei necessitatem facti quoque celeritas accedat quomodo omnium Consiliariorum qui erit progressus, Mti vestre tum declarare non negligam, quando melius res in disquisitiom consultatorum introducetur.

hactenus enim primordia consueta conventus egredi non potuimus pro:
pter externorum negociorum impedimenta, ad que non parvum cu:
mulum adiecit Illris d. Albertus in Prussia dux qui hodie huc est Piotr:
coviam ingressus . . . Comendo me rursus et servitutem meam Mti
Vre Serenissime, quam cum Serenissimis Regibus Coniuge et filio atque aliis
omnibus liberis, sanam, salvam et incolumem esse vehementer desidero.
Datum Piothrcovie die XVIII Octobris.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien et Regni Polonie Vicecancellarius

Bone Regine Polonie

Sacra Rlis Mtas et domina domina clementissima. Post humilem
servitutis et orationum mearum commendationem, quando huc veni,
reperi Sacram Mtem Regiam et benevalentem, et ut referebant animo
letam et hilarem. In crastino vero mei adventus quando ipse accessi Mtem
suam aliquantum turbatam esse cognovi ex nunctio quod prima luce eius
diei a domino palatino Sandomirien de Waiwoda Moldavie acceperat.
Scripsit etenim ipse dnus Palatinus Vaiwodam in terras Russie irrup:
tionem facere instituisse, et de obsidendis expugnandisque Castris suae
Mtis sibi finitimis cogitare. Quia tamen hec res in id tempus incidit,
quando Conventus hic agitur, et Mtas sua Consiliariorum suorum habet
copiam, fore ego confido, quod oportunis dnorum et totius Conventus co:
siliis, tam Mtis sue perturbationi quam terrarum Russie metus et
periculum cito avertetur, ego vero pro meo officio quantum in me et vi:
ribus meis erit suadere id et persuadere in medio omnium curabo, quod
in primis Mti sue Serenissime commodum et toti deinde reipublice utile
futurum arbitrabor. Hactenus privatim nihil cum Mte sua contuli
sed ut primam illam conveniam, mandata Mtis Vre diligentissime
exequar, que fideli corde et animo teneo et recolo semper, ut Mti
Vestre Serenissime voluntati satisfaciam. Consultationes publice nondum
inchoari potuerunt, propter multorum dominorum et nunctiorum tarditatem

absentiam, domini enim maioris Polonie preter dominum Epm Posna:
nien nulli advenerunt et nuncii ex omnibus ferme terris desiderantur.

Ad presens alia non habeo, que scribam Mti Vre solum me et servitute
meam rursus in illius gram commendo, quam perpetuo sanam salvam
et felicem esse vna cum Serenis. Coniuge suo et augustissimis liberis
vehementer desidero. Datum Piotrcovie 9 Decembris. Anno dni
Millesimo . D. xxx°.

Andreas Krziczki Eps Plocen
Bone Regine Polonie.

SACRA Mtas mea domina clementissima
Humilimam mei commendacionem. Narravit mihi dnus Marsalcus Curie
omnia que ~~facta~~ Sacra Mtas vra illi ad me committere dignata est, Ego
vero non solum desidero hec ut alioquin omnia alia facere quecunque
Mtas vra mandat, Sed etiam immensas illi ago gras quod de his sollicita
esse dignetur que et debemus hic omnes, et sunt iustissima, debemus
namque custodire sanitatem et bonum statum domini et benefactoris nri
magis quam nostram propriam debemus sinceriter et expedite negocia pub:
lica tractare, ne homines, et nos ipsos ad inutiles sumptus inducamus
vt hactenus semper fecimus, Iustissimum vero est, ut consuetudo indi:
gnissima que in nullis aliis terris, imo nusquam gentium est, non sit in
terra Plocen, sed et illam ibi fuisse nullo legitimo testimonio probari po:
test, que tamen et alia pleraque corrigi non potuerunt hactenus, quod
sumus multi, quibus et longi Conventus et controversie hominum sunt
lucro, Itaque supplico Vre Sacre Mti non cessare dignetur eos vrgere
quibus id magis est in manu quam mihi, De petitione illius Medali nri
scio adhuc Posnanie, nam et mecum de his et aliis egit, sed ego sim:
pliciter responderam illum frustra aliquid tentaturum, rebus in quibus
versatur sit stantibus. In hoc negocio et aliis omnibus, ita me semper

gerere volo sicuti erit voluntas Mtis vre Serme domine et Benefactricis mee clementissime, Cui meam humilem et deditissimam servitute omni qua possum supplicitate commendo, Cetera narrabit qui has reddet, quem Mtas vra Serma clementer audire dignetur. Ex Lucto Piotrcovien . V. Decembris.

Andreas Cricius eps Ploczen

Bone regine Polonie.

Sacra Mtas mea domina clementissima.

Humilimam mei commendacionem, Res mea Conventualis tota adhuc ad bellum spectat, et metuo ne adhuc Posnanie id clam sit fabricatum, mira enim illic erat inter quosdam, qui sibi infesti videbantur consensio, tentant domini seculares adhuc Ametrios ad contribucionem aliquam inflectere, nobis spiritualibus dira minitantes, quibus dictum est en ego mitto vos sicut oves in medium luporum, Nos ad mandatum domini nostri fecimus semper et facere parati sumus, quicquid insevit ad minas illorum, qui omne et debitum suum in nos reyciunt, nihil facimus, etiam si ethema sit subeunda, is pretextus nunc est belli apertus adversus spirituales, de occultis causis nolo divinare quod sencio, viderit ista deus, qui consilia impiorum prosperare non solet. Dnus Dux Prussie adhuc expeditus non est, ea causa qua prius scripsi, res ad alium Conventum reiicietur, Cetera significabo per aliquem Mti vre Serme post conclusum Conventum, quod iam breui est futurum Commendo me humilr Sacre Mti vre. Piotrcovie die Sancti Stefani Anno . M° . D° . xxx°.

Clementissima mea domina, post scriptas lras diximus sentencias de negocio domini Ducis Prussie, cumque diversi essemus aliis consentientibus recipiendum illum ad electionem Regum obviis manibus, aliis contra Mtas Regia sanctissimam protulit sentenciam, rem plenam esse peri-

culi deducens, sicque negocium suspensum est ad reformacionem iuxtam. Vinam Mtas sua, que melius omnia intelligit quam nos, ita pronunciare velle, et precipere nobis dignaretur in omnibus

Joannes Comes in Tarnow Palat^s Russie exercituum Regni Polo^e Dux generalis.

Bone Regine Polonie.

Sacra et Serenma R^lis Mtas domina et domina mihi clementissima. Post meo obsequentissime servitutis perpetueque commendacionem. Intellexi ex d. Lubranyski ea omnia que vra Mtas referenda mihi committere dignata est, que nunc recensere his scriptis non videbatur necessarium. In his tamen omnibus que mihi nomine Mtis vre iniuncta sunt volo omnem meam operam accomodare votis ac iussis vestre Maiestatis Sacre. Memini etiam me locutum fuisse cum Mte vra obsecrans eandem, quatenus dnum Castellanum Cracovien cum quo iam mihi maior quam antea coniunctio ac necessitudo sit sua gracia prosequi dignaretur, quod quidem non alia certe racione feci nisi quod sume expo: sco omnes amicos meos pari studio esse affectos ac devinctos Mti vre prout ego sum. Cupit et id quidem summopere ipse dnus Castellanus, spondetque ac pollicetur se ad omnem occasionem prestare omnia obsequia vt inserit vra Mtas, nihilque vnque agere nisi que ex voto eiusdem vre Mtis fore intellexerit. Itaque supplico hac sua in Mtem vram animi propensionem gratam apud se commendatamque habere velit, nam habebit illum certe semper ad manum in omnibus que cum eodem communicare seu iniungere dignabitur, de quo lacius coram quam primum vram Mtem videre et alloqui licebit.

Comencio nondum est incepta, nam ex superiori polonia preter aliquos Epos nullus Senatorum advenit Nuncii etiam fere omnes absunt et ita Mtas sua more solito expectat adventum eorum eaque expe:

stario facit eos, quo ultra, eo magis negligenciores, nec potest iste error cuiuspiam nisi solius sue Mtis opera et autoritate emendari Nam si sua Mtas cum his quos putes obsequentesque inuenerit concludere vellet, haberent posthac aliam formam et tipum Conuentiones nre, nec ea ne: gligencia committeretur, que est et cum indignitate sue Mtis non modi: camque affert iacturam et dispendium omnibus negociis tam publicis quam priuatis) de subita resistencia huic hosti facienda consultabatur ali: quo modo, ob defectum tn erarij quod neruus belli deficiat nihil pot concludi, nam publice exactiones inordinate expense ac erogate sunt, parsque maior eorum cessit ad priuata aliquorum commoda et ita publice necessitati non est qui succurrat. quid posthac euenerit scriptu dignum Mti vre licet alii scribant diffusius, ego quoque pro meo in vraz Mtem studio scribere non pretermittam Commendo me cum his perpetuum mancipium in gram vestre Sacre Mtis, quam dnus deus sanam ac felicem vnacum omni sua prole Regia multos in annos etc. seruare dignetur. Datum in Piotrcow. xx. Decembris...

Sigismundus primus Rex Polonie

Palatinis { Brzestensi / Iuniwladislauien / Plocensi : Rauen.

Magce Sincere nobis dilecte. Agentibus hic nobis per plures iam dies et a consultacionibus publicis propter expectationem multorum Co: siliariorum et nunciorum terrestrium venire negligentium abstinentibus allatus est a nobis sub hos dies tristis et molestus a Magco Palatino Sandomirien nunctius, quod Woiewoda Moldanie ruptis federibus et co: tempta beneuolencia erga se nra hostiliter in dominia et terras nras Russie et Podolie cum exercitu et tormentis bellicis irrupit, quique iam Coloniam et districtum Polucie cum omnibus oppidis et villis cepit: Hozdier Castellum finitimum obsedit, aliaque loca et Castra tentare et oppugnare instituerit. quo nunctio cum nos pertur: bati et perculsi fuissemus consultacionem cum patribus Consiliariis nris

feramus de intenda certa et celeri aliqua ratione ac modo quo tam pnti malo occurrere et prouideri, arcesque presidiis non firmate seruari incolumes et defendi possent, Et post binas quidem congregationes hac de causa factas quod maxime ad tam subitam necessitatem prestari potuit alacri animo prestitimus, nempe, mille equites corrasis in mutuum pecuniis suscepi, et illuc in defensionem terrarum Russie et podolie expediri mandauimus, Interea dum nos hic de maiori exercitu comparando, ac de reprimenda hostis nri hominis fidefragi vi et inopinato tumultu, consultamus. Quoniam uero ad dissoluenda debita ex hac causa contracta ad reprimendam hostilem impetum pnti pecunia, opus est nobis et consiliariis nostris, Mandamus S. tue, Vt residuam pecuniam publicarum contributionum anno preterito decretarum palatinatus sui ad nos hic quam primum afferat vt et creditoribus de mutuo dato satisfiat: et ex residuo necessitati publice per nos consulatur, Vt autem et nobis et Consiliariis ac Subditis nostris constare possit, quanta pecunie summa ex contributionibus palatinatus istius collecta sit et quid, cui, vel quo tempore ex illa sit numeratum, volumus, ut tua. S. omnino hic cum Exactore palatinatus sui veniat, librosque rationum seu Regestra accepti et expense secum afferat ex quibus subduci racio certa nobis Consiliariisque nostris possit, Alioqui enim si id facere tua S. neglexerit Nos et inobediencie et damnorum si que fortasse (quod absit) per negligenciam S. tue contingerent, penas ex bonis illius sine vlla commutacione et respectu repetemus, Quare iterum atque iterum. S. tua hortamur, Vt officium suum ita voluntati nre et publice necessitati accommodet, ne occasio durius aliquid in se agendi nobis relinquatur. factura. S. tua pro officio suo et gracia nra, que bene valeat. Datum.

acceptis ptibus tuis nris

Palatino Brestensi
palatino Juniwladislauien
palatino Rauensi
palatino plocensi

Sigismundus Rex Polonie Exactoribus Contributionum

Generose fidelis dilecte, supervenit nunc inopinatum in nos et rempublicam de Russie et podolie terris periculum. Voiewoda enim Moldavie ruptis federibus et abusus benevolentia nostra, Cum exercitu in fines Regni nostri irruit ibique Castra Opida Villas partim capit, partim obsidet atque oppugnat. Quare ut tam subite necessitati providere oportunis presidiis possimus, mandamus f. tue, ut Huc ad nos quam primum cum omni reliqua contuburiorum anni preteriti pecunia veniat, et regestra tam acceptorum quam expensorum secum afferat, Ut et nos et Consiliarii atque ceteri subditi nostri certam et expeditam rationem habere possimus, tam de summa que ex contiburiobus provenit, quam de expensis in publicas necessitates factis sub gravissima indignacione nostra aliter non factura f. tua. Datum Piotrcovie x. Decembris Anno domini M° D° xxx.

Exactori Brzestensi
Exactori Juniwladislaviensi
Exactori Ravensi
Exactori Plocensi

Joannes Choienski Archidiaconus Cracovien. Secretarius regius

Bone Sfortie Regine Polonie.

Sacra M^tas^ domina domina clementissima. Post servitutis et orationum mearum commendacionem, occurrenti nuntio volui Sacre M^ti^ V. de his perstringere que post priores meas ad M^tem^ V. datas hic suborta sunt. De hostilitate Valachorum quam adversus dominia et subditos M^tatum^ V^rarum^ exercent priora scripta confirmant, gentesque suas rapto Pokucie et Colomia, versus Haliez profitisi. Solus autem Voiewoda cum exercitu et tormentis bellicis sequitur eos quos premisit, ad quem Rutheni illic pene omnes advolant, et se illi gestibundi subiciunt, quos ille benigne suscipit et tractat, eos vero qui Romani ritus sunt, occidi iubet. D. Palatinus Sandomirien scribit se bene providisse arcem Haliez ita ut non sit formidandum de illius expugnacione, quod utinam ita succedat. Suscepti sunt etiam illic in terris Russie pro presidio quingenti equites. Jussit M^tas^ R. ut alii quingenti susciperentur et misit pecuniam in quibus acquirendis non parum temporis absumptum est. Ductu itaque R^mi^ dom. Ep^i^ Cracovien ex mutuo acquisite pecunie. Nam prefatus D. Ep^us^ Cracovien obtulit se mutuaturum prout dedit mutuo octingentos flor. quam plures secum hic non habuit. D. Ep^us^ Cuiavien. 400. D^nus^ Posnanien. 400. D^nus^ Plocen. 300. Magnus d. Palatinus Russie 2500. flor. cuiusdam amici sui qui apud eum in deposito erant. Deus bene vertat. Ut de reliquo bene et recte provideatur et statuatur, sed admodum frigide videntur agi negocia istius Conventus. Nam ex xv. Palatinis, xii desunt in hanc diem. Nuntii iam pro maiori parte convenerunt. Die dominico precedenti cantata est missa de Sancto Sp^u^ qui utinam adsit consiliis istis. Hodie auditus est nuntius Ser^mi^ Regis Ferdinandi, qui heri hic advolavit in postis Comes de Nagarolis, qui pridem ante annos aliquot cum d^no^ Sigismundo de Herbestain in Moscovia legatus

inerat, fuitqz Orat. iuuenis Italus, hic exposuit Regem suum (quamuis haberet modos propellendi aduersarium ex Regno Hungarie) pro bono publico Christiane reipub. suscipere inducias, iuxta condiciones in Conuentu Posnanien. per ores communes conscriptas, idqz l(itte)ris suis S. Rex ferd. patentibus se seruaturum vt in Articulis continetur promittit. Volunt tamen in primis scire a M(aies)te Regia, quid Rex Joannes M(aies)ti sue hac in re significauerit, et cum eciam illi responsum fuisset, nondum aliquid certum suam ab illo accepisse: tum ille suam legacionem exposuit. Venturus est eciam d. Laski Ep(iscop)us Vesprimien. cras, qui nescio quid allaturus est a S. Rege Joanne sed spero quod non refutabit inducias, presertim si est in oppugnacione quamuis hic constans fama habeat Germanos fuisse profligatos circa Buda per Thurcos. Cras agetur cum istis Nunctiis. Nam iste S. Regis Ferdinandi, affirmat sibi a principe suo iniunctum esse, ne vltra festum Sancte Lucie hoc est diem crastinum hic moretur vel expectet, et ideo missum est velociter ad d(omi)num Laski per amicos eius, ne venire negligat ad diem perscriptum, quid demum sequetur non erit incognitum Sac(re) M(aies)ti v(est)re. Postridie consultari incipiet M(aies)tas Regia cum Consiliariis de defensione. Sed vereor ne Nunctii expectare vellent aduentum Palatinorum sine quibus ad aliquid consentire non solent Ego in tanta libertate vel pocius licencia hominum non video quid boni sperandum sit, Hi domini qui hic sunt, tempusqz et pecunias inaniter consumunt, expectant negligenciam aliorum, quibus talia imprime licet non sine detrimento publico et leuitate M(aies)tis Regie. quid demum sequetur in manu dei est simul et cor Regis. Alia in presens hic non sunt preter id vnum quod Ill(ustrissim)us d(omi)nus Dux Prussie est hic venturus pro die dominico proximo, qui etiam more suo non sinet in quiete esse ~~mak R~~ M(aies)tem Regiam Vtinam et non omnibus molestus sit, In negociis Lituanicis currunt multi quottidie sed nemo adhuc tulit

Precor a domino deo v(est)re Sac(re) M(aies)ti eiusqz charissimis liberis longam felicitatem. Cuius amplitudini, seruitutem meam iterum commendo. Datum Piotrkouie xii Decembris. Anno domini M°. D°. xx

Sigismundus Rex Polonie

Bonae Regine coniugi sue.

SERenissima Princeps et domina Coniunx nostra charissima, mittimus presentem nunctium nostrum ad inuisendam valetudinem uestre et Serenissimi filii aliorumque liberorum nostrorum valetudinem, de qua omni tempore bene audire quando intueri coram illam facultas nunc non datur vehementer cupimus, quare Maiestatem vestram plurimum rogamus, vt ipsius valetudinis sue et communium liberorum statum nobis describere velit, vt habeamus quo nos animumque nostrum in curis presentibus oblectemus. Auspicati enim sumus publica regni negotia tractare, quorum multitudo, et mixta varietas sine molestia esse non potest, nos tamen quantum in nobis erit, cum dei omnipotentis auxilio quod semper in actionibus nostris imploramus, dabimus operam, vt quantum in nobis est cito et bono fine terminentur. Nescimus quo fato reipub. Christiane, vel infortunio nostro accidat, quod cura studium et sollicitudo nostra de pace inter Reges Hungarie suscepta multis impedimentis retardetur, quominus possumus quemadmodum optamus rem ad bonum finem et publicam vtilitatem perducere.

Venit huc magnis itineribus et per dispositos equos Serenissimi Regis Ferdinandi orator Leonardus Comes de Nogarolis pridie festi Sancte Lucie qui secundum capitula Induciarum Posnanie per omnes Oratores confecta Inducias et alias conditiones pacis et Conuentus nomine domini sui datis etiam literis sub sigillo et manu sue Maiestatis ratificauit et solemniter palam aprobauit hoc solum adiecto, quod approbacio sua non aliter intelligi et suscipi debeat nisi idem etiam et intra prefinitum tempus ab aduersa parte prestetur, qua ratificatione nos accepta cum ab altera parte Oratorem vel literas expectaremus venit d. Joannes Laski Gnesnensis et Lanciciensis prepositus qui die Sancte Lucie in presentia nostra constitutus verba ista fecit, se scilicet nihil nouj a Rege suo in

mandatis habere quod nobis de Condicionibus Induciarum suscipiendis
declarare deberet, verum propterea huc venisse quod a collegis suis post
Conventum Posnanie solutum id muneris sibi fuerit, vt advenienti die
se apud nos statuat custosque sit attentus, an a Rege ferdinando dicta Ca-
pitula, priusque cedat dies approbentur. Quod enim ad Regem suum atti-
net, Oratores collegas suos adhuc Posnanie nomine suis sue hoc offitio
functos esse dixit et ipsa Capitula tum adhuc vigore sui pleni mandati
approbasse, neque nova approbatione opus sibi nunc videri, quam tamen
non dubitaret ex superabundanti Regem suum facturum fuisse si per obsi-
dionem sibi licuisset, nunc vero quando et Rex in potestate sua non sit, et
itinera Nunctiis interclusa, excusatum illum apud nos et apud ceteros
Christianos Principes esse debere. Istis ita die sancte Lucie peractis in
Crastino vocavi Oratorem Serenissimi Regis ferdinandi fecimusque haecque
ut erant illi exponi iussimus vt si videretur illi satisfactum esse posse
Regi suo, excurreret vel mitteret ad Prefectos Exercitus Germanici vt
ex Hungaria deducatur. Ad que cum ille respondisset non videri sibi
satisfactum esse debere Regi suo, quando nova ratificatio non sit subsecuta
nosque ipsi consideravenimus scriptum Capitulorum novam vtrimque ap-
probacionem exigere perplexi admodum et anxii esse cepimus, quid
consilii in hac nova et insperata dificultate capiendum foret, ne opera
nostra et commodissima ad pacem initia verterentur in irritum: quare tota
die cum Consiliariis nostris de ineunda aliqua racione ad sublevandam dificul-
tatem accommodata consumpsimus et post multas disputaciones id in om-
nem eventum assenciente Regis ferdinandi Oratore conclusimus vt nun-
cius noster celeriter in Hungariam excurrat ad inquirendum a Re-
ge Joanne, suscipiat necne Inducias, prius tamen is Nunctius explorare
debeat Capitaneorum Exercitus Serenissimi Regis ferdinandi voluntatem
amoturi ne ipsi et abducturi sint Exercitum si a Rege Joanne ratifi-
cacio subsequatur. Ad quos etiam Capitaneos is Orator Serenissimi Regis
ferdinandi scribit literas persuadens illis vt causa pacis et tranquillitatis
publice et si id sit in facultate sua copias ex Hungaria accepta Re-
gis Joannis approbacione deducant, et se ab hostilibus inferendis co-

fiant, ipse autem ad Regem suum velociter ea de re rediit. Vt de voluntate ipsius Mtis tanto celerior instructio certa illuc ad Exercitum in Hungariam mitti possit, quam instructionem illic nuncius noster expectabit. Hec nos ita sumatim Mti vre describere volumus Vt vicissim habeat in quo absentibus nobis cogitacionem suam exerceat et nostri legendis scriptis nostris tanto magis memoriam sibi refricet. Preter hec nihil habemus quod scribere Mti vre debeamus, solum nos amori et dilectioni illius mutue commendamus, illamqz felicem semper, et recte cum Ser. filio meo atqz aliis liberis saluam et incolumem esse desideramus. Dat. Piotrcovie die xvi Decembris. Anno domini M°. D°. xxx°. Regni vero mei anno xxiiii°.

Bone Regine Polonie.

Ioannes Latalski Episcopus Posnanien.
Joannes Laski Prepositus Gnesnensis.

SACRA Regialis Mtas et Domina domina clementissima. Perpetuam seruitiorum nostrorum commendacõm. Tanti nobis faciendam putamus gram Mtis vre Serme, vt ne cogitare quidem voluerimus quicqz per quod a nobis illam alienari aut minima etiam in parte mutari posse crederemus. Atqz cum nonnihil nunc de rebus nris colloquemur, nihil omnino tentare volumus, nisi exploratam prius mentem Sacre Mtis vre haberemus, incerti an ea que animo concepimus futura essent grata Mti vre Serme, cuius graciam nobis, rebus omnibus, anteponendam existimamus. Sed quoniam illa literis, satis explicari non possunt, egimus cum Mago hoc Nicolao de Russocziice Castellano Biechomien. etc. ut iter hoc ad vram Sacram Mtem mea causa non grauaretur suscipere, remqz omnem ut se habet, simulqz supplicationem meam exponere veste Mti Serme, quam nos gratie ac clemencie Sacre Mtis vre facile submittimus, ac diligentissime commendamus. Rogamusqz humilime, ut ipsum d. Biechomien. Castellanum et audire clementer, et illi fidem certam adhibere, preterea que dictmens est comendata apud se habere di-

res erat de Coadiutoria ut Latalski esset Coadiutor Archiepi. et Laski potius opptet Epus Posnanien.

gnaretur, Idque postremo de nobis persuadere certo, nos perpetuo, et sine exceptione quod dicitur, fore, vt vno verbo complectar omnia diligentissimos seruitores Vestre Maiestatis Serenissime. Cuius Regiali clementie nostra perpetua seruitia humillime commendamus. Piotrcovie xviii^a Decembris Anno domini M^o. D^o. xxx^o.

Approbatio induciarum inter Ferdinandum et Joannem reges Vngarie

FERDINANDVS DEI gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. Rex Infans Hispaniarum, Archidux Austrie, Dux Burgundie etc. Marchio Morauie etc. Comes Tirolis etc. Recognoscimus tenore presentium, cum superioribus annis ad Serenissimi Principis domini Sigismundi Regis Polonie magni Ducis Lituanie ac Russie Prussieque fratris et sororii nostri charissimi, atque Illustrissimi principis domini Georgii Ducis Saxonie Consanguinei nostri per eque charissimi petitionem et instantiam, Consensum nostrum ad amicabilem compositionem et concordiam inter nos et Joannem Comitem Scepusien. tractandam et ineundam prebuerimus, nostrosque subinde Oratores, et mandatarios speciales et generales, primo ad Ciuitatem nostram Vratislauiensem, vbi primus Conuentus habitus est, et deinde Posnaniam destinauerimus, ad quam dicta illa translata est, vtrobique tam per nostros, quam per dictorum Serenissimi domini Regis Polonie, et Ducis Saxonie Oratores tanquam mediatores, demum de concordia sit deliberatum, ac per Inducias vtrinque tentanda visa fuerint, que ad mutue vnionis auspicium et firmitatem accedere censent easque nobis idem Oratores atque aduersario nostro significari fecerint et transmiserint, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

ORATORES tam Serenissimi Regis Polonie, quam Illustrissimi Domini Ducis Georgii habitis frustra per longum tempus multis tractatibus et propositionibus inter vtrosque Oratores partium dissidentium de Regno, Hungarie pro conficienda pace seu Concordia, tentatisque omnibus cum

nihil succedere potuisset, saltem suspensionem armorum, seu Inducias illi proponendas duxerunt, quas ex condicionibus propositis vtriusque parte in hunc modum perfici posse proposuerunt et obtulerunt. In primis vt sint Induciae vnius anni, quae incipi deberent a festo Sancti Lucae proxime, ante quod festum, Vt declaret vna quaeque pars principalis Principibus mediatoribus an ipsas Inducias suscipiant, necne. Intra Inducias vero mittere debebit vtraque pars dissidentium Regum Oratores ad Imperatorem Turcarum pro conficiendis quanto longioribus poterit fieri Induciis seu pace tractanda inter illum et Reges ipsos dissidentes, qui constituti apud ipsum Imperatorem debebunt in fine Maij. Ante omnia tamen Serenissimus dominus Rex poloniae cum Illustrissimo D. Duce Saxoniae declarare id debebunt Imperatori Turcarum, et saluum Conductum Oratoribus Serenissimi domini Regis ferdinandi expedire, Oratores quoque domini Hungari scribent domino Ibram bassa, Dominum eorum missurum oratores suos, cum Oratoribus aduersarij sui ad Imperatorem Turcarum, pro foederibus et pace conficienda, exponerentque ac suaderent ad id opus esse Inducias vnius anni, Et quod Saluus Conductus Oratoribus Serenissimi Regis ferdinandi ab Imperatore mitterentur, Post susceptas vero ab vtraque parte Inducias, debebit vtraque pars in Regno Hungariae illos Comitatus. Arces, Ciuitates, omnia fortilitia, quaecunque ad diem Induciarum in sua potestate habebit per totum tempus Induciarum libere tenere et possidere, Copias denique et Exercitus mox a susceptis Induciis vtraque pars debet continere et cohibere ab inferendis hostilibus et quotocius eos leuare et de Regno Hungariae abducere, Et quod Subditi familiares et alterius cuiuslibet conditionis vtriusque partis habeant liberum et securum transitum in personis et rebus eorum omnibus per terras dominia ac prouincias et Comitatus absque vllo impedimento et sine saluo Conductu ad id ab eisdem impetrando, atque Incolae et possessionati omnes Iure suo, in bonis et possessionibus ipsorum, quas tempore susceptarum Induciarum obtinebunt, libere vtantur, non obstante etiam, quod sint vnius vel alterius adherentes aut seruitores. Et quod partes predictae in Comitatibus eisdem Prouentus Camerae Regiae iustos

et legitimos interea percipere ab Incolis eorundem debeant et possint
Et ut interim Iuditia in causis hereditariis et plus antiquis suspensa
maneant, in his vero que de novo emerserint idest ratione violentiarum
post susceptas Inducias illatarum hoc modo peragantur, Et quando res agen:
da venit inter eos qui partium sint adversarum, tum is, qui iniuriam
patitur pro ea aget coram Comite illo, In cuius comitatu ambo resident
Comes tamen adiunget sibi alium comitem vicinum, qui sit de parte que:
rentis iusticiam, Inter eos autem, qui unius tantum partis sint, fiant iudi:
cia more consueto | Licet autem res ipsa se usque adeo commode nunc ob:
tulerit, ut adversarii nostri vires in Regno Hungarie de puncti retundere
Belloque per oblatam a deo occasionem finem dare queamus, vel ob id
tamen oblatas Conditiones aspernari nolimus, quod per has Induciarum
~~Provincias~~ primitias speremus bonum pacis fructum enasci et sequi posse, eoque
magis vel toti orbi Christiano constare possit, publicam rerum omnium
quietem et tranquillitatem, Nos semper rebus nostris privatis ~~interpo:~~ antepo:
nere velle et cupere, magisque eatenus curare et ampliare voluisse, quatenus
cum honore et honestate, citraque publice pacis et incolumitatis detrimento
fieri possint, Et ut etiam tam aperto liquido et irrefragabili Iure nostro
quod nobis versus prefatum Hungarie Regnum tam divinitus quam huma:
nitus competere dignoscitur, tanto magis ad Christianitatis negocium respe:
xisse videamur, quanto minus Ius et actio adversario nostro spectare com:
pertum est, haecque via sanguini humano, cuius effusionem a natura sem:
per abhorruimus, deinceps parcatur, ac ut Mediatoribus etiam in hac
parte gratificemur prescriptas conditiones et articulos (approbato et ra:
tificato actu seu actibus per Oratores nostros in horum acceptatione et tra:
sactione interpositis) assumpsimus et acceptavimus, ac in omnibus et per
omnia ratificavimus, approbavimus, laudavimus, et emologavimus sicut
tenore presentium assumimus et acceptamus, actusque nostro nomine per ante:
dictos Oratores nostros circa premissa factos et admissos ratificamus, appro:
bamus, et emologamus. Promittentes insuper et pollicentes in verbo nostro
Regio, Nos omnia et singula suprascripta perpetuo firmiter et inconcus:
se tenere, servare, et adimplere, Nosque contra ea vel eorum aliqua nullo

vnquam tempore, agere, facere, dicere, vel venire velle et debere quovis modo, racione, via, aut exquisito colore vel ingenio, dolo, et fraude remotis. Harum testimonio literarum Sigilli nostri impressione munitarum. Datum in Tubingen die XXV^a^ Mensis Novembris. Anno domini M^o^ D^o^ XXX. Regnorum nostrorum Bohemie V^o^. Hungarie vero quarto.

Ferdinandus

Joannes de Tarnow Palat^s^ Russie Bone Regine Polonie.

SACRA et SER^ma^ R^lis^ M^tas^
domina et domina mihi clement^ma^.

Post serviciorum meorum in graciam V^re^ Sacre M^tis^ commendacionem. Post literas quas nuper ad V^ram^ Sacram M^tem^ scripseram, nihil adhuc fere inceptum est. Nemo enim Senatorum preter Consiliarios Ducatus Masovie venit, nisi hi quos ante descripseram, dominus Posn(aniensis), usque post festa Nativitatis domini speratur venturus, non tamen expectabuntur iam plures, tractabitur cum Nunctiis, qui licet sero iam tandem venerunt, redargutique de eorum tarditate et inobediencia, excusabant serum suum adventum, hanc causam asserentes, quod sperabant d(omi)nos Consiliarios, qui usque nunc domi sunt, Convencioni affuturos, sine quibus nihil consuli et concludi debere, ideo parcendo sumptui, ipsorum profectionem, asserebant se prestolare. Interrogati demum cum qua facultate missi fuissent superioris Polonie Nunctii, dicebant prescriptam et limitatam habere facultatem, idque fore eis iniunctum per Nobiles illarum terrarum, ne ad aliquam novam defensionis formam et constitucionem consenciant, utque dispensacio pecuniarum contribucionis publice, per eos dispensetur, in manibusque et potestate remaneat Nobilium, et ita non est possibile aliquid unquam boni constitui posse, cum non autoritate, neque aliquo iudicio et racione Principis et Senatorum, Res et negoria publica

gerantur et statuantur, Sed ex prescripto et arbitrio plebis Mtis sua ad hoc,
conniuente, cum facile talibus obuiari possit, Cum non sit omnibus incognitu
ex quo fonte hec statuant, Vtinam prouideatur huic negocio in tempore
antequam magnum aliquod ipsa insolentia afferat periculum etc.

De resistendo Vaywode Moldanie nulla adhuc deliberatio, quo modo et ordi;
ne ei resisti debeatur. Si milite mercenario, an communi expeditione, opus tamen
erit maiori multo apparatu numeroque militum, quam seruare soliti sumus,
nihil tamen esset, nec difficile et impossibile vbi vellemus ob amorem
reipub. in commune concorditer consulere. Sed ista vulgi licentia et temeritas
que nihil sinit pro bono communi nisi ex prescripto suo quicquam efficere, for:
san et semper solet erit impedimento, oblata namque est occasio contra talem
hostem pugnandi, qui diuino nomine implorato initium Regni nati vestre
Mtis feliciter posset auspicari, cum famaque et honore vrarum Mtatum res
domino deo dante prospere agi possit. Sin autem ipse hostis negligetur, omni:
um hostium crescent animi contra nos, erimusque posthac ad iniuriam
omnibus hostibus expositi cum maximo detrimento nostro, et cum dedecore
(quod absit) vrarum Mtatum. Itaque supplico Mti vre, velit lris suis adhor:
tari suam Mtem Vt pro honore suo et filii sui famaque bona apud suos et
apud externos assequenda, que non est ab omnibus mortalibus contemnen:
da, velit adhibere operam et authoritatem suam Vt talis modus defensio:
nis constituatur, Vt et ablata per hostem iterum recuperentur, Iusque iura:
dum ab ipso violatum, fedusque ruptum transeat non impunitum. Orato:
res Regis Ferdinandi et Ducis Saxonie huc applicuerant, Ferdinandi
Regis Orator retulit a Rege suo se ob hoc esse missum vt declararet In:
ducias Posnanie factas, Si aduersarius vellet pro rato et grato suscepisse.
Responsum est sibi. Oratorem Regis Joannis dominum Prepositum Laski
qui hic presens est. Regem Joannem excusasse, quod propter obsidionem
in qua nunc est id efficere non potuit ut declararet voluntatem suam.
Oratores tamen sui, nomine sue Mtis, iam ad hoc Posnanie consenserunt
Suamque Serenitatem omnino consensurum, quam primum ab obsidione
liber sit. Cum itaque ipse Orator aliquam excusationem suscipiendam nullam

se habere affirmabat potestatem nisi ut rem certam referret, ita tandem cum eo est constitutum, qd Mtas sua misit Kostkam Nunctium suum in Hungariam qui primum percunctaturus sit apud Capitaneum Exerci: tus Regis Ferdinandi, si copias et Exercitum educere velit de Regno, ubi Rex Joannes Inducias firme se tenere promiserit, Quod si id ipse Captus voluerit efficere, extunc ipse Costka accedet Regem Joannem nomineque que sue Mtis sollicitabit, ut has Inducias pro rato habeat, hisque suis tenendas confirmet. Sin vero Captus Ferdinandi sine mandato Regis sui noluerit discedere e regno, Extunc ipse Costka expectaturus est volunta: tem et informacionem Regis Ferdinandi, intellectaque mente sue Mtis, aget cum Rege Joanne, prout ex re agendum videbitur, et cum hoc Nun: ctius Regis Ferdinandi dimissus ut eo celerius a Rege suo informatoz Nunctio Regie Mtis Costka expediat etc. Ducis Saxonie Orator non aliud postulabat, nisi ut Mtas sua id quod incepit inter hos Reges dissi: dencium non intermittat, sed ad effectum quamtocius deducat. Dimissus cum hoc responso, qd Mtas sua nihil pretermittit nec pretermittere volt quod ad composicionem faciendam inter ipsos Reges pertineat, et qd nulli incognitum est, quam diligenciam Mtas sua in hoc negocio impendat, et hec fuit Oratorum expedicio etc. Dnus Archiepus Gnesnensis agit per Nunctium suum apud Mtem suam ut liber et immunis esse pos: sit, ne Convencionibus intersit, excusans etatem suam senilem, propter quam reipub. servire minimeque utilis esse potest, Quid pretendat ista excusacio, Sacra Vra Mtas facile intelligere potest. Det veniam rogo Vra Sacra Mtas, et hanc meam tam multam et tumultuariam scripcionem boni consulat, nolui enim quicquam pretermittere rerum huiusque in hac Convencione gestarum. Commendo me cum his et mea humi: lima servicia in graciam Vestre Sacre Mtis. Datum Piotrkowie. xix die Decembris. Anno domini M°. D°. xxx°.

Responsum a Sigismundo primo, rege Polonie oratori Regis Ferdinandi datum.

SACRA Regia Mtas Magtᵉ domine cum audisset illa que d. vra nomine Serenissimi domini Hungarie et Bohemie Regis domini sui Seri de pace et tranquillitate publica retulit gratulata est et gaudebat vehementer, quod Mtas illius tam studiosam et amantem communis concordie et quietis se esse declaret, vt illam suis priuatis et amplissimis quibusuis commodis preferre ad illamque non solum mente et animo, verum manifesto iam rei ipsius documento et testatione propensa esse voluerit. Quo nomine et simul quod operam quoque suam in suadenda conciliandaque ipsa pace pristinam, Mti illius gratam esse cognoscat, plurimum debere volt Mtas sua illius Mti, nunc autem quantum verbis gratitudinem consequi potest, magnas agit et habet ob id Mti eius gras quod et ab initio in Oratoribus posnaniam mittendis, et nunc in suscipiendis Induciis promptam et facilem voluntatem suam exhibuerit. Qua facilitate illo adhuc primo tempore freta Mtas sua desistere nunquam a suadenda concordia voluit sed diu sollicite repetitisque viribus apud vtramque partem egit vt armis depositis et suscepta concordia reipub. Christiane pacem et tranquillitatem compararet. In quo et si adhuc eum fructum quem Christiane rones desyderant. Mtas sua non sit plane consequuta, letatur tamen magnopere, eo rem perductam esse, vt sperare liceat sub Induciis istis totum reliquum pacis negocium ad optatum finem et exitum perduci posse. In qua re si vnque Mtas sua opere sue non pepercit, nunc maxime re bene inchoata omnibus viribus et sedulitate eniti volt et pollicetur quo pax et tranquillitas, ista funesta bella cito subsequatur. Verum rogat vicissim Mtem illius Mtas sua, vt in residuo hoc opere voluntatem suam eque vt prius facilem Mti sue accomodare velit. Quod vero ad Mtis illius aduersarium attinet, Mtas sua d. vre declarat

illum Conditiones Induciarum acceptasse et approbasse, seque illis uti velle secundum formam prescriptam declarasse

Sigismundo primo Regi Polonie
Ludovicus Gritti.

Post, servitiorum meorum debitam commendationem. Dudum has lr̃as ad M.tem V.ram eo animo dederam, ut eadem et causam adventus mei in Hungariam, et futura pericula, que reipub. Christiane imminent, cognosceret, sed cum iam Nuntius expediretur, supervenit ista insperata obsidio, In qua una cum Sermo domino Rege Joanne satis periculose versati sumus; et licet preter obsidionis pericula ac labores, quos tulimus, conviciis quoque ac maledictis ab insolenti hoste lacessiti, atque exacerbati sumus Non tamen ita et nostri officii et Christiane pietatis obliviscemur, quin animum nostrum erga rempub. Christianam, apud M.tem V.ram testatum relinquamus, preteritis igr̃ diebus, ab Invictissimo ac potentissimo Imperatore Turcarum, et Ill.mo domino, Ibrayim Bassa pro gravissimis negociis missus, summa celeritate Budam veni, qui in mandatis habeo, ut preparandum commeatum, qui ex hoc Regno Hungarie tanti tamque numerosi Exercitus Cesaree M.tis usui suppeditari possent, curam haberem Exercitus ~~enim~~ ingens ex multis Nationibus conscriptus. Non navalium solum, sed etiam terrestrium copiarum, omnibus ingeniis, tormentisque

bellicis huic expeditioni necessariis, instructus futuro vere adventurus est. Ipse autem invictissimus Imperator, eo animo et consilio exercitum ex urbe Constantinopoli movet, ut non prius redeat, quam Germania undique ferro, et flamma vastata in fines Italie penetret, eaque potiatur, et ne quid molestie maritime res afferant, neve tanti Principis animum a proposito avocent, incomparabilem armatorum classem Neapolim versus missurus est, que si ita uti deliberatum est successerint. Mtas vra nihil dubitare debebit, quin totius reipub. Christiane periculum sequatur. Velim autem Mtas vra mihi fidem habeat, qui ab ineunte etate, in Curia ipsius invictissimi Cesaris versatus sum, quique eorum consilia rectissime novi: ...im. Quamobrem certo scio Principes Christianos rerum calamitatem, quas a Thurca Christiana ditio hactenus suscepit, vel etiam deinceps suscipi: et, mihi non nihil imputaturos, sed visum est innocentie mee plurimum convenire, ut hisce lris meis Mtem vram factam certiorem redderem, me et fidem Chri colere, et felicibus successibus rerum Christianarum ex animo gaudere, contra, infelicibus mirum in modum condolere, non dubitavi igitur, quo toto orbi Christiano ista res manifesta sit, lras conscientie mee, testes, et ad Cesaream Mtem, Imperatorem Christianorum, et ad Serenissimum Regem Bohemie dare, quibus et excusationem meam, et tam magnum apparatum bellicum ac futura etiam totius Christianitatis discrimina declararem, ex eo solo nasci, ex eoque fieri, quoniam Serenissimus Rex Ferdinandus, non cessat, maximis iniuriis Serenissimum Regem Joannem et continuis calamitatibus hoc afflictissimum Regnum Hungarie afficere, que invictissimus Imperator Turcarum cum Regnis suis in protectionem sua suscepit. Unde ipse Imperator quotidianis insultibus lacessitus eo devenit ut contra statum totius reipub. Christiane arma sumeret. Cum autem ex Constantinopoli iter Hungariam versus facerem, occurrit mihi Nuncius Mag.ci Sanchari de Bozna, qui Cesaree Mti significabat Oratorem Cesaree Mtis Christiane, et Serenissimi Regis Ferdinandi ad fines Bosne salvos pervenisse. Ego vero cum certo intelligebam, nullam pacem et concordiam sequi posse, nisi Regnum Hungarie cum sua ditione libere Serenissimo Regi Joanni cedat, volui Mtem vram per tempus ipsum certiorem facere, et ma:

gnopere rogatum habere Vt dignetur apud Principes quibus adhuc resp: Christiana cure est, operam dare Vt pro rei magnitudine etiam atque etia(m) considerent quid agendum sit, Nam cum primum ea que mihi iniuncta sunt in hoc Regno transegero ad Caesaream Mtem proditam, et Illmum dnum Imbraim Bassam redibo, propterea cuperem ad has lras meas primo quoque tempore relationem habere, ne ipsa mora cladem Christianis allatura esset, Et ut tempestiue Constantinopolim peruenire possim, Si enim intellexero in Hungaria his discordiis aliquem finem futurum, totis viribus, tota industria, studio, et diligencia ea agere facereque non desinam, que ad bonu(m) et commodum religionis Christiane pertinere viderentur, et si forte contigerit tardior lrarum mearum relatio, quam ipsa res postulat, Ego enim iam diu esse in hoc regno nequeo, Mtas tamen vra Serma, Vt Regem Christianum decet, pro sua prudencia, et amore in fidem, non desistat pro deo toto conatu id agere, quod intelliget, et videbit ad bonum statum nominis Christiani magnopere pertinere, et dignetur quam primum relationem de his rebus facere, Ne Mtas vra rem Christianam destituisse videatur, Me autem gracie Mtis vre Sermae commendo, quam deus opti: max: ad felicissimos successus rei Christiane diutissime incolumem conseruet Datum Bude. XXIII°. mensis Decembris. Anno domini. M°. D°. XXX°.

Petrus Tomiczki Eps. Cracouien: Vicecancellarius Bonæ Reginę Polonię.

SACRA Rlis Mtas et domina, domina clementissima. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem, Quando ab initio res in deliberationem inter Consiliarios Regni et terrarum Nunctios posita erat mercenario ne et conductitio milite, vel domesticis euocatis Nobilibus foret vtilius contra Valachum et Tartaros expeditionem facere, placuerat tum omnibus ex multis rationibus, contribuere potius aliquid in stipendium militibus quam se ipsos incommodis et periculis obijcere, cum hac ratione etiam non modo rem familiarem a se negligi oportere, sed inuicem alterum alterius bonis iniuriam inferre debere intelligerent. Quando autem de numero decem millium militum quibus in stipendium ex singulis Lancis agrorum triginta gross. contribuere necesse foret. Nunctiis terrarum per Mtem Regiam et dnos Consiliarios Regni propositum erat, etsi quidem per aliquot dies inter se super hoc consultauerint, iniquam tn contribuendi rationem proposuerunt eam nempe, vt ex singulis Lancis dnus decem gross. rusticus alios decem, et qui decimam capit tertios decem, Que ratio cum et Mti Regię et dnis Consiliariis iniqua, Spualibus vero qui ab oneribus bellicis immunes esset intollerabilis videretur, et illi pertinaciter neque proponere equiorem rationem, neque hanc que per Mtem Regiam et dominos Consiliarios proposita fuerat, acceptare voluissent, decretum est vtrinque vt Nobilium domesticorum secundum cuiusque debitum fiat expeditio, et ita hodie recessum ab omnibus, quod etsi ego difficulter in alteram partem mutari posse censeam, sunt tamen nonnulli qui sentiunt contrarium, quod utcunque se habebit, ego Mti Vestre scribere non negligam, me et seruitutem meam rursus humiliter commendo, et felicissimam esse semper atque in multos annos cum Serenissimis Regibus et reliquis liberis incolumem vehementer desidero. Datum

Joannes Choienski Archidiaconus Crac. Secretarius
Bone regine.

Sacra et Ser.ma M.tas domina domina clementissima

Post orationum et perpetue servitutis mee commendationem, Ut nihil preteriat
V. M.tem eorum que hic efficiuntur geruntur vel dictum et horatim institui
nullum pretermittere nuncium absque meis ad V. M.tem literis, quandoquidem
hoc non displiciturum esse cognovi ex literis vre M.tis. Postquam itaque ut per
Tassiczki scripsi Nuncii absoluti fuissent cum bellica motione universe Nobi:
litatis regni, die veneris proxime preterito conclusum est in consilio Regio
hoc decretum, quod Nunciis per dnum palatinum Russie pronunciatum
est. M.tem scilicet Regiam cum Consiliariis suis considerato modo dupplici defe:
sionis Regni Polonie ab antiquo observato per motionem bellicam et
militem mercenarium, expensisque bene rerum et negociorum circumstanciis
Delegerat presenti necessitati et actioni per militem mercenarium providere
quandoquidem bellum hoc quod instat gerendum non modo instituendum ve:
nit ad propellendum hostem Valachum de finibus Regni, sed etiam ad
ulciscendum in eius ditione et bonis eam iniuriam quam iurisiurando violato
M.ti R. et regno irrogavit, quemadmodum ab initio M.tis sue nomine pro:
positum erat. Censebat itaque M.tas R. cum Consiliariis suis ad eam
provinciam obeundam opus esse exercitu ad minus .X. milium electorum
atque ad eum numerum necessario instituendam contributionem solito maio:
rem, et eam que per d. Consiliarios fuit proposita .30. grossorum, quod
attinet D. Epos et alias personas Ecclesiasticas cum istis voluit agere M.tas
sua, nihil dubitans et pene certum habens, quod ipsi ut alias semper soliti
sunt facere, recedendo a iuribus et libertatibus suis, ita quoque et in hac
presenti ardua necessitate et periculo imminenti, tulissent suppecias, et nota:
bili contributione adiuvissent rempub. ob gratiam M.tis Regie, que digna:
tur pro debito suo precibus hoc a dominis Spiritualibus obtinere, et non
vi aut potentia exigere contra libertates et privilegia eorum, que M.tas

sua omnibus conservare consuevit quemadmodum et nos quoque seculares
non stringit, neque cogit ad contributiones, quas non tenemur, sed nobiscum agere
solet gratiose per tractatus, neque Maiestas sua absque consensu meo instituit
aliquam contributionem super bonis aut personis nostris, Cum itaque vobis
non est visum acceptare id quod Maiestati Regiae cum Consiliariis videbatur con-
sultius et magis opportunum, sed delegistis belli motionem generalem, de quo tunc d.
Consiliarii mirantur cum veteri more observatum sanctissime tenebatur
nunctios absque Consiliariis in talibus nihil determinasse, sicut in principium
d. v. re. inconsultis d. Consiliariis belli motionem praelegistis, Et postquam ita
evenit Sacra Maiestas Regia perpendens labores, difficultates et impendia
quibus non modice exterminantur fortune Consiliariorum Maiestatis sue in tam fre-
quentibus et longis Conventibus, ne postea habeat necesse instituere Conven-
tum et subire novas difficultates et impendia, nihilque statim etiam debeat vel
possit quam motio bellica, sacius duxit vitare inanes expensas et labores, et insti-
tuit atque decrevit motum bellicam ad triennium, reservans sibi facultatem mu-
tandi si videbitur postea. Vult denique omnibus esse perspectum et notum ut
quisque in profectione ad bellum et in perseveratione in bello ita se gerat et
conservet, quemadmodum in statutis regni extat habunde descriptum Neque
aliquis ex Castris prius discedere audeat quam fuerit a Maiestate Regia indultum
Nam Maiestas Regia vult sola lustrare personas omnium, et quoscunque non iux-
ta debitum armatos invenerit, eos, ut transgressores communium legum punire
dignabitur, neque amplius conivebit ad quorundam effrenatam audaciam.
Dicta et alia quedam de exorbitantiis et excessibus, qui committi solent
tempore bellice motionis etc quibus auditis Nunctii terrarum petierunt ut lice-
ret eis paululum conferre mutuo de his que illis nomine Maiestatis sue dicta et
pronunciata sunt, et datum est eis ut secederent, qui redeuntes hunc sermonem
fecerunt, In primis nomine terrarum Russie sic Podolie et Lublinen. pe-
tiit D. Isczieczki ut Maiestas Regia expendere dignaretur, quanto in periculo
sint Regiones ille, nisi celeriter illis succurratur sicut cito succurri non po-
terit ubi motio bellica fieri deberet quare itaque in anxietate sint Nobiles et alii
homines qui ex Podolia profugerunt, foventurque in amicorum domibus
expectantes citum succursum quo ad propria etiam cito illis redire liceat

ne amicis diu sint oneri, Ideo rogarunt Vt Mtas Regia potius conue:
niret cum Nunctiis super tollerabili aliqua contribucione pro milite mercena:
rio. Demum dnus Piениazek nomine aliorum orauit et dixit se non posse
obligare pro absentibus super hiemali bellica motione, hoc tamen est in me:
ra ptate Mtis Regie, cui tenentur omnes parere et obedire, pro subiectionis
sue debito. Rogauit deinde Vt ex terris Crac et Sandomiriensi non prius
domos suas exeant Nobiles quam hi qui ex maiori polonia proficiscantur pre:
terierint domos eorum, ne eas spolient. Ad hec Mtas Regia captato
paululum consilio considerans quod Nunctii optabant Vt peterentur a Mte
sua que consultarent de contribucione, ita respondere mandat. In primis
Nunctiis terrarum Russie et aliis optime constare Mtem suam omnia
hec que ipsi dixerunt et plura alia expendisse, et ideo eum modum dele:
gerat tuicionis qui videbatur salubrior, ad quem tamen eos cogere noluit.
Cum itaque illis eum non videbatur acceptare, sed pelegerunt motionem
bellicam Mtas etiam Regia cum Consiliariis assensit illis vnde culpari
a nemine posset, permittit tamen Mtas sua Vt si velint tractent et
conferant invicem de contribucione pro tanto milite qui designatus est
peticioni aliorum Nunctiorum. Crac[69] scilicet et Sandomirien[69], ita responsum ~~illustrissimi non~~.
Non volt Mtas Regia, neque solet prefinire alicui diem et tempus quo domo
egredi debeat, sed diem et locum in campis conueniendi assignare consue:
uit et assignabit in litteris restium et secundum hoc quisque se regere sciet.
Vt qui remociores sunt prius exeant, qui propiores posterius proficiscantur.
Quo accepto responso Nunctii ceperunt mutare, stare, mussitare, et facere indi:
ciа quasi iam valedicturi essent Mtem Regiam Vsque dum hii quibus melior
inerat spiritus, compulerunt eos clamore quodam Vt secederent ad locum
consuetum ad conferendum mutuo super responso Regio, et discesserunt co:
dixeruntque sequenti die, Iam enim descendebat sol nempe ad xxii hora
conuenire cum dnis Consiliariis secularibus tantum. In Vigilia itaque
Natalis domini, miserunt pro dominis Consiliariis Secularibus tantum, rogan
Vt ad se venirent, qui renunctiarunt illis non esse bonam diuisionem Nam
non est solitum Vt absque dnis Epis aliquid consulerent, et proinde roga:
runt Vt omnes vocent si vocari volunt. Miserunt secundo Nunctii asseren

opus esse vt in primis cum solis Dnis Secularibus conveniant, Domini itaqz Seculares profecti sunt ad Nuncios cum quibus ad xxj horam morati sunt Mte Regia cum d. Epis eos expectante, qui redeuntes explicarunt quanta vehementia debachati sunt in ordinem Ecclesiasticum Nuncii obiicientes divitias Ecclesiasticorum velleqz ut equale secundum eos, secundum nos, plus quam illi, contribueremus, et quod necessaria esset ~~rubrio~~ motio bellica vbi dum omnes convenirent, statuerent decimas Ecclesiasticis non dandas, et alia multa pro libidine et licentia sua effutiebant, Que domini Seculares in bonis rationibus dixerunt se diluisse et post multas altercationes persuasisse vt consultarent de contributione pro milite mercenario et annuerunt, ac optarunt a Mte Regia terminum ad diem Sancti Stephani in quo volunt tractare et respondere de quo hodie experiemur. Nunc ego oculis et manibus palpo, quam male est quod inter Nuncios nemo est qui aliqua preemineat autoritate, qui eos dirigat in semitam rectam. hoc idem fatentur quidam boni viri ex Nunciis qui execrantur quorundam insolentiam de his, qui ex minori polonia sunt, malo post ea dicere quam nunc scribere, tales sunt quales predixeram Vre Sacre Mti, boni quidem viri, sed tamen non boni etc.

De responso domino Duci Prussie dando iam lata sunt suffragia, quidam domini negant vllo modo admittendum Dnum Ducem ad electionem, quandoquidem neqz Duces Masovie neqz Magni Prussie hoc iure potiti sunt, alii item censent salubrius esse vt admittatur, quisqz pro captu ingenii sui rones affert. pluribus tamen videtur vt potius, quam vt iuxta aliqua predictarum partium responderi debeat, suspenderetur deliberatio et responsum in aliud tempus, vbi adesset plenum Regni consilium, desunt enim vt prius scripsi ab hoc Conventu xi Palatini, et ego nunquam recordor pauciores Consiliarios in Conventu quam in presenti, quid demum respondebitur hodie forsan concludetur, et ego perscribam

Rmo domino Archiepo Gnesnen nondum responsum est, Sed quidam censent illi respondendum vt cum renunciat oneri, renunciaret etiam Archiepatui, quod credo libenter faceret, modo posset vt vehementer cupit

commodare nepoti suo domino Epo Vesprimien, qui hic eius agebat quedam seruicia cum Mte Regia et cum quibusdam Prelatis, que mihi non sunt cognita, sed in Vigilia Natalis domini absolutus discessisset

De Thelonio Nouogroden manebit suspensum negocium ad felicem reditum Mtis Regie Crac. De aliis prius scripsi ad Mtem Vram Serenissimam

Nunctium domini Ducis Dobrowiczki in consulatum remisit Mtas Regia ad Herum suum, ignorabat enim, quod 1000 Sexagenas ille de Slonimen prefectura obtulisset, Nam hic nihil offerebat, offerebat autem alius, qui nunc agit prefecti illic 900 sexagenis, Vnde insto ego apud Mtem suam vt nihil disponat hic saltem in ea Prefectura, interea vrgebo Vt Dobrowiczki pagat rem suam vt cepit medio Mtis Vestre

Relatum est mihi non tamen pro re certa, quod dnus palatinus Troczki nouus paralisim incurrisset, et dnus Dux Sluczen fuisset mortuus de quo vt puto Mtas Regia et Mtas Vra cito reddentur certiores

Mtas Regia non vult assentiri Vt inhibeat saltem minores a Bugusio relictos a tutoribus distrahi Vsque ad calculum faciendum, asserens aduersus heredes saluam semper mansuram actionem Mti sue quod verum est, sed cautius mihi ita videretur vt prius scripsi

Alia hic pro nunc non habentur. Ex corde et opto et precor Vestre Sacre Mti eiusque Serenissime proli multos annos felices. Datum Piotrcowii die Sancti Stephani: Anno domini M°. D°. XXX°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Et Regni Polonie Vicecancell

Sacra R[egia]lis M[aies]tas et domina domina clementissima.

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Postremis meis l[itte]ris scripseram M[aies]ti V[est]re Ser[enissi]me Bellicam Nobilium expeditionem contra Moldauum hostem decretam in hoc Conuentu esse. Cuius decreti sicut sum etia futurum sperabamus multos nunc penitere animaduerto, quare tam a d[omi]nis Consiliariis quam ab terrarum Nunctiis queruntur rationes, quibus ab expeditione decreta recedi et iustius aliquis contribuendi modus institui possit. Spero ego rem in integrum redituram, sed tamen affirmare adhuc non audeo, quando preter solitum intractabiles terrarum Nunctios esse cognosco. Hodie tamen vel ad summum cras apparebit, quorsum res sit euasura, quod ego uti erit nihil morabor M[aies]ti Vestre Ser[enissi]me perscribere.

Ill[ustrissimu]s d[omi]nus Albertus in Prussia Dux, intra hoc triduum absoluetur, sed adhuc incertum est, quid illi responderi debeat, quicquid tamen statuetur etiam M[aies]tem V[est]ram certiorem de hoc facere non negligam. Cuius gratie me et seruitutem meam commendo, illamque felicissimam esse et cum Ser[enissi]mis Regibus Coniuge et filio ceterisque liberis saluam et incolumem vehementer desidero. Datum Piotrkomi die xxvi Decembris. Anno domini M°. D°. xxx°.

Sigismundus primus Rex Polonie.

Capitulo eccl. Gnesnensis.

Venerabiles devote nobis dilecti. Cum iam a pluribus annis cum magno preiudicio et indignitate ordinariorum Regni nri facultatem concessam esse animadvertissemus, quod scilicet in eorum alterius sex mensibus quos ex concessione Aplica ad conferenda sacerdotia liberos haberent crebro per quosdam contentiosos et modestos homines ptas conferendi illis partim coadiutoriis, partim reservationibus gnalibus et specialibus regressibus, accessibus, et id genus inventis plerisque impediretur, idque non tam ad illorum quam ad meam iniuriam pertinere nos censeremus, interposuimus ad hanc rem auctoritatem nram et consilio atque opera Rndi domini Petri Epi Crac et Regni nostri Vicecancellarii, apud Sanctmm dnum nostrum id impetravimus, ne cuipiam deinceps liceat quacunque rone ad sacerdotia in mensibus cuiuscunque ordinarii vacancia se intromittere, sicuti hoc d. vris ex lris Appcis apparere poterit. Quare d. vras hortamur habere id omnino volentes, ut in ista Ecca vra cuius nos potissimus patroni sumus neminem deinceps ad quodcunque Sacerdotium in mense Rmi in Cristo pris domini Archiepi vacans seu vaturum recipiatis, vel recipi permittatis, nisi eum cui ptas sua de huiusmodi beneficio vacanti providerit. Facture d. vre pro suo officio et gratia mea. Datum Piotrco iiija Januarii. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nri Anno xxiiiito.

Henricus Rex Anglie Pape Clementi septimo.

Beatissime p[ate]r. Post devotissima pedum oscula beatorum, Etiam si vi:
deamus vel temporum vel hominum iniquitate fieri, ut postulata nostra
quantumuis equa et naturali ra[tio]ni subnixa, parum exaudiantur, Nihil eti:
am proficere in causa nostra iustissima charissimi fr[atr]is et consanguinei ac
perpetui confederati nostri Christianissimi Regis amicissimas preces.
Nobilium autem nostrorum intercessionem non modo contemni, sed et de:
rideri (quod eos equo animo non laturos existimamus. Denique re ipsa
nihil prestari, quod nos afflictos atque vexatos sublevet, Hec omnia licet
apertius cernamus quam velimus, tum a nostro istic oratore, tum ante
ex Or[atori]bus vestris quos apud nos habemus, cognoscamus, est tamen
spei opinionisque nostre tam diversus exitus ut subinde cogitantibus no:
bis ac memoria repetentibus omnes cause nostre circumstancias, porro
singula conferentibus que precesserunt, queque sequuta sunt fidem dictorum
et factorum atque responsorum V. S[anctita]tis in hac causa n[ost]ra quam alio:
quin certam et firmam fidedignorum Oratorum et vestrorum et nostro:
rum relacio constituit, ipsa racio communis labefactet atque convellat, atque
in re certissima tam dubium reddat, ut certo interdum non credamus
S[anctita]tem v[est]ram fecisse, que fecisse cognoscimus, cum ea facere non debuis:
se intelligamus. Nam ut omittamus ea que longius precesserunt, cum
imperrime efflagitaremus de dandis in Anglia iudicibus, quis credidisset
S. V. negare voluisse? Longe aliter sperabamus nos, aliter certe cre:
didit Christianissimus Rex, qui nobiscum una id peciit, aliter crediderunt
sui Consiliarii quorum suasu id fecit. Secus crediderunt Nobiles n[ost]ri omnes
et omnes omnium ordinum p[r]imi, vel qui ad nostra postulata suas
literas adiunxerunt. Et quem non ad id adigeret racio ut crederet. S[anctita]tem
v[est]ram facturam dei respectu quod debuisset? et in principum gr[ati]am
quod inculpate potuisset, debuisset certe permittere, sacro sanctis con:

illis id definientibus, Ut controversia ibi terminetur ubi primum na:
ta est, illic enim Iudices et propius vident et cernunt certius, Ut glo:
riosissimo Martiri Cypriano, placuit et divus Bernardus ad Euge:
nium scribit, Benefacis tamen quod appellationum negato suffragio re:
mittis ad cognoscentes et qui noscere citius possint. Ibi enim certior
et facilior not ibi decisio tutior et expeditior esse potest. Potuisset aute
S. vra nam olim se potuisse ostendit, quum Iudices ad nos in Angli:
am mitteret quos postea revocavit, quod si debuisset quidem (quod ne:
gari non potest) et potuisset etiam (ut quidem factis antea suis de consi:
lio suorum declaravit) quis dubitaret de voluntate, Si quidem ut de:
beret ipsam liberam, certam et rectam teneat S. vra, non ad aliena
arbitria accommodatam, ac humanis respectibus inservientem, quod
si ita se habet (ut habet) fuerunt aliquando vires nostrae, et nunc
(ut videmus) aliorum sunt, non in lege Dni sed in rerum vicissi:
tudine meditandum est, ut de Vre Stis manu aliquid auxilii expecte:
mus. Sed auxilium nostrum a domino, certum est in domino spera:
tes non infirmabimur, Nam in conspectu omnium acta probant volu:
tatem Sti vestre totam Caesari addictam esse, illius nutu flecti, ad il:
lius arbitrium attemperari, Si quid petimus, si quid rogamus quod of:
ficii nostri esset, prima ratio est ut ne quid Caesari displiceat, quem
etiam si amicum habeamus, tamen dominantem naturae affectum
ut improbare non possumus omnino, ita in causa nostra iniquiorem
nobis non sine causa refugere debemus Et certe gravissimam nobis
iniuriam factam et vestro officio indignissimam dedecus admissum vi:
demus Ut cum Caesar se in hac causa interposuerit, et quum se oppo:
suerit defensioni appellatione interposita, quum se partem publice
professus, S. vra tu consultorem adhibeat, ad illius imperium
figat ac refigat, differat, proroget, mittat, ac statuat quodcunque tem:
poris ratione oportunum videatur, Et si quod ab adverso dicatur sta:
tim credere, si quid nos proposuerimus, omnino reiicere. Scilicet, credi:
tur nunc Regie Regnum nostrum Angliae non esse tutum locum in
quo iudicet, et creditur nudae allegationi sine testibus, Contra tam

clara et aperta documenta que nos in adversum edidimus, non ver:
bis et assertionibus que fingi possunt, sed in rebus ipsis et factis que no
mentiuntur. Nos enim, quia cum libertate atque impunitate audivimus
omnes in nos liberius etiam quam oportuit quod videbatur proferenti. Ne:
mini unquam aliam opinionem extorsimus, quam que animo videretur suo,
etiam in ceteris favore et prosequimur et prosequuti sumus. Cum tamen
post tot argumenta securitatis, et quum nullum signum adhuc appa:
ruerit an timeri a nobis merito deberet, credit vestra S. undam Regi:
ne allegatam in diversum, quo tempore dubitari potuit, qualiter esse:
mus laturi, quod agetur, et quia cum equanimitate passuri, quod fie:
ret si quid contra nos fieret. Missi sunt ad Judices in Angliam. Nunc
vero cum amplius dubitari non possit, non modo dubitatur, sed creditur
diversum eius quod nos probavimus. Probavimus enim Regnum nostrum
esse locum tutum in quo causa nostra indicetur. Nunc quum hactenus,
summa omnibus dicendi libertatem permiserimus. Regina vero tantum
allegat diversum, et si quas probationes attulerit vane sint oportet et
false nec verisimiles, Que cum ita sint, aliud tamen cur Judices
non dederit, non respondit S. Vra, nisi quod Regina allegavit locum sus:
pectum, et quis crediderit S. Vram ista nobis respondisse? nec aliud
dixisse ne Judices daret, fides certe referentium credulitatem exigit,
res vero ipsa negat nisi sequamur (quod antea diximus) eam per:
suasionem, Ut credamus S. Vram voluntatem suam ita Cesari ad:
duxisse, ut non ex animi vestri summa prudentia prediti sententia
sed ex Cesaris affectu respondere contendat, Que res facit ut iterum
atque iterum repetitis his S. Vram adeamus, expressuri minimum, si
quid aliud moverit S. Vram, quare nostris ultimis desideriis non annuerit
cupidi etiam his nostris intelligere cui causa potissimum denegando
innixa sit, Sic enim expressius et certius mentes invicem et animi
sententias communicabimus, si in causis hisce gravioribus et postulata
et responsa scriptis mandaverimus. Itaque petimus denuo his literis
a S. Vra Ut causam nostram in Anglia datis Judicibus illis quos
per Oratores tanquam indifferentes et equissimos nominabamus, decidi

patiatur atque permittat; De judicibus autem nullam (ut accepimus) facit difficultatem S. Vra, tantum de loco questio fuit, quem Sacra con: cilia iam definierunt. Divus autem Cyprianus et Bernardus (ut pre: diximus) utique convenientissimum affirmant, ut in eo loco determine: tur ubi primum nata est. Durum certe esset, probare nudam Regi: ni allegationem de loco suspecto contra ea argumenta que nos oste: dimus, et facile videt prudentia vestra non levem nobis non tam iniuri: ut ea infamia aspergamur, quasi in causa tanti Sacramenti suspecti haberemur, ne eam ex equo et bono ac divinarum legum prescripto intra Regni nostri limites terminari pateremur. Suspicio talis crimi: est etiam in infimo homuncione famosum, in Principe vero tanto magis augetur facinoris atrocitas, quo sublimius consurgit fastigium digni: tatis. Nec possumus certe pati, nedum equanimiter ferre ut de suspi: cione tam gravi accusemur, ac sine teste et a V. Ste condemnemur qui si communis patris ac boni pastoris officio fungeretur, in eo potius la: boraret ne quid temere cuique impingi pateretur, ne fama aut opinio cuiusque sine omni sua culpa ledatur, ne immerito notetur. Atque hoc nimirum est Christi vices in terris gerere, conservande charitatis exem: pla prebere, ita suum venditare, ne quid alii detrahatur, ex equo et bono omnia disceptare, plane, simpliciter, et aperte agere, pro: missa prestare, non obliquo ductu alio tendere, quam suo cursu aperte institueras. Hec omnia non ascribimus S. Vre, ut de occultis sacre litere non permittant iudicare, et nos semper temeraria iudicia fugi: mus, nec in alios libenter admittimus quod in nos ipsos equanimiter non ferremus. Sed Stis vestre Oratores vel nuncii vestri Magistratus, authore S. V. faciunt quod faciunt, cuius rei certum iudicium con: scientie vestre sit, clara certe verisimilitudo interim elucet. Sed si autor est V. S., si conscia est, si iussit, si facta probat, imo si non im: probat aperte, si non corrigit, graviora sunt his que supra memora: vimus, ea que in S. Vra dici possunt. Hanc vim S. V. omnibus modis primum conata impedire, ne quis in causa nostra suam sen: tentiam libere proferret, ac demum post multas ac varias et

multas preces iustitie administrande necessitate adacta Vt suum cuiq;
iudicium libere permitteret scribendi ac dicendi quod conscientie uideretur
Lris tandem in publicum missis permisit omnibus liberam in causa
nostra scribendi facultatem Ingratus interea Vri vro et nomine multis
grauissime minati sunt si quid scripserint in ptatem vestram Hoc Bono:
nie et aliis in locis permultis factum sentimus, Caesaris vero Or.res nobisq;
in Italia ac vre presertim ditionis, contempto V. Stis edicto In dies
non cessant terrores, minas, et cetera quoq; territamenta inculcare,
sciente et volente, vel saltem non impediente sed conniuente S. Vra, his,
qui in causa nostra scripserunt vel scriberent, ut reuocent atq; recantet,
Porro autem qua conspiratione effectum est nescimus, Vt lrarum nostrarum
nec liber sit commeatus nec tutus. Christianissimus vero Rex nobis
significauit, quomodo Orator vester, qui apud illum est, de causa nostra,
et nomine S. Vre (ut quidam asserunt) in vniuersum pronunciauit, nec
veritus est tanto Principi audacter et impudenter magna cum teme:
ritate affirmare causam nostram contra omne ius et fas intendi, nec
vllo iure aut rone niti, Que verba si ex animi vestri sententia protulit
non semper ex animi sententia et scripsit et locuta est S. Vra, qua caus:
sam aliquando iustissimam appellauit Quod si temeritas illius hominis,
a S. Vre, synceritate remota est (quod libentius vellemus) tamen qui
eo munere fungatur, in quo ad mandatorum prescripta agere uideatur
saltem aliqua rone diluenda suspicio est, sicq; cum illis agendum quos
splendor dignitatis reddit conspicuos, ne maioris scandali occasionem pre:
stent his quos in obsequio et amicitia continere cupiant Nobiscum aute
sic agat S. Vra Vt nature precepta non transiliat, et si suum sibi inte:
grum seruare cupiat, ne nostrum attingat, ne recipiat ad se appellaones
in causa nra, et si quas receperit, ne contra iusticiam eas tueri studeat
Sed sine iusticia eas in regnum remittat, Ne exercere conetur inhibitiones
suas in hac causa contra nos aut Subditos, quos illis modis non conue:
nit deterreri, Sinat leges et prerogatiuas nostras Regniq; nostri Anglie
nec tempore nec authoritate vestris cedentes sua vi procedere. Inhibitiones
istas si quas fecerit (quod non credimus) maturo consilio reuocet, que

facta sunt et cum alieni juris preiudicio ne deinceps emittat. Summa:
tim autem quod petimus hoc est. Ut ne ad se, neue ad Curiam Roma:
nam causa illius cognitionis deferri patiatur, que intra Regni nostri li:
mites debent terminari. Ne credat S. vra. ut cum leges certas et fixas ha:
beat hoc Regnum nostrum Angliae, ut causae, quecunque Regiam per:
soniam aut rempub. quoquomodo tangentes, extra Regni limites in Judi:
cio tractentur, vel permissuros nos eas, nobis regnantibus infringi et vio:
lari vel passuros Regni nostri Nobiles tam graue preiudicium suo regno
inferri. Breuiter si nihil moueat persona regnantis, moueat saltem
causa rogandi, Rogamus enim vos quod naturali juri consonum est, ut
quod nostrum est, nobis illibatum conseruari studeamus. Rogamus aute
sacro sanctis consiliis, hoc vestris legibus cauetur, ut in sua cuique pro:
uincia causa terminetur, Rogamus ex sententia diuorum Cypriani
et Bernardi, quibus hoc (ut supra diximus) equum visum est, De:
nique rogamus, quod leges nostre diuersum non patiantur, et nos a conte:
tione abhorremus. His certe non annuere non potest Stas vestra si
illum charitatis feruorem habeat, quem et titulus dignitatis prae se fert
et nos etiam optamus, Verumtamen si hae causae rogandi S. vraz
parum mouerint ut concedat quod iustum est, ceterus tamen apud nos
valebunt, ne de S. vestre manu patiamur quod iniustum est, Nec quis:
quam facile patitur quod suum est auferri, et nos etiam in aliena illi:
benter irruimus, Sed a contendo non abest detrimentum, et nullius
fere compendio semel nate controuersie transiguntur, Quid vero ani:
mi habeat S. vestra, Quid autem nobis respondere decreuerit, roga:
mus ut per lras velit significare, Et felicissime valeat Stas ve:
stra, Cui nos humilr commendamus. Ex Regia nostra apud Ham:
ptoncurt die 2. Decembris. Anno domini M°. D°. xxx°

E. S. V

Deuotiss. et obsequent. filius Angli. et francie Rex fidei defensor Dnus Hiba:nie

Henricus

Clemens Papa Septimus
Henrico Regi Angliæ.

Charissime etc. Nunquam tam acerbe dicet aut scribet ad nos Ser.tas tua
ut veteris nostræ erga te benevolentiæ et eius personæ quam gerimus
(a qua longissime omnis iracundia abesse debet) obliviscamur. Itaque
minime perturbato animo respondebimus ad tuas literas vi.a Decembris
datas quas quidem asperius quam tua voluntas tulerit aliorum impul:
su scriptas iudicamus. Condonavimusque Deo primum Regi Regum, dei:
de Serenitatis tuæ meritis erga nos omnem criminationem et querelam tuā
qua nos multis verbis tanquam erga te iniustos, et Reginæ in Cæsaris
gratiam faventes arguis, quod causam Matrimonij inter te et illam non
istic (ut velles) sed hic per nos ipsos cognosci et decidi velimus, quam
rem fili si semoto affectu et sedata perturbatione (ut optamus) perpe:
deris, nimirum quæ tua semper fuit æquitas liquido nos aliud quam
quod facimus salva honestatis et iustitiæ ratione facere non posse, ali:
quid etiam forte fecisse, quo nonnihil in te propensi aliquibus visi fue:
rimus agnosces. Primum enim ita cupiente te legatum istuc misimus
qui cum altero Cardinali et legato istic existente rem propius cogno:
sceret, et quod optabamus si fieri posset via concordiæ terminaret. quæ
quidem non antea questa se ream et alienigenam ad forum actoris
trahi, cuiusque eo in suo Regno litigare cogi ad cuius nutum omnia in
Regno agantur Tandem ab ipsis Legatis ad nos et sedem Apostolicā
appellavit, Iuramentum quoque perhorrescentiæ et suspicionis suæ per
legittimum procuratorem in .20. cu. præstitit Tum vero nos qui iustitiæ
debitores omnibus sumus veterem huius Sanctæ sedis morem et communis
iuris dictamen in hoc sequuti, quum causam pergravem super spirituali
Sacramento, et in tanto scandali periculo, inter potentissimos Reges
tanta animorum contentione permotam videremus, nos ipsi eam co:
gnitionem suscipiendam duximus. Non quod hunc laborem et molestiam li:

bentur amplecteremur, ex qua tantum tedii hausimus. Sed ne nostro officio et predecessorum consuetudini deessemus Itaque iustitie tanto debito addicti quanquam serius multo quam debuissemus et re multum dilata, tandem de unanimi voto et consilio omnium Venerabilium fratrum nostrorum S. Romane Ecclesie Cardinalium causam appellationis a Regina interposite in nostro Rotae auditorio quod doctis et probatis viris refertum est, Omnesque Christianitatis presertim Ecclesiasticas causas diiudicare consuevit, Ita commisimus audiendam Ut ex utriusque parte iuribus discussam nobis postea referrent in Consistorio nostro et cum eorundem Cardinalium consensu et sententia decidendam, Que quidem ex se ardua ob qualitatem articuli discutiendi, Cum de interpretatione Iuris divini, potestateque huius sancte sedis, et interpretatione gratie ab ea concesse agatur, et ex personis precellens: nostre potissimum decisioni apta et reservata videbatur Ut regum cause non ab alio quam a sanctissimo Pontifice et sede Apostolica iudicarentur, Quid aliud aut Serenitas tua (si nostro loco fuisset) aut quisque alius recti cultor in hoc egisset, quam quod nos egimus. Dedimus Iudices in tuo Regno, quoad pars non contradixit. At ubi illa reclamavit et appellavit, qua ratione appellationem non admitteremus? Cum illa Iudicum ex loco et personis suspectum allegaret, suspicione non solum verisimili, sed etiam iuramento eius comprobata, Hic tua Serenitas verbis pluribus nullam suspicionis causam fuisse contendit, propterea quod humanissime semper permiserit Reginam suo iure uti, quod et nos credere volumus Sed tamen illi aliter credenti, et iuramento etiam affirmanti deesse in appellatione admittenda et eam committenda non potuimus, id quod iure cautum et consuetudine semper observatum fuit. At controversia ibi decidenda ubi nata est, Ita quidem nisi ubi suspicio a parte intenditur, metuiturque collitigantis potentia que et si non vera at rationabili suspicione animum inferioris et conturbet et minuat, Quod si vestra Serenitas de nobis etiam ipsis, qui Iudices et communes parentes sumus, suspicatur, ne plus alteri quam tibi faveamus (que quidem de nobis suspicio a communi iure prorsus repellitur

quem putas esse debere Reginae metum adversus te ipsum in tuo Regno, litigandi? cum praesertim idem ipse Ven.lis frater Archiepus Cantuarien cui rem committi voluisses (quem nos alioqui virum fidelem et probitate praestantem arbitramur) pro te contra ipsam Reginam nobis scripserit, et studiose cum ceteris supplicaverit. Nec nos hoc dicimus, quod de iustitia et integritate tua aliquid sinistri suspicemur, sed cum Regina eum locum se suspectum habere dicat, atque etiam iuret, cum cuius supremo et potentissimo domino litigat: res eiusmodi est ut huic suspicioni apud omnes nedum apud Iudices amplam fidem facere possit. Utque tua probitas et humanitas alioqui perspicua est, ita in hac duntaxat causa, quae tua tam interest non potest ex Reginae animo ea suspicio ac metus convelli (cum praesertim inhibitione per edictum decreta Iudici, non solum ex Reginae iuramento, sed etiam ex testium depositione constiterit) locum ei tutum non esse, non modo istic litigandi, sed ne citationes quidem adversus Ser.tem tuam exequendi, cum nos quidem fili tecum familiarius agimus quam Iudicis officium postulet. Cuius non est rationem ulli partium reddere, quid, qua ratione faciat, Sed impellimur benevolentia in te nostra ut personam erga te parentis potius quam Iudicis in scribendo gerere velimus, cupidi convellere suspicionem de nobis tuam falso conceptam, mutuumque ac veterem nostrum amorem (si per te liceat) conservare, quod ut iustius a te impetremus, acrimoniae tuarum literarum non pari asperitate, sed paterna tantum charitate respondebimus. Multa sunt enim in tuis his quae tuae Ser.tis sapientiam et aequanimitatem solitam nonnihil etiam modestiam desiderent, quae nos quidem libenter ommittimus, idque in primis quod tam crebro impingis nos Caesari esse addictos, Cui nos quidem ut non negamus nos esse et debere amicos ob communem tranquillitatem, et nostrum etiam officium, ita illius caussa contra tuam Ser.tem aut quemcumque alium nihil unquam iniuste facturi sumus, quod si illi non concedimus contra te, ne tuae quidem aequitatis est postulare ut quicquam pro te iniuste contra illum faciamus quanquam (quod verissime dicimus) numquam Caesar a nobis quicquam in hac caussa postulavit, nisi quod ius merum posceret, In quo si eius

matertera a te vinceretur, tum se libenter acquieturum semper di:
xit, Quandoquidem nulla ad eum huius rei culpa pertineat, sed in auto:
res eius matrimonij tota sit rejicienda, tantum se pro sui honoris ra:
tione contendere, ne Regina per vim et iniuriam opprimatur, Itaque
inter illum, qui huius sanctae sedis advocati, et te, qui fidei defenso:
ris titulum insignem geris, pari affectione processimus semper,
sine ulla personarum acceptione, quae apud deum non est, nec apud nos
esse debet, quamquam nos quidem tua postulata de caussa istic recommitten:
da, et si iure ipso repellabantur, numquam repulimus, sed ea ad signatu:
ram et Consistorium nostrum discutienda reiecimus, Ut plurium judi:
cio examinaretur, prout et prima Commissio caussae per nos ad tuam
instanciam facta, et postea Reginae appellationis caussa, pariter dis:
cussa et examinata fuerat. In quibus si tui Oratores aequa et ratio:
nabilia pro te adduxissent, nos tibi ita nunc, sicut prius, satisfacere:
mus, aut si aliud successisset, aequiore animo rem ferres tot et tantorum
sententijs iudicatam, Sed Oratores tui nihil umquam allegarunt aut alligant,
quo ad concedendum quod postulant permoveri possimus, nec mandatum
quidem tuum umquam adduxerunt, Sed haud obscure nostrum Iudicium
semper refugerunt et indies refugiunt. Illud vero miramur queri te Scrip:
tiam, et de literis tuis interceptis, quod falso tibi relatum est, et prohi:
bitos fuisse tuos Bononiae et in alijs terris nostris ne consilia et alle:
gationes Iurisprudentium pro te exquirerent, quum nos id tibi licere
voluerimus, literasque etiam nostras ad hoc concesserimus, quas tu qui
testes habeas nostrae voluntatis, nullas habes tuae suspicionis, quod si
probetur nobis ullos nostros in hoc deliquisse adversus et literas et
voluntatem nostram, aut nuncium nostrum apud Regem Christianis:
simum iurisprudentiis de hac caussa fuisse locutum, ostendemus id ve:
hementer nobis displicuisse, Nam quod adducis Christianissimi Regis
precum rationem non haberi, praelatorum et Nobilium tui Regni inter:
cessionem a nobis contemni et derideri, Nos quidem id quale sit pror:
sus non videmus, quum et maximi faciamus eos sicut merentur, et
ipsius Christianissimi caussa id studiose petentis, rem primo ad plu:

res, diem ad quadraginta dies produxerimus, plurimum quidem reclamantibus Regine procuratoribus, Prelatis autem et Nobilibus tuis humanissime respondimus, rationes quoque adduximus cur quod peterent concedere nequiremus, qui sane nullius precibus equissemus in tibi complacendo si simul tibi et iustitie placere potuissemus. Nec vero idem Rex singulari vir equitate, nec tui etiam Prelati et Nobiles pro sua integritate aliud petendum a nobis duxerunt aut se petere in animo et sensu suo existimarunt, quam quod iustitie congruerit. Cuius quidem tanta vis est, Ut neque Rex neque Prelatus neque Nobilis ullus rem iniustam petat sciens, sicut nec alteri ipse concederet. Atque hoc totum intelligi volumus de solo appellationis articulo, quam non admittere locumque iudicio non mutare non potuimus, ita communi iure, communique consuetudine exigentibus. Nam de principali negocio nihil dum loquimur, propterea quod iura partium a nobis nondum cognita et discussa sunt, que nos quidem si a tuis exhibebuntur ita medii et in neutrum declinantes, equo affectu parique lance expendemus, Ut omnibus recto sensu euntibus manifestum tunc sit futurum nos humanis affectibus non servisse. Nos te in Charissimi in Christo filii loco semper habere, tuique Regni privilegia et tueri et augere cupimus, quibus quidem nullum fieri videmus preiudicium si caussa hec mere Ecclesiastica, et tanti momenti, inter Regem et Reginam super Matrimonio vertens a Romano Pontifice iudicetur cum presertim in ipso regno ob rationabilem Regine suspicionem iudicari posse non iudicatur. Verum si humano more aliquid Serenitas tua in hoc concupierit, quod ei magis libeat, quam nobis liceat. Petimus a te, ne pluris tuum desiderium facias, quam nostrum officium a nobis fieri permittas. Quod si a tua Serenitate non impetrabimus dolebimus quidem maxime, Sed tamen et si de Iudicio aliquid nihil certe de amore in te nostro diminuemus. Oramus deum omnipotentem, Ut te eundem nobis et universe Christianitati quem antea prestitit, communi tranquillitati et divino honori semper inservientem quod et futurum speramus. Nos enim dempta hac una persona In:

dicis, quam non prestare hactenus non potuimus, et in posterum non poterimus, quin omnia que etiam interim ex natura iudicii de iure providenda sunt provideamus. In ceteris vero nos tibi semper prestabimus, qui antehac erga te fuimus esseque debuimus, quemadmodum hec latius dilectus filius Baro Burgii Nuntius apud te noster, tue Serenitati explicabit, Cui fidem solitam haberi velis. Datum Romae die x.a Januarii. Anno domini M.o D.o XXXI.o. Anno VIII.

Statutum pœnale contra plebeios: vt ad ecc^as Cathedrales non recipiantur.

Sigismundus primus Rex Polonie.

Volentes tempore nostri felicis regiminis obviare tempestive periculis
dissensionum et sedicionum intestinarum, que omni externo bello sunt gra:
viores, quarum dissensionum nonnulla iam indicia pullulant, ex eo, quod
dignitates et loca Ecclesiarum nostri Regni cathedralium, inferioris
status homines sepe per ambicionem querere consueverunt, cum pericu:
lo manifesto earundem Ecclesiarum et dignitatum, et cum preiudicio me:
Nobilitatis que ab antiquis temporibus laborum et virtutum suarum
officio eisdem dignitatibus Ecclesiis preficiebatur, Tum quod eadem Nobilitas
suis proprijs cruoribus a casibus bellicis regnum ipsum defendere con:
suevit et astricta est, tum quia eedem Ecclesie propter genus et assistenciam
sui ipsius unicam, sub pace et defensione debita existebant, quod esse
nequaquam posset, si per eos regerentur, qui eadem assistencia, et ceteris
adminiculis protegendi ipsas, carent, proinde de communi omnium Consili:
ariorum nostrorum consilio et assensu, atque eiusdem universe Nobilita:
tis expostulacione hoc presenti statuto ac decreto perpetuis temporibus dura:
turo, sancimus constituimus et irrevocabiliter decernimus Vt de cetero ad
Cathedrales Ecclesias in Episcopos et in eisdem Ecclesiis in Prelatos, In Colle:
giatis vero Ecclesiis ad Principales dignitates, homines tantum modo de
corpore eiusdem Nobilitatis possint promoveri, Inhibentes strictissime
sub pena perpetui exilii et confiscacionis bonorum omnium, cui tam
eos qui presenti constitucioni quoquomodo vel colore aliquando auderent
contravenire, ambiendo vbivis locorum suprascriptas dignitates vel eciam
oblatas acceptando, quam eorum parentes amicos et propinquos subiacere
volumus, ita vt cum primum huic decreto aliquis quocumque titulo
insignitus non existens Nobilis, inventus fuerit contravenisse, ipso
facto, predicte pene sit subiectus cum eisdem parentibus, amicis
et propinquis suis. In Canonicatibus vero earundem Cathedralium

Ecclesiarum per alios quam Nobiles obtinendis, servari volumus privilegium decretumque alias per predecessores nostros editum adjicientes hoc etiam, ne quisque cuiuscunque generis vel conditionis existat, audeat beneficium quodcunque nostri Juris patronatus quoquomodo impetrare vel oblatum a quovis suscipere sine nostro consensu sub incursu prefate poene exilii et confiscationis suorum bonorum et parentum amicorum ac propinquorum eius. Et quoniam questio posset incidere de genere Nobilitatis, quod diverso modo a quibusdam interpretari solet: declaramus quantum ad presens statutum attinet, eum tantum modo vocari debere Nobilem, et capacem dictarum dignitatum et beneficiorum, cuius uterque parens Nobilis et ex familia nobili sit progenitus, et qui tam ipse, quam parentes eius habitarint et habitent in suis possessionibus, Castris, Opidis, Villis iuxta morem patrie, et consuetudinem Nobilitatis viventes legibus et iuribus regni nostri Nobilium. In quo genere Nobilitatis, eos quoque Nobiles appellandos censemus, qui licet matre populari, patre tamen Nobili sint procreati, quorum tamen parentes, et ipsimet vivant et vixerint ad instar aliorum Nobilium in Regno ut supra, et non exercuerint vel exerceant eas artes et actiones quas communiter Cives, et qui in Civitatibus morantur exercere solent, per quarum usum Nobilitas ipsa in popularem et plebeam conditionem transire solet

Andreas Criczki Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
Regni Polo. Vicecancell. auunculo.

Rme in Chro pater domine et benefactor colendissime. Ingentes ago gras Rme d. vestre, qd me per Nuncium suum visere dignata sit, qui mihi ceu angelus fuit multo gratissimus, per quem quod scribi ad me voluit, id misso Utinam tam scriptum recte, qm libenter. Attigi vero ad Cardinalem obiter ex re de difficultate quam subiit Mtas Regia ex insigni legatione quam nouissime Romam fecerat Ut illi eam potius causam suspicentur, qd nunc Mtas Regia sit in mittendis istic oratoribus remissior, qm aliquid aliud, propensioresque sint ad gratificandum illi in aliis Ut eam ad pristinum officium reducant, tametsi, cum agebatur de Epatu Plocen eadem et longe asperiora sepe fuerint scripta, quod nisi Rma d. vestra fuisset, nequaquam dnus Raphael subsistere potuisset. Ago etiam gratias Rme d. vestre, quod ea que dnus Costhka secretarius attulit mihi communicare dignata sit, Saluam rem video si ita se remittat Serenissimus Rex ferdinandus vt significatum est, quod ego illum facturum nequaquam credere possum, fiet tamen id quod dnus deus volet, cuius gratie id totum est committendum, et nihilominus qd rei bene gerende oportunum est non negligendum.

Mi Rme domine Doctores mei Strzelcza et Broniczski exhibuerunt mihi magnam molestiam ratione Archidiaconatus mei Plocen, alter enim propter se, alter propter Scolastriam Varsouiensem mihi exercendam; sic rem adornabant Ut me etiam inuito alteruter esset Archidiaconus, Citationesque et prefixionem termini ante meum aduentum, et preter meam scientiam promulgarunt, somniantes eam Electionem que fit de Prelato illorum qui eligunt, Ut Epo vel Abbate, cum tamen si recte intelligo ea que interdum per ocium in me degusto vbi fit promotio per promisionem, ibi vana est

electio, vt sunt nostrae Episcoporum vmbratiles, vbi vero ex electione fit promotio, ibi promissio locum non habet, sed confirmatio superioris Cum igitur Archidiaconi quomodocunque iure per Episcopum et Capitulum eligantur per promissionem tamen ordinarii fiant, non potest ea electio quae robur dat intelligi, qua praelati eliguntur ab inferioribus in qua pluralitas et consensus omnium requiritur, cum ordinarius simul et principaliter eligit, qui est superior Archidiacono, sed hanc electionem Capituli esse adhibitam Episcopo per modum consilii. Bullae etiam nihil officere potest cum promouetur persona docta et idonea cum praefixione termini, qui vtcunque dari debet ad docendum de qualificatione sua, cum haec imago sit, priora duo nempe doctus et idoneus, res ipsa, quae perinde bulla exigit, et quae non omnes qualificati habent. Sed et bulla ipsa quin in arbitrio sit ordinarii, ostendit ipse dominus Archiepiscopus in promouendo domino Loboczki, nihil renitente Capitulo suo, Et dominus Vladislauiensis solius d. Pirkhurb propositione absque vllis terminis et ceremoniis, Vnde ego veniens Ploczkam cum de ipso Archidiaconatu has varias et indignissimas practicas comperissem Vocaui ad me Capitulum, proposui iuxta statutum duos vnum d. Przeborowski qui ratione qualificationis reici non posset, alterum dominum Popielski, quem cum quisque potiorem indicaret quam illum quem non nosset, conuenimus super illo ad vnum omnes vt promissio illi per me facta. ea lege vt intra sex menses vel doceret se esse qualificatum vel fieri curaret, nunc d. Strzelcza, de quo ego sum multifariam benemeritus, nescio quo ductus spiritu veniens ad eum terminum quem sibi sui ue statuerunt, adhaerentibus ei duobus nec prioribus, appellatione cum citatione palam fecit, et, ut audio, alium Archidiaconum eligit Vnde expendat Reverendissima d. vestra, quomodo haec bulla quae ordinariis in fauorem expedita fuit, ita nobis vertatur in difficultatem et molestiam vt vel de tollenda illa cum aliis paleis quae in ea continentur vel de reficienda nos cogitare oporteat, tametsi quod ad menses nostros attinet, eos habemus, ut praedicto rigore bullae a Reverendissima d. vestra expedite in omnibus et per omnia liberrimos, nam et de electiuis beneficiis

quod in eis non comprehendantur, illic continetur. Quomodocumque tamen est supplico a Rma d. vra pro consilio et auxilio, et si quid fieri possit de facultate domini Borek. Ut per meum Glogowski significavi, ne isti mei turbatores et scismatici aliquid nobis, quod tamen non video illos posse, officiant. Commendo me et servicia mea gracie Rme d. Vre, quam diu deus servet sanam letam, et semper felicem. Ex Arce Poltoviensi die Sancte Dorothee. Anno domini. M°. D°. xxxi°.

Sigismundo primo regi Polonie Andreas Epus Plocensis.

Sacra Mtas et domine domine clementissime.

Humilimam mei commendacionem. Scribere mihi dignata est Sacra Mtas vestra questos fuisse Opidanos Ostrowiens. se indebite a me excommunicari scire dignetur sacra Mtas vestra opidanos ipsos magnam et insolitam violenciam in bonis meis fecisse, factorem et custodem Silvarum mearum, eo et quod ipsorum aliquot damna facientes pignoraverat, cum tumultu ad villam meam venientes, et curiam violenter intrantes vulneraverunt et captivarunt, factoremque apud se captivum aliquamdiu tenuerunt. Ego qui ad istas excommunicaciones, presertim adversus subditos Mtis vre preceps non sum, Jus meum relinquens, rem omnem in dnum Capitaneum Varsoviens., cui subsunt, retuli ut ipse mihi et Subditis meis iusticiam ministraret, qui post longas dilaciones tandem cum Capitaneo meo Poltoviensi inter partem lesam, et ipsos oppidanos concordiam fecit omnium sentencia admodum levem, de qua mihi Piotrcovie dixit, addens quod Opidani ipsi ~~iuxta concordiam~~ nihil dare velint, si perpetuo censuras sustinere deberent. Ego respondebam me ius meum et tantam violenciam relinquere tam facile non posse, libenterque vidissem ut tunc me presente coram Sacra Mte vestra questi fuissent, sed expectaverunt discessum meum, hic vero cum literis Mtis vestre venientes retulerunt mihi se concordia

fecisse cum officialibus meis, et decem vel circiter sexagenas, que pro lese decrete fuerunt per concordiam D. Capitaneum Varsovien. prosecepisse, promittentem se id vel apud me vel apud sacram Mtem vestram effecturum vt res simpliciter dimitteretur, quod esset in magna meam lenitatem et iniuriam, pessimumqz in posterum exemplum. Quare supplico sacre Mti vestre vt id non aliter, quam vt scribo, et ut vere res est, existimare dignetur, et non permittere vt sui oppidani ipsi post tantum facinus sui d. Capitaneus Varsovien. hos ludos de me faciant. Ceterum quod mihi etiam committere dignata est Mtas vra causam inter opidanos de Radzilowo, et d. Zahrzewski plebanum ipsorum, alr decidere non potui, quam vt soluerent decimam pecuniariam iuxta concordiam Rmi domini mei Cracovien. inter illos factam et interpretacom ipsius concordie per sacram Mtem vestram de mansis et laneis, et profecto in magnum ipsorum favore facta est ipsa concordia. Habet enim plebanus decreta ducum et cofirmacom sacre Mtis vre, quibus illi adiudicata fuit decima manipularis, que triplo plus valeret, proinde si recursus ad Mtem vram confugient, rem, vti se habet, scire dignetur. Cuius gracie me etiam atqz etiam humilime commendo. Ex Arce Poltoviensi. die vii^a februarii. Anno domini. M°. D°. xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto duci prussiae.

Illme Princeps et domine nepos noster charmme. Reddite sunt nobis lre Illr vestre, quibus nos de Gedanensium pertinacia, et vsu veteris marce, certiores facit, que res maiorem in modum est nobis molesta, et gravis vel ob id maxime, quod et mandatis nostris et publicis decretis, illos tam proterue reniti audiamus. Verum nos, qui maiorum semper publica commoda, quam privatam illorum vtilitate

fecimus, serio curabimus, ne vel illorum temeritas nostram, et commu:
nium decretorum authoritatem vincat vel inobedientia maneret impuni:
ta. Et tametsi quidem verisimilibus multis rationibus illi hic apud nos
demonstrare, et persuadere nobis sunt conati, nihil penitus referre nonam
ne vel veterem inter se privato consensu marcam mercatores contrahant
dum in reliquis communibus decretis et mandato nostro non discedatur
Nos tamen ne quid contra priorem quam cum Illustritate vestra et consili:
ariis nostris habuimus deliberationem fiat nihil illis assentiri in hijs que
proponebant voluimus. Sed omnem eius rei tractationem ad proximum
terrarum Prussie Conventum reiecimus Ubi consiliarii nostri simul
cum Illustritatis vestre Nunctijs, qui tamen illic erunt, collocuti, statuere meli:
us poterunt, qui certius et commodius omnibus modis in usu moneta
perscribi et servari deinceps debeat, ne amplius Civibus Gedanensi:
bus vel querendi vel disputandi locus, et occasio super his rebus
detur. Ceterum quod suspensionem sufficiendorum Senatorum Ge:
danensium attinet, satisfacere postulationi et consilio Illustritatis vestre profecto
non potuimus quod scrius quam oportebat litteras Illustritatis vestre eadem re acce:
pimus. Sede enim cathedre domini Petri in proximo et precedenti litteris no:
stris si maxime voluissemus, nequaquam potuissent. Remittendo tamen
istuc nostro Nicolao Nipschitz Illustritatis vestre postulatis annuimus, per
quem quelibet secreta libere et tuto nobis renunctiare poterit Illustritas vestra
que bene valeat et sit diu tum omnibus suis salva et incolumis
Datum Cracoviae xxiii februarii Anno domini M° D°
xxxi° regni nostri Anno xxv°

Sigismundus primus Rex Polonie
Duci Bauarie.

I

Ill.re Princeps et domine amice noster charissime. Addixerat dudum quidam Subditus noster Nobilis Starzechowski nobis per lrās intercedentibus filium suum in numerum servitorum Ill.is vestre quem nunc exigentibus certis illius domesticis negotiis domum reverti ad aliquot menses cupit, Quare id quod ipse a nobis precibus exoravit, nos ab Ill.e vra precibus his postulamus, Ut eum ipsius filium dimittere ad aliquot tempus cum bona sua venia velit, ut et domum cito reverti et pris voluntati satisfacere possit. Bene valeat Ill.s vestra. Datum Cracovie xx Februarii

Sigismundus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie

est supra

Ill.me Princeps et domine, nepos noster charissime. Reddite sunt nobis litere Ill.is vestre, quibus nos de Gedanensium pertinacia et abusu veteris marce certiores facit, que res maiorem in modum est nobis molesta et gravis, vel ob id maxime, quod et mandatis nostris et publicis decretis illos tam proterve reniti audiamus, Verum nos qui maioris semper publica commoda, quam privatam illorum utilitatem fecimus, serio curabimus, ne vel illorum temeritas nostram et communium decretorum authoritatem vincat, vel inobedientia maneat impunita. Et tametsi quidem verisimilibus multis rationibus illi hic apud nos demonstrare, et persuadere nobis sunt conati, nihil penitus referre novane vel veteri inter se ex privato consensu marca mercatores contrahant, dum in reliquis a communibus decretis et mandato nro non discedatur. Nos tamen ne quid contra primam quam cum Ill.e vra et Consiliariis nostris habuimus deliberationem fiat, nihil illis

assentiri in his que proponebant noluimus. Sed omnem quis rei tracta:
tionem ad proximum terrarum Prussie conventum reiecimus. Ubi Consi:
liarii nostri simul cum Ill.ᵉ V.ʳᵉ nunctiis qui tum illic erunt collocuti
statuere melius poterunt, qui certus et commodus omnibus modus in usu
moneta prescribi et servari demumque debeat, ne amplius Civibus Geda:
nen. vel querendi vel disputandi locus et occasio super his rebus detur.
Ceterum quod ad suspensionem sufficiendorum Senatorum Gedanensi:
um attinet, Satisfacere postulationi et consilio Ill.ᵐᵉ V.ʳᵉ propterea non
potuimus, quod serius quam oportebat litteras Ill.ᵉ V.ʳᵉ eadem re accepimus. Fuit
enim Cathedre divi Petri ita erant in proximo ut preveniri litteris nostris
si maxime voluissemus, nequaquam potuissent. In mittendo tamen Nunti:
o istuc nostro Nicolao Nipszicz Ill.ᵉ Vestre postulatis, per quem que:
libet secreta libere et tuto nobis renunciare poterit. Ill.ᵉ Vestra quam
bene valeat et sit diu cum omnibus suis salva et incolumis. Datum
Cracovie xxiii februarii Anno domini M.° D.° xxxi.°

Sigismundus Rex Polonie.
Clementi pape Septimo.

Sanctissime in Christo pater et domine domine clementissime. Post hu:
milem mei regnique et dominiorum meorum commendationem et oscula
pedum beatorum. Jam dudum supplicaveram S.ᵗⁱ Vestre per litteras ut
religiosum fratrem Adrianum ordinis predicatorum Electum Episcopum titu:
larem [illegible] paterna benedictione confirmare, Bullasque consecrationis
dari illi mandare dignaretur. In qua petitione mea, tametsi nihil dubito
primum assensum S.ᵗⁱˢ Vestre presto mihi fuisse: miror tamen veheme:
nter, quod ea sit vel meorum in sollicitando negligentia vel sanctitatis
Vestre officiorum in expediendo difficultas ut non possit tanto tempore
pauper Electus ullum muneris sui finem consequi. Quare iterum S.ᵗⁱ
Vestre pedibus supplico ut in ista exigua et honesta petitione mea
ita mihi authoritatem suam accommodare dignetur ut et religiosus

predictus confessor meus plus nimio per officiales non extrahabatur et ego cognoscam peticionem meam tanti quanti merito debet apud S. mam valere. Commendo me rursus regnum et dominia mea in gratia S. Vestre Cui et vitam diuturnam et felices omnes successus a domino deo concedi ex animo precor. Datum Cracovie xxiiii Febr. Anno domini M° D° xxxi° Regni nostri Anno xxv^to

Bona Regina Polonie Cardinali S. quatuor Coronatorum

Rme in Christo pater et domine amice honorande. Concessa nobis fuit adhuc a vivente Sanctissimo domino Leone pontifice et ab hoc etiam presente Beatissimo patre et domino nostro clemente septimo confirmata facultas nominandi duas personas nobis gratas ad Ecclesiam Cathedralem Cracoviensem, qua nos freti facultate, nominaveramus ad unius Canonicatus et prebende futuram vacationem Rndum patrem d. Joannem Electum et confirmatum Culmensem, que nominatio nostra quia hactenus et ante ascensionem Episcopalis dignitatis in domino Joanne electo et confirmato supradicto non est aliquem sortita effectum, cupieremus per hac amplioris promotionis sue occasionem et eventum ab ipso ad aliam personam nobis gratam dictam nominationem transferre, quare d. vestram Rmam plurimum rogamus Ut nomine nostro apud Sctissimum dominum nostrum concedi nobis supplicet facultatem Ut de persona prefati Joannis Electi Culmen. transferre ad aliam personam nobis gratam nominationem meam possimus que in omnibus et per omnia perinde valeat ac si is quem nominare decrevimus, et non prefatus dominus Culmensis Electus ab initio ad vacaturos Canonicatum et prebendam Ecclesie Cracoviensis eidem domino Petro Epo Cracoviensi nominatus per nos fuisset. promisso insuper eo, ne quid obstet vacatio seu abolitio nominationis per promisionem de Epatu Culmensi ipsi domino Electo posterius factam, Equum est etenim haberi eam rationem nostri apud Sctm dominum nostrum Ut concessiones

nobis facta et aliis omnibus preferantur et primisque effectum suum
capiant transferri et aboleri non permittantur. In quo V. vestra
Rma faciet nobis rem singulariter gratam, quam multa semper gra:
titudine prosequi et referre illi diligenter curabimus. Cupimus autem
ut d. v. Rma sit semper felicissima et per dei omnipotentis gratiam
in multos annos vivat salva et incolumis

Clemens Papa Septimus. Sigismundo primo regi Polonie.

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex orien:
te, sicut tue Sertati notum credimus, constans assidue fama preferatur in:
diesque confirmetur Turcarum Tirannum omni studio in apparatum magni
belli incumbere, nec ob aliam causam nunc quiescere, quam ut in sequenti
anno validior instructiorque ad bellum consurgat, quod misere Christianitati
non iam in eius finibus extremis ut ante hac fecit, sed intra viscera pe:
nitus inferat, et intra nos inclusus proxima quoque suo incendio corri:
piat. Nos qui hanc eius quietem a deo Omnipotenti nobis ad remedia congui:
rendi concessam esse iudicamus, primumque huius cure et sollicitudinis
locum pro pastorali officio tenemus, non destitimus iam pridem omnes
Reges et Principes Christianos hortari ut cum perfectam pacem Uni:
versalem inter ipsos Principes dei munere confectam habeamus, in qua
quidem eiusque conservatione omnem Christianitatis salutem positam
esse nemo non videt, vellent pro communi religione defendenda et peri:
culo propulsando mandata in suos quisque oratores apud nos existentes super
hoc mittere, quo remediis conquisitis oportunis deliberari de tota re, et
consilia salubria suscipi, et ad executionem perduci possent. In quo ali:
qui Christiani Principes nobis sunt maxime laudandi, qui mandata super
hoc amplissima in suos Oratores iam huc miserunt, sicut et alios Reges
idem facturos speramus. Cum autem fili charissime quottidie magis
crescat periculum perpetuis propiusque in dies fiat timor, cum ipse

Turca proximo vere haud dubie credatur erupturus cum hiis quas pa:
ravit et indies parat copiis, tali Inda non dormiente, vigilandum etiam
nobis et urgendam defensionem existimavimus, ne qua in re, quantum
monitis et authoritate facere possumus nostri officii partibus desimus
nec vero hactenus defuimus, quoad potuimus, nec in futurum deeri:
mus, quin continue et cum Venbus fratribus nostris et cum Principum
Christianorum Orribus assidue rem hanc discutiamus, omniqz labore
conficere studeamus, Cum sicuti certissimum est in nullo umqz maiore
periculo vexatam Christianitatem, quam nunc vexetur, attritis om:
nibus Christianorum viribus fuisse putamus, Itaqz ad tuam Sertem
sicuti ad ceteros Reges et Principes renouandam cohortationem nostram
in hoc duximus, Te per viscera domini nostri Jesu Christi cuius fides
agitur, requirentes et rogantes ut pro tua et tuorum maiorum pietate
in hoc saepenumero perspecta velis mandatum etiam tuum cum opportu:
nis instructionibus et consiliis tuis ad hoc mittere, et deo Regum Regi
gratum te praebere, nec inter ceteros Christianos Principes, tam pie,
tam laudabili, et tam necessariae susceptioni deesse, sicut tuam Sertem
pro sua eximia religione et virtute esse facturam summe confidimus.
Ipse enim deus qui te tantum Regem in terris esse voluit, ut est in
suos omnes impense benignus et liberalis, etiam coeli regnum post
terrenas opes tuae Serti retribuet, talia agentibus divina sui
oraculi voce repromissum. Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub annulo piscatoris die xxviia Junii. Anno domini. Mo
Do. xxxio Pontificatus nostri anno viiio.

Sigismundus Rex Polonie.
Bonae Regine coniugi sue.

SERenissima Princeps et domina Coniunx nostra charissima. Magnas agimus
gratias Maiestati vestre, quod nos tam de suo quam de Serenissimi filii et ceterorum libe-
rorum nostrorum felici statu certiores fecerit, quodque valitudinem nostram
suis et nunctio officiose ut solet inviserit. Nos vicissim presentibus saluta-
mus Maiestatem vestram et ut cum Serenissimo filio et aliis liberis nostris sospes atque
incolumis diu vivat vehementer optamus. Per omne id habiti Conventus
tempus, nihil nos ad celeritatem expediendorum negociorum sollicitabat
magis: quam videndi Maiestatem vestram desiderium, quo et summo et assiduo te-
nebamur semper. In quibus quidem negociis quantumcumque emolumenti vi-
gilantia nostra reipub. attulerit deo optimo max. acceptum referendum pu-
tamus, quod vero celeritas in his accesserit in fructum nobis reponimus, namque
ex hac occasione ad complexum Maiestatis vestre cito redeundi facultas nobis da-
tur, qua nihil nobis hoc tempore gratius vel iucundum magis accidere
potuit. Absolvimus heri reliquias negociorum omnium publicorum.
Quare cras hinc discedere in dei nomine et istuc ad Maiestatem vestram die Jovis
proximo pervenire decrevimus, intra quos dies nihil iam preter ipsam
Maiestatem vestram et Serenissimum filium ceterosque liberos nostros in animo nobis
versari amplius poterit ad quos pervolare quantocius gestimus.
Allate sunt nobis ex Hungaria a domino Ludovico Gutti litere, quas per-
lectas Maiestati vestre cum presentibus mittimus ut illas etiam ipsa perlegat
et ad nostrum istuc adventum apud se servet. Commendamus nos amo-
ri et mutue dilectioni Maiestatis vestre, quam simul cum Serenissimo filio et aliis
liberis felicissimam esse et diutissime salvam et incolumem optamus
Datum Piotrcovie die viii. Januarii. Anno domini M°. D°. xxxi°
Regni nostri Anno xxiiii°

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Brandeburgensi Duci in Prussia.

1.

Ill.^me Princeps et domine Nepos charis.^me. Allate sunt nobis hiis diebus lr̃e a R.^ndo prẽ Ep̃o Culmen. Or.^e apud Caesaream M.^tem nostro quibus scribit, q̃ Ciuium Lubecensium Auguste uiderit lr̃as, in quibus scribunt quendam Stephanum Klinczicz Carnatus redeuntem mari ex Moscouia, qui se Caesaris et Regis Ferdinandi dixisset Oratorem captum in Swetia esse, et ad Daniam in Coppenhagen ad Regem Socerum Ill.^tis vestre perductum, qui illum custodi et in hospitio obseruari iussit. Nanque et Mosci Or. cum illo tum redeunte veniebat, Que res cum non paruam suspicionem nobis faciat contra nos quidpiam istis legationibus occultis fieri et machinari, si uera sunt que a Lubecen. Augustam fuerunt delata Postulamus ab Ill.^te vestra, vt pro suo erga nos amore et obseruantia perquiri diligenter apud Ser.^mum Socerum suum faciat, an ita se hec res habeat, et que in ista legatione quam clam nobis esse factam M.^tas Caesarea voluerit, vterque orator habuerit mandata, explorari expedit enim nobis et reipub. nr̃e tempori hec que in nostrum incommodum strategemata subornantur cognoscere. In quo faciet Ill.^tas vr̃a rem non modo officio probi principis dignam, verum et nobis non tantum gratam q̃ necessariam, Bene valeat Ill.^tas vr̃a. Datum Piotrcou.^e v. Januarii. Anno domini M.^o D.^o xxxi.^o

Sigismundus Rex Poloniae
Alberto Duci in Prussia.

Ill.me Princeps et domine, nepos noster charissime. Postulavit a nobis vestra Ill.tas sententiam et consilium nostrum, quibus modis et rationibus ea que coram Caesarea M.te cum a novo Magro de Cronenbergh, tum a commendatore ex Livonia sunt in eius contumeliam acta et proposita, refellere debeat. Nos vero nollentes ulla in re deesse V.re Ill.ti, expendimus cum Consiliariis nostris utriusque ordinis eos libellos accusatorum eius, quos nobis communicavit, in quibus duas esse causas cur accusetur comperimus: unam de avulsis ab Imperio et ordine Theutonicorum Terris Prussiae, et omagio nobis prestito: Alteram de ordine et religione Catolica deserta, de subiectione et omagio nobis prestito, facilis est et iusta ad excusandum apud omnes ratio, constat enim universo terrarum orbi Reges Poloniae dudum terras Prussiae ut suas hereditarias, cum iure tum bello repetiuisse. Magros et ordinem non succubuisse solum, sed etiam solemni concordia et de una terrarum parte cessisse, et de altera subiectionem et omagium antecessoribus nostris prestitisse, ipsosque in ordinem Principum et Consiliariorum Regni nostri ascitos fuisse. Cum igitur V.ra Ill.s id fecit, causa pacis et boni publici quod alioqui et debuit et antecessores eius plerique fecerunt, nulli indignum aut novum videri debet, neque ob id a quoque iuste vel culpari, vel impediri potest. Quod si tamen fieret nos Ill.tem V.ram et terras ipsas ut maiores nostri solebant pro viribus nostris tueremur. Neque de hoc Ill.s V.ra quicquam dubitare debet. De mutata vero religione et deserta Ecclesia Catolica quod aliud utilius consilium V.re Ill.ti prebere possemus, quam id quod antehac aliquoties prebuimus, profecto charissime Nepos noster nullum habemus. Nos enim ab initio considerantes et qualem ea professio quae ubique traducitur aspersura esset labem Ser.me familie vestre, et quantas difficultates utique nimium paritura, consuluimus illi ex animo et affectu paterno, ut po:

eius vestigia maiorum suorum et instituta Eccle Catholice recepta et ap:
probata cum summatibus Christianis q̃ seditiosa Apostatarum dogmata
sequeretur: idipsum etiamnum non aliud qȝ filio nr̃o consulimus, rogamus:
que plurimum V. ram Illẽ ut hoc integerrimum Consilium nostrum in eam
partem accipiat, et pro sua prudentia secum diligenter expendat, consi:
deretqȝ qȝ inhonestum et perniciosum fuerit semper ab Vnitate Eccle
Catholice vel latum digitum recedere, quantam habeant ansam Adversarii
Vre Illtis cum apud Pontificem Caesareamqȝ Mtem, tum etiam apud
alios Reges et Principes Christianos criminandi illam hereseos nomine
et favorem auxiliumqȝ omnium adversus illam comparandi, qua sub:
lata, nihil amplius vel dicere vel moliri possent adversus Illẽ V. ram
quod et nostris rebus dilui, et facili negotio repelli non posset. Nosqȝ co:
modiorem haberemus viam et excusandi illam apud Pontificem Caesare:
amqȝ Mtem, et cum illis de statu eius in quo nunc est, citra motum
aliquem transigendi, Quare rogamus etiam atqȝ etiam Illẽ V. ram ut
et consilium hoc nostrum saluberrimum amplecti velit, et sibi persuadeat
nos illam nullo in eventu esse deserturos. Que valeat felicissime et nos
diligat. Piotrcovie die trium Regum. Anno domini M°. D°.
xxxi°. Regni nri Anno xxiiii°.

SERma PRinceps et domina Coniunx nra charissima. Mag:
nas agimus gras Mti vestre, q nos tam de suo, qȝ de Sigismundi filii et
ceterorum liberorum nostrorum felici statu certiores fecerit, quodqȝ Vale:
tudinem nostram lris et Nuncio officiose ut solet inviserit. Nos viris:
sim ptibus salutamus Mtem V. ram, et ut Sigismundo filio et aliis liberis
nostris sospes atqȝ incolumis diu vivat, vehementer optamus. Per omne
id habiti

Sigismundus Rex Polonie. Duci Vrbini.

Ill.ᵐᵉ Princeps et domine amice charissime. Declaravit nobis Reverendus pater Dominus Nicolaus Episcopus Kiovien. et electus Medmicen. Servitorem suum anno proxime praeterito quando iter Romam versus in Ducatu Illustris Vestrae faciebat in quibusdam aquis apud Cantianum late tunc ex inundatione diffusis submersum esse, cumque praesentibus itineris comitibus opera loci illius Illustris Vestrae praefectorum una cum Sarcinis et Sexingentis viginti novem aureis ac numismate viginti duos aureos ponderante extractum. Quos aureos praefecti in custodiam et curam suam receperunt, fortasse propterea, ne per quempiam cum iniuria proprii domini distraherentur, in quo nos officium illorum plurimum laudamus. Quoniam tamen scitum est et exploratum nobis eam aureorum summam praenominati domini Electi Medmicen. propriam esse quam ille ad expeditionem Episcopatus Medmicen. per nos illi collati Romam miserat. Illustrem Vestram rogamus ut ei Nuncio qui praesentes literas nostras illi reddet, aureos supradictos restitui, et integre numerari faciat. Nos enim fidem facimus hunc esse ad hanc rem veri domini voluntate istuc missum, et honestatis atque Iuris publici rationes exigere novimus, ut unicuique quod suum est, sine impedimento et difficultate restituatur, faciet in hoc Illustris Vestra rem Christiani principis officio dignam et nobis singulariter gratam, quam eodem equitatis modo pro Regio nostro officio et benevolencia gratificationeque mutua in omnibus referre vicissim Illustri Vestrae curabimus semper, quam et bene valere et felicem esse optamus. Datum Cracoviae die xix. Januarii Anno domini M°. D°. xxi°. Regni nostri Anno xiiii.

Sigismundus primus Rex Polonie. Joanni Regi Vngarie.

SERme Princeps et domine affinis nr charme. Mittimus ad Mtem vram hunc pntem Nobilem Stanislaum Costka, cui dedimus in mandatis, vt nonnulla nomine nro Mti vre exponat. Quare Mtem vestram rogamus, vt illi in omnibus que dicet fidem ut si nos coram loqueremur fidem indubiam habere velit, nihil enim dicet quod non sit ex mente et Consilio nro; facturaque Mtas vra rem Virtute sua dignam et nobis singulariter gratam. Cuius nos amori et beneuolencie commendamus et felicissimam esse atque incolumem vehementer optamus. Datum Piotrcouie xvii Decembris. Anno domini M° D° xxx° Regni nri Anno xxiiii°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien: Vicecancellar: Luce de Gorca Castello Posnanien: Capitaneo Maioris Polonie generali

Magce dne domine et fr honorandissime. Priusque mouissem Craca, reddite mihi erant lre Magcie vestre de filia Magca vre desponsata, et de nepote in lucem edita, que vtraque res summam mihi attulerat voluptatem, partim quod intelligam istis nouis gaudiis tristiciam priorem Magcie vre depulsam esse, partim vero quod ex hac contracta affinitate plurimum honoris et amplitudinis genti et familie Mag vre accessurum confido. Nanque dnus Odrowasz preter id quod insigni sit ortus familia optimis est preditus moribus et ingenio cum indole ita coniuncto, vt ad virtutem effingendam nihil in homine reperiri accommodatius possit, que res non potest nisi magno splendore et animi iocunditate Magciam vram afficere. Ego valeo ut soleo, sed quia multo iam tempore morbo assuefio non ita cum fastidio vt solebam affectiones perfero, quibus

iam utendum erit quamdiu deus permittet et volet / Mtas Regia expectatis per aliquot dies Consiliariis et nunctiis terrestribus qui ad diem statutam non venerant, iam tandem Conventum est auspicata, et consulit de communibus imminentibus Regno periculis, maxime tamen consulit de reprimenda et vindicanda audacia Vaivode Moldaviae, qui contra iura federum tumultuarie nunc terras Mtis sue invadens districtum Pokuczie qui ducentas sexaginta villas et duodecim aut paulo plura oppida in se continet occupavit. Coloniam cepit, et alia Castella in finibus collocata obsidet et oppugnat / ad diem Sancte Lucie que erat ab Conventu dominorum Oratorum Posnanien utriusque Regis approbacioni designata, Venit huc Sermi Regis Ferdinandi Orator cum sufficienti approbacione ~~Induciarum~~ induciarum secundum Capitula Posnanie facta et conclusa / Regis Joannis autem et si nullus recens venit nunctius, dnus tamen Joannes Laski Gnesnen et Lanicien Prepositus ex Comissione Oratorum Colligarum suorum in presencia Mtis Regie se hic statuit protestatusque est inducias istas quas nunc Rex Ferdinandus ratificaret, dnos Oratores collegas suos nomine Regis Joannis adhuc Posnanie ratificasse Ut nihil sit ex illius parte nova ad hanc rem approbacione opus, quam etiam si vellet Rex suus facere non posset, propter eam in qua teneri dicitur obsidionem, quo inopinato casu Mtas Regia perturbata, et metuens ne labores sui et spes concordie et tranquillitatis publice concidat, consilium hoc cepit Ut Oratorem suum dominum Stanislaum Costhka Capitaneum Goluben ad Regem Joannem et Capitaneos exercituum Sermi Regis Ferdinandi mittat, qui utrorumque voluntate explorata, illud quod in Capitulorum scriptis continetur, si fieri possit perficiat.

Dominus Odrowasz nihil a me postulare poterit, quod in mea facultate sit quod non illi causa Magcie Vre concedam, de opera autem et patrocinio meo ita certus esse debebit non secus quam de Magcia vestra si coram presens hic adesset.

Ceterum excusavi absenciam Magcie Vre apud Regiam Mtem et totu

Senatum sicut illam cupere et optare ex l(itte)ris eius cognoueram. Cuius M(aies)tas et domini omnes boni consulunt moram, et aduentum de quo M(agnificentia) V(est)ra in l(itte)ris suis spem dedit, expectant. Commendo me amori et beneuolentie fraterne M(agnificenti)e V(est)re, quam semper felicem et bene sanam esse vehementer opto. Datum Piotrkouie xvii Decembris. Anno dom(ini) M°. D°. xxxi°.

Andreas Cricius Ep(iscop)s Plocen(sis) Petro Tomicio Ep(iscop)o Cracouien(si) Regni Polonie Vicecancellario.

R(everendissi)me in Chr(ist)o p(ate)r et domine domine m(ihi) colendissime, quemadmodum mandauit mihi V(est)ra R(everendissi)ma D(ominatio), mitto illi exemplum litterarum ad Pontificem, iuxta Regiam et V(est)re R(everendissi)me D(ominationis), quantum memini, sententiam, ac videntur mihi quidem hec omnia, que scripsi, esse non ab re, cum ad declarandum illis, quid M(aies)tas sua non sibi solum, sed toti reipub(lice) Christiane prospiciat et caueat, tum ad excitandos ipsos vt res tanti momenti cautius et efficacius aliquanto, quam hactenus fecerunt, tractarent, ac vt denique haberent ex nobis ingenuam et veram totius consilii n(ost)ri de susceptis induciis cum Thurco racionem, tamen si quid videbitur vel durius scriptum esse vel parum ad rem pertinere V(est)ra R(everendissi)ma D(ominatio) pro sua prudencia corrigere et moderari dignetur. Cuius gracie me etiam atque etiam ex corde commendo. Ex Arce mea Poltouien(si) die XXV. Januarii. Anno domini M°. D°. xxxi°.

Instructio dno Stanislao Costka, data in Hungariam ad prefectos Regis Ferdinandi exercituum

A Sigismundo Rege Polonie.

Conveniet in primis Officiales et prefectos Exercitus Sermi domini Regis
ferdinandi, declarabit qua solicitudine Mtas Regia curaverit hoc bellu
Hungaricum, quod vergit in perniciem totius Christianitatis sistere, idqz
cum inicio huius controversie, tum novissime missis ad Conventum Posn.
magno impendio oratoribus suis insignibus, qui una cum Oratoribus Illmi
domini Ducis Misnen. omnem operam que prestari potuit apud oratores
partium dissidencium adhibuerunt, quo bellum ipsum tam funestum tolli
et pax componi potuisset. Verum cum tentatis omnibus, nihil profi:
cere potuissent, Inducias unius anni illos condixisse, intra quas pax
et concordia commodius tractaretur, easqz tum Oratores Hungaros sus:
cepisse quidem vigore facultatis sue quam habebant amplissimam: sed,
ubi Oratores Sermi domini Regis Ferdinandi rem adhuc ad illius Mtem
referri et consensum eius requiri voluerunt, causantes se ptatem adfirma:
das ipsas Inducias non habere, Oratores Hungaros idem voluisse: ne qua
in re dominum suum posterioris habere viderentur, sicqz inter utrasqz par:
tem Conventum et scriptum esse in Capitulis ut utereqz Rex ante festu
Sancte Lucie proximum, an ratas haberet ipsas Inducias necne, Princi:
pibus mediatoribus declaret. Quo termino adveniente, advenisse
Nuncium Sermi domini Regis ferdinandi cum ampla confirmacione ea:
rundem Induciarum; Venisse etiam unum ex Oratoribus Hungaris, qui
retulit se relictum esse a collegis suis ut si Sermus Rex Ferdinandus In:
ducias approbaret, ipse quoqz quiam Posnanie fecissent iteraret, Commis:
sionem se post illa, nullam aliam habuisse, quod vel Collegae sui satis puta:
runt semel a se consensum vel Regem ipsorum obsessum non potuisse
aliquid in hac re aliud significare.

Que rones tametsi nonnihil ponderis habere viderentur, tamen non audente

Nuntio Serenissimi domini Regis ferdinandi illas acceptare, ut ratas haberet Inducias, que non essent ab adversario sic confirmate ut expressum fuit in Capitulis, ne res tam necessaria et salutaris propterea dimitteretur, constitutum esse inter Maiestatem Regiam, et ipsum Nuntium ut ad ambo Reges dissidentes, tum prefecti et Capitanei ipsi quam primum de hac difficultate docerentur, et super ea voluntas ipsorum perquireretur. Quare aget diligenter Nuntius Maiestatis Regie apud ipsos Capitaneos ut Inducias conditas ratas habere, et que continerent exequi vellent, quod si facere recusarent, nisi cognita sui domini voluntate, tum ea esset expectanda.

Apud Serenissimum Dominum Joannem Regem Vngarie hec eadem erunt agenda.

Declarandumque quam miretur Maiestas Regia ipsum Serenissimum Regem Joannem non significasse Maiestati sue voluntatem suam ad tempus designatum, ut expressum est in Capitulis: quodque doleat Maiestas sua rem tanti momenti, et utilitatis impediri causa ipsius unde omnis culpa apud omnes Christianos in illum redundare possit non susceptarum conditionum que tanto labore et impendio condicte, et ab Oratoribus eius plenam facultatem habentibus suscepte fuissent. Quare hortandus erit, ut et Inducias ratas haberet, et que in illis continerentur, cum de aliis, tum de educendis exercitibus ex Regno Hungarie quam primum pro dignitate sua et commodo rei Christiane exequi curaret. Alioquin quod nullus alius bonus huius belli exitus sperari posset

Et quia multa vel intervenerunt iam vel intervenire prius nunctio adhuc possunt que divinari nequeunt, quod vel soluta sit obsidio vel non soluta: quod vel expugnatus Rex Joannes, vel oppugnatus esse, ut varie

variis sermonibus affertur: quod denique neutra pars voluntatem suam declarare velit, nisi cognita prius alterius sententia, In ijs et aliis omnibus euentibus, in quibus vtilius consilium prestare potest occasio, quam vlla instructio, erit industriæ Nuncii Sacræ Regiæ, sic verba et operam suam accommodare, Vt melius conducere pro loco et tempore videbit, curans inprimis, Vt Induciæ quemadmodum conditæ sunt obseruentur, deinde vt neutri parti vel sinistre suspicandi de Sacra Regia Vel illam de collusione aliqua culpandi occasio prebeatur

Quæ Ludouicus Gritti per Stanislaum Costka Regi Polonie in secreto Significauit.

Primo commendabit v. d. me et propensum studium meum Serenissimo Poloniæ Regi, cui sicuti opto prosperam Valetudinem ac omnes felices successus, ita cupio per quamlibet occasionem et commoditatem seruire suæ Maiestati, nec abesse ab illius longe quæsitis, quecunque in illius honorem et commodum prestare possem.

Sunt autem multi multorum Principum Christianorum Oratores quos contingebat Constantinopolim ad portam Cesaream aduentare, qui sciunt quo animo, cura, et diligentia inuigilabam semper rebus Christianorum, et non solum rebus Regum, Principum, et aliorum maiorum, sed vnicuique Christicole etiam minimo nunquam solebam defuisse, et id esse verum, multi me tacente testificarentur.

Et his aliquot annis testis mihi erit Spectabilis et Magnificus dominus de Lasko quam probe atque fideliter et rebus Hungaricis et Polonicis insudabam, nullum ex hoc expectans aliud precium quam meritum apud superos, et diuinam graciam, Nam pro statu et condicione mea ad bene beateque viuendum

nihil mihi videbatur defuisse, tamen agenti et laboranti domino Laski is adiutor et consultor fui ut Turcarum Caesarem et Turcas a pristina consuetudine abduxissemus

Solverant enim ante hac Turcae armis partis provinciis non absque sanguine cedere. Attamen iste Turcorum Imperator, primum afflatus divina ordinatione, tum demum nostro inductus ingenio, Hungariam erepto Ludovico Rege, et statim occupata Buda cessit Regi Joanni Serenissimo domino meo clementissimo, non solumque cessit, sed donavit illi Jus omne belli absque tributo et omni alia subiectione

Dumque advertisset ipse Caesar Turcarum, Ferdinandum Regem Bohemiae exturbare Serenissimum Joannem Regem regno isto iniuste, iam anni exeunt breui duo, movit se, viresque suas ad defendendum amicum suum, et Regnum Hungariae amico suo concessum

Qua expeditione sua, quae et quanta egerit ille potentissimus Princeps non est ex re recensere. Satis est enim recuperatam Budam, et alia loca iterum domino Regi Joanni Inclyto reddidisse, illique fecisse de omnibus rebus ad bellum necessariis realem provisionem, ita terrestribus et navalibus copiis, sicuti bombardis, et rebus his similibus

Nam verbum suae Caesareae Maiestatis semel productum in rem et amicitiam Serenissimi domini Joannis Regis ita statuit illius celsitudo observare, ut potius sit extrema passura quam relinqueret amicum suum vel sineret illum opprimi, utque sit in propatulo Caesareae Maiestatis animus non esse crudelis ac in Christianos impius, hac estate adveniente domino Laski et promovente concordiam novissime per Serenissimum Poloniae Regem tractatam quae facile admiserit memoriam testis esse possum.

Sed quia hac concordia existimabat Caesar Regem Bohemiae tantum tempus terere et eludere debuisse, misit me huc Maiestas sua ut quo negocium

tenderet aduerterem et prouiderem de nonnullis, vbi paucis admodum post meum huc aduentum diebus, Ferdinandi Regis copie aduentare dicebantur, et demum capto per predictum Strigonio hic sub Regia Buda comparuere, et Regem, me, et alios obsidere, et expugnare magna certe vi conabantur. qua in re taceo virtutem, fidemque ac fortitudinem eorum qui obsessi fuerunt, omnia enim altissimo commendo, cui soli liberationem Bude attribuo etc. existimo tamen omnes hic suum titulum et famam non deturpasse.

Quoniam autem Thurcarum Imperator bene Regis Ferdinandi subterfugia perspexerit, quilibet nosse potest. Nam sub vno eodemque tempore idem Bohemie Rex binos suos Oratores misit vnos ad Cesarem pro pace et Induciis quos tenet nunc detentos, alios Posnaniam tanquam pro concordia, que sui alias negotiatio, certe nescio quomodo apud alios interpretabitur, sed apud Cesarem est abiectissima, qua et multum detraxit sue existimationis, et ita Thurcarum Imperatorem exagitauit et incendit, vt primo vere certissimum et inauditum apparebit incendium. Cum malo, deus indicet qui dedit causam vtinamque illum puniret solum absque malo aliorum, et maxime eorum qui nocentes non sunt

Vbi dum hostis iam cingere nos obsidione aggrederetur, licet ego per postas aduolassem nec habuissem mecum aliquem bellicum apparatum tamen considerata rei magnitudine et perspecta, malui Regi vt se includeret vel me saltem pro defensione relinqueret, consuluisse, in tam loco minus, situ et igne deserto et ruinato, quam quod illo hosti cedere debuisset

Compertissimum enim mihi est vt si casu aliquo ex manibus Regis Joannis Serenissimi excideret Buda, illamque iterum Thurcarum Imperator recuperaret, nunquam deinceps hanc Regiam sedem possessuros Christianos sed Thurcas presidiis munituros illam, cum sit certissimum quod dum sunt Thurcarum iste vires, nunquam hic Hungaros Germanos passuros, sed potius Thurcos absumpturos omnia. Preterea Serenissimus Polonie Rex aduertat subdole ne an minus Rex Bohemie Inducias Posnanie compositas

sit complexus, cum post Luciae diem, quae dies prima Induciarum esse debuit, fortissimo impetu fuisset urbem aggressus et aliquot deinceps diebus perseverasset in eodem obsidionis conatu suus exercitus, lesaqz suam Mtem perpendat Sermus Poloniae Rex, quo animo debere istas delusas Inducias vel boni consulere vel acceptare; Tamen pro bono publico, parata nunc sicuti semper antea fuit illius celsitudo, ad ea quae pacis esset et pacis synceræ. Sed quia sit illius Mtis hoc est cum Caesare foedus ut alter absqz alterius consilio, scitu et consensu, nec de pace, nec de Induciis statueret, ibo hanc ob rem Constantinopolim solus ego per postas

Ubi cum sciam ac intelligam nullam spem esse harum Induciarum et pacis aliam, nisi quod Sermus Poloniae Rex acceptis in Sequestrum omnibus Castris, Arcibus, et municionibus ex Ferdinandi Regis manibus, mitteret suum hominem per postas Constantinopolim Caesareae Mti significando Arces esse in suis manibus, et Inducias unius anni pro tractanda pace perpetua esse necessarias, tunc ego promitto, me Inducias perfecturum Sed nisi hac de re avisabit me Mtas Regia in Marcio, tunc omnino sciat Caesarem venturum terra et Mari, et acturum quae deus velit

Nec eum moraturum sub Strigonio vel aliis locis existimet Mtas sua ibit enim recta Viennam prelium cum terrestribus copiis quaesiturus Classis autem dabit vela in Regnum Neapolitanum, verendumqz est ne ducatus quoqz Bari aliquid patiatur malorum

Suspecta enim est illi horum fratrum Caroli et Ferdinandi Regum potentia, et habentur apud ipsum ob Civilia bella ac rapinas Italicas summo odio, Nunc autem presertim dum illi Caesari Thurcarum tanqz colubri dormienti et ad pacem inclinato, hac Budensi obsidione pede candam presissent, qua re irritatus vibrare aculeos nititur

Quicquid itaqz accidet, solum Regem Bohemiae tantorum malorum causam prestitisse, senciet orbis, quem ego meis l'is conatibus sum ab ltim:

garia incessenda, et a perdenda Christiana repub^ca reducere. Videat sua demum M^tas, si abstinere noluerit, quã facie supremi sententiam Judicis expectabit. Nam sicuti stat nunc in eius arbitrio relicta Hungaria parare orbi pacem, ita si noluerit, sanguis is qui effluet, erit in capite sue M^tis et posterum suorum

Ut autem Ser^mus Polonie Rex, re ipsa experiatur curam meam et solicitudinem reipub. Christiane, offero me ad suam M^tem venturum, cum plena facultate, et tractaturum perfecturumque pacem, non solum Ferdinando, sed etiam cum aliis illam volentibus, modo Arces ille (ut supra) sint in sequestro apud suam M^tem

Preterea dum fuisset nobis cum domino Laski novi quippiam de Moldavo allatum, Jvisse ipsum verz in confinia polonica et exussisse ac depredasse aliqua loca, consultum et decretum fuit apud nos, res illius Woywode Moldavi apud Cesarem inficere, ac efficere, ut Cesarea M^tas Turcarum, nullum sit non solum auxilium sed nec favorem illi facturа, Jd ego nunc apud suam Cesaream M^tem me facturum polliceor, ut inde illius Polonie regni aliquod magnum incommodum averterem, utque hoc meo servicio pararem mihi Polonie Regis Ser^mi gratiam et benevolentiam

Non esset tamen abre, ut aliquem levem Nunctium sua M^tas mitteret ad Turcam in eo negocio, honorem Cesari faciendo, et conquerendo de fidefrago sue Cesaree M^tis subdito, ipso Woiewoda Moldano.

Sigismundus Primus Rex Polonie Ludovico Gritti.

SPectabilis et Mag.ce domine Syncere nobis dilecte. Accepimus literas tue Mag.cie, quibus nobis declarat quo in periculo versetur resp[ub]: Christiana, nisi bellum Hungaricum quoquomodo sistatur, adhortanque nos ut operam nostram adhibeamus quo bellum ipsum intercipiatur, et ut illam quamprimum de hac re certiorem reddamus. Nos in primis agimus et habemus gr[ati]as tue Mag.cie, q[uod] pro sua prudentia et virtute nobis perscripsit, que in publicam rem Christianam esse intelligit, nihil: que dubitamus, quin ad significandum hec nobis integerrimo et dolenti animo sit inducta. Verum quod ad nos attinet hactenus nihil pre: termisimus quod ad bellum ipsum Hungaricum sistendum oportunum videbatur. Et licet hucusque parum nobis successerit labor et conatus noster, agere tamen adhuc et curare non desistemus, quo tanta tem: pestas de qua scribit a Christianis regionibus averti posset, Sperantes q[uod] aliquando huic pio labori nostro sydus aliquod magis propicium aspirabit. Tua etiam Mag.cia quantum potest cum apud Serenissimum Impe: ratorem Turcarum, tum etiam apud alios Reges et Principes Chri: stianos id agat, moneat et sollicitet, quod huic discrimini avertendo, ne: cessarium intelligit, ne quid detrimenti occasione huius belli respub.ca Christiana patiatur. Faciet tua Mag.cia rem sua virtute et prudentia dignam, qua et premium a deo, et laudem ab omnibus sit habitura Que bene et feliciter valeat. Datum Cracovie xiiii.a Januarii Anno domini M.o D.o xxxi.o. Regni n[ost]ri anno xxiiii.o

Sigismundo primo Regi Polonie

Petrus Thomiczki eps Cracovien.
Regni Polonie Vicecancellarius.

Sacra Regia Mtas et domine dne clementmme.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendacoem. Reddite
sunt mihi litere Mtis vestre Sermae, ex quibus quod illam cum Serma
sua Coniuge et Sermo filio, filiabusque omnibus reliquis recte et feliciter
valere intellexi, ingenti gaudio et voluptate fui affectus, Salus siquide
principum et dominorum meorum pre ceteris omnibus que in vita beant
homines, solet mihi esse cumprimis, optata et iocunda. Quod autem
Mtas vra Serma mandare dignata est Vt ea que dnus Cosczka ex
Hungaria retulit, mihi mitterentur, magnas et ago et habeo Mti Vre gras
Sed doleo tamen vehementer, quod Inducie magno labore per Mtem Vram
create et persuase, non fuerint a Sermis Regibus Hungarie suscepte,
intelligo enim quod ea res, non solum ipsis solis Regibus, sed etiam toti Chri:
stiane reipublice magnum discrimen, magnamque calamitatem est alla:
tura, Neque equidem intelligo qua rone futurum hoc malum a populo
Christiano averti possit, si ipsi Reges tam duri, tamque difficiles in am:
plectenda concordia esse perseveraverint. Verum quia in privatis etia
desperatissimis rebus didici bonos et industrios pres familias non prius
a querendis consiliis conquievisse, quam vel eis satisfieret vel nulla
amplius consilii ratio superesset, In hac communi summa et necessa:
ria Christianitatis causa, tanto magis non cessandum esse a querendis
pacis ronibus arbitror, quanto et maioris momenti est publica res quam
privata, et non usque quaque desperatus sit adhuc pacis et concordie
eventus. Ac me quidem latet, quid demo in his novis difficultatibus
pro bono publico consilii concipiat et deliberet Mtas vra Serma, sed
quicquid tamen, et qualecumque fuerit illud consilium, non censerem in
illo diutius immorandum, In eam enim ronem et temporis angustiam
spem omnem concordie adductam video, Vt si fructus eius sperari debeat

magna sit ad industriam celeritas adiungenda, Quod ad me attinet, tametsi hic explicandis domesticis negociis iam me incepissem occupare ob mandatum tamen et voluntatem Ltis Vre Serenissime cui ego in primis obtempero, relictis omnibus venire ad illam celerius quam potero curabo, festi tamen purificationis beatissime Virginis Marie solennitate domi prius absoluta, ne ob illud violatum, infaustum iter mihi contingat, Interim me gracie Ltis Vre Serenissime et seruitutem meam supplex commendo, illamque semper esse felicissimam et in longinqua tempora cum Serenissima Coniuge, Serenissimo filio, aliisque omnibus liberis bene saluam et incolumem vehementer desidero. Datum in Bodzecin Sabbato, etc.

Petrus Thomiczki Eps Cracouien. Vicecancell. Joanni de Lasco Archiepo Gnesnensi

Rme in Chro pr et domine maior honorande. Rediit non pridem ex Hungaria dnus Stanislaus Costhka, qui refert, quod cum veniens Budam ex Strigonio postullasset a Serenissimo domino Joanne Hungarie Rege, ut Induciis posnanie confectis subscribere, et pacem cum Aduersario suo causa reipub. Christiane in summo discrimine nunc constitute, suscipere dignaretur, respondetit illius Mtas, se pacem ipsam non solum nunquam detectasse, sed etiam illam modis omnibus semper expetiuisse idque in primis Serenissimo dno Rege nostro, cuius arbitrio se iustitiamque suam submittere non dubitauerit, deinde etiam aliis Principibus Christianis manifestum esse, Sed et nunc quoque tametsi ab Aduersario suo noua iniuria affecta, quippe qui Oratoribus ad tractandum de pace et concordia posnaniam missis, illam in Arce Buden obsidione cinxerit, ac omni et conatu opprimere contenderit, ad pacem tamen et concordiam amplectendam propensam esse animo potissimum reipub. Christiane, propter quam etiam in loco non satis munito longam et grauem obsidionem subiuerit. Jam quod attinet inducias posnanien suscipiendas, quia

in pactis et federibus inter se et inter Imperatorem Thurcarum id conti:
neretur, ne vnus sine alio pacem aut Inducias firmaret cum Regibus et
Principibus Christianis, dixit sibi non integrum esse eas ipsas Inducias
inconsulto et inscio Imperatore Thurcorum suscipere, Mittere vero se ad
illum Gubernatorem regni sui dnum Ludouicum Gritti, postulatum, Vt
annueret ad illas suscipiendas, prout hec et alia plenius intelliget ex his
que dnus Ludouicus Gritti significauit Mti Regie, que ego ptibus iuncta
mitto Vre Rme d. Cui me ex animo commendo et valere illam
cum suis omnibus felicissime desidero, Datum in Bondzyczin xxviii
Ianuarii. Anno domini M° D° xxxi°

Suleiman Sultan Imperator Thurcorum. Sigismundo primo Regi Poloniæ.

I N NOMINE Dei et miraculorum illius qui est Sigillum propheta:
rum, quod in presens est Machmet Mustapha, supra quem Benedictio
dei sit et cum gratia eius quor sodalium, qui sunt Abubeker, Omer,
Othman, Ali, et cum adiutorio aliorum omnium sanctorum

Ego Sultan Suleyman filius Sultani Selimi Imperatoris, et Sultan Sulta:
norum et in terris vmbra dei, qui in presens dominator Mari albo, et
mari nigro, et Romanie, et Anatulie, et Charmanie, et Amasie, et
Durgaderli et Dyaberch, et Curdistan, et Persie et Damasco, et Alepo
et Alkayro, et Medie, et Hierusalem, et Chalil Roman, et toti pro:
uincie Arabie, et Tartarie, et vltra hec multis prouinciis quas co:
quisiuerunt pres nostri, et Basche, quorum omnium animabus Deus det
pacem cum omnibus illorum Illustribus et maximis viribus

Vobis qui estis REX Polonie, Sigismunde Intellexistis, quemadmodum
iam antea, ex nostris suprascriptis Imperiis, regnis, Prouinciis, et

Arabia, Azamia, et Bartaria, et cum innumerabili quantitate mei potentissimi Exercitus, auxilio omnipotentis dei, et cum magnitudine virium mei Illustris Imperij, atque potenti classe maritima, cui erat debite promissum, tam ex militibus quam ex alia municione, et machinis ad tam potentem classem necessariis in omnibus fuerim preparatus, tam Exercitu terrestri, quam etiam navalibus copiis, instituto exeundi contra inimicos amicorum nostrorum, Et quod cum essent inter Imperialem Maiestatem meam et Vestram Serenitatem, pacta conventa eiusmodi, Vtrique nostrum nota, de amicis amicorum, et inimicorum adinvicem confederatorum et stabilitorum iuxta eiusmodi Capitula nostra, Visum erat nobis illo tempore, Vt per Gawsch et litteras nostras, Vos de ijs cerciores faceremus: Nunc vero Serenissimus Rex Hungarie Joannes ad meam felicissimam Aulam misit fidelissimum et Strenuum Waywodam Transilvanie Hieronymum Laski Oratorem, et Imperiali Maiestati mee scripsit litteras cerciores nos faciens quod a vobis missus esset ad se Orator exhortandi illum causa, vellet esse contentus, Vt vos interponeretis medium duobus Regibus, concordandi illos gracia, et Vt ponatur finis differenciarum earum; Ad quod faciendum requirebatur a Vobis annum Induciarum tempus, et quod ob hanc causam cum instancia persuasissetis, et rogassetis Serenissimum Regem Joannem predictum Vellet hec felicissime porte et Imperiali Maiestati mee nunciare, Vt hoc anno non moverem maximum meum Exercitum contra suum inimicum; quamobrem iuxta requisicionem Serenissimi Regis Joannis nostri noluimus deesse desyderio ipsius, et ob amorem eius, innumerabili Exercitui nostro, qui erat simul cum servis nostris provinciarum nostrarum prefectis ad exeundum in campum paratus, denunctiari fecimus, Vt nemo illorum se moveret loco suo, Sed ut omnes sint ad quodque mandatum nostrum promsi et preparati, de quibus omnibus voluimus vos Vt amicum nostrum cerciorem facere. Ex Imperiali et splendida Aula mea Constantinopolitana die xvii. Mensis Deragie per Anno Prophete nostri, noningentesimo trigesimo septimo, die 7 Marcii, Anno Christi M.o D.o XXXI.o

Petrus de Tomice Eps Cracovien. Vicecancellarius
Luce de Gorca Castellano Posnamien. Capitaneo
. Maioris Polonie generali .

Magce domine domine et amice honorandissime: Plurimas ago et habeo Magce Vestre gras, q me hic exemud vastam incolentem suis amicis et perhumanis invisit, litis, quodqz me invitacione amica ad filie sue nuptias honestaverit, et que ex Hungaria dmis Costbka retulit, mihi transmiserit, quod amicissimum illmo erga me officium agnoscam ego vt debeo semper, et mutua vicissim per occasionem benevolencia atqz benemerendi officio referre diligenter illi curabo,

Quod attinet ad honestandas filie vestre Magcie nuptias, libenter certe desiderio Magce Vre et meo officio satisfacerem, si per breue tempus quod restat, et meas partim valetudinis partim alie rones insinuicet. Cum autem in hoc statu sit nunc absencia mea vt citra rerum mearum difficultatem et valetudinis periculum venire pro die nupciarum non possim rogo plurimum Magciam vestram vt absenciam meam boni consulere, et illam non ad voluntatem meam, sed occasionis necessitatem referre velit, Si enim vel ego istic essem presens vel tempus ad veniendum longius ac commodius preberetur non paterer equidem in hac etiam re honestandarum nupciarum vtcumqz eger et imbecillis officium meum vel requiri vel desiderari, sed agerem quod bono et observanti amico conveniret

Ceterum doleo sane vehementer Regni Hungarie causam veluti remulco egre ad portum atractam iam subito in longinqua et periculosa fluctuum discrimina tempestatis cuiusdam instar abreptam esse indeqz et nobis ac Christiane reipub. periculum comparatum, sub quo periculo et temporum molestia, quam acerba hominibus vita sit futura, ipsa Magca vestra iudicare potest, Ego equidem quod metuo

cogitatione diligenter reputo, prospicioque a longe ingentia mala nobis et toti populo Christiano iminere, que proculdubio decident, et non solum vicinos sed iunius proximos et his coniunctos reliquos obruent, nisi industria et consilio bonorum Principum a divina clementia impetrato celerrime rebus Hungaricis provideatur, que consilia et celeritatem cui magis conveniat querere et curare, deus indicet. Sed tamen ego laudatissimum arbitror id quod a primis negligitur personis a secundis sustineri. Mtas domini nostri, quam pium, quamque Christianum in hanc communem omnium causam officium et curam prestiterit, palam est omnibus, quod ut probet et confirmet magis, non dubito Mtem suam ceptum munus consiliis et sapientia sua ad extremum persequuturam esse. In quo qualiscumque sequetur eventus Mtis sue certe cura atque opera laude et superna mercede non erit vacua. De me tacere mihi magis convenit. Video enim quam in infimo gradu circa ista summa negotia authoritas et solertia mea sit posita ultra quem gradum, tametsi ego nihil mihi in agendis rebus assumo, obsequi tamen voluntati et mandato Regie Mtis atque consilio Magcie vre obtemperare cupiens utrumque domesticorum negociorum curam exercere incepexam; itinerisque faciendi pessima nunc est conditio, adventum meum istuc maturabo, paucissimis tantummodo diebus hic absumptis. Interim autem me amori et benevolencie Magcie vestre commendo, quam felicissimam esse et ad multos annos cum suis omnibus bene incolumem vehementer desydero. Datum in Bodzerzin xxviii Januarii. Anno domini M°. D°. xxxi°.

Andreas Criczki Eps Ploczen. petro Tomiczki Epo Cracouien. Regni Polonie Vicecancellario.

Rme in Chro pr et domine benefactor colendissime. Mitto hunc Nuncti-
um meum ad visendam Rmam d. vram, et ad conficiendum negociu
et differenciam meam cum dno Clecto Camenecen. nihil dubitans fir-
mius vtiliusqz id omne futurum, quod auctoritate ipsius Rme d. vre
cum illo transigetur. Cum autem ille multifariam se mihi obtulerit
omnia facere velle, quecumqz visa fuerint Rme D. Vestre et mihi, pe-
tens tamen ne si fieri posset ignominia regressus mei ad Preposituram
Sancti floriani afficeretur. Sed ut sanccientur omnia pro arbitrio no-
stro. Supplico Rme D. Vre dignetur pro sua in me gratia id paululu
opere, si citra eius molestiam fieri potest huic negocio recte et amice
conficiendo impendere, quod illi seruiciis meis solitis demereri curabo.
Narrabit idem meus Nuncius que mihi super Archidiaconatu Plo-
censi iuxta diuinacoem Rme D. Vestre contigerunt. in quo negocio sup-
plico etiam pro consilio, et me eidem Rme D. Vestre et seruitia mea
omni studio commendo. Ex arce mea poltoviensi vltima Januarij
Anno domini. Mo. Do. xxxio

Rme) in
veam Re[illegible]
halem [illegible]
facultate
innouati[illegible]
annus [illegible]
litteris [illegible]
reputati [illegible]
coadiutor[illegible]
tiam in
Coniugis
Tametsi
D. Vestri
ptenarii
nostri [illegible]

Re in C[illegible]
mus inge[illegible]
singulare
minsibus
in ptear[illegible]
ligentem,
ipsa ill[illegible]
mus ma[illegible]

Cordiale ad Car[lem]. S. quatuor

R(me) in Chro pater, postulavit a nobis Ser[enissi]ma Coniunx mea ut d. vram R[everendissi]mam admoneremus nominationes M[aies]tis suae ad Ecclesiam Cathedralem Crac[oviensem] factas nondum effectum suum sortitas esse in quibus ea facultate et authoritate fungi cuperet, ut a nemine alio in conferendis Canonicatibus et Praebendis preveniretur. Quare d. vram R[everendissi]mam rogamus, ut hoc M[aies]tis sue negocium memoria retinere velit, et non permittere quibuscumque volentibus subditis nostris aliqua ratione Juri et authoritati Ser[enissi]mae sue, sive permutationibus sive resignationibus sive coadiutoriis excogitatis preiudicari. Nollemus enim sicut in aliis ita etiam in ista nominandi facultate posteriorem haberi rationem Ser[enissi]mae Coniugis nostre, quam aliorum quorumcumque Subditorum nostrorum Tametsi petitionibus illorum etiam annuentes saepius illorum negocia D. Vestre R[everendissi]mae commendamus. Datum Cracoviae XXIIII[a] februarii. Anno domini M°. D°. XXX°. nostri vero Regni anno XXIIII[to].

Sigismundus primus Rex Polonie.
Cardinali Protectori regni Polonie.

R[ME] in Chro p[at]r et domine amice charissime et honorand[e]. Agimus ingentes gr[ati]as d. vestre R[everendissi]mae quod ad postulationem nostram tam singulare privilegium Ordinariis regni nostri de facultate libera in sex mensibus illorum sacerdotia conferendi apud Sanct[issi]m[um] d[omi]num nostrum impetrare curaverit, quod illius in hac parte studium et operam diligentem, et commendamus et amamus multum, illamque inter precipua illius de nobis merita connumeratam gratificatione qua poterimus maxima referre illi vicissim curabimus. Quum vero Abbates

Prelati, et reliquae ordinis ecclesiastici personae in collationibus adhuc
suis multas difficultates, molestias et praeiudicia propter contradictoria:
rum reservationum, regressuum et id genus excogitati iuris concessiones susti:
nent. D. Vram Rmam plurimum rogamus Ut apud Sanctissimum
dnum nostrum impetrare velit quo hec semestris ordinariorum libertas
et immunitas extendi ad reliquas personas Eccas regni nostri possit
ut saltem in sex mensibus libera suorum collationum iura habeant
et illis deinceps sine impedimentis que hactenus pertulerunt utantur
in quo erit nobis et impetratio et opera d. Vestre Rme eque ac supe:
rior grata.

Caeterum retulit nobis Rndus dnus Joannes Electus et confirmatus
Vilnen, superiore anno, quando et Ecclesia et domus Epalis cum ma:
iore parte Civitatis illius conflagrarunt, absumpta fuisse sibi ince:
dio consecrationis sue diplomata, que dudum ab ista sancta sede obtinuit
sine quibus dubitat an tuto consecrari possit, quare Ptem vestram
rogamus Ut in hunc casum illi consulere, et de oportuno brevi apud
Sanctissimum dnum nostrum providere velit, quo et munus conse:
crationis primo quoque tempore suscipere, et ad omnes sacros ordines
extra tempora a iure statuta promoveri possit et valeat, quod
ille bene mereri semper d. Vre Rme curabit

Scripsimus aliis litteris ad d. Vram Rmam. Rogantes Ut in impetra:
tione denarii Sancti Petri in regno nostro solvi soliti, integram nobis
Sanctissimi domini nostri et non partitam ut ante cum archimistis
gratiam prestari curare vellet, quod nunc iterum repetimus, et ro:
gamus a d. Vestra Rma, ne in tam exili re obaudiri postulata
nra permittat, nam nunc primum intelleximus parum nobis ex
prima concessione commodi cessisse cum Rndus dnus Petrus Epus
Cracovien. id quod a summa ex dicto denario collecta pro Archimi:
stis detraxerit, nobis declaravit, quod nos nequaquam illis dari con:
cessissemus si non habenda nobis illorum aliqua ratio propter

dominum Epm in presens videretur. Quare d. vra Rma curare
id etiam in nova hac impetratione velit ut eiusdem potestas collige:
di dictum denarium ~~propter~~ preter omnem exceptionem vel conditionem circu:
scriptam Rndo domino Epo Caramien concedatur. Insuper roga:
mus a d. vra Rma, ut ei nuntio nostro Joanni Vilamowski
reservationem alicuius sacerdotii in Gnesnen et Posnanien, et alteri
amanuensi Cancellarii nostri Stanislao Gorski in Plocen Ecclesia
in mensibus Apostolicis vacaturi obtinere apud Sanctissimum dnum
nostrum velit. Commisimus autem eidem nuncio nostro nonnulla
alia nra et Subditorum nostrorum negocia d. vre Rme verbis
exponere, que dum ipse referre voluerit, illam rogamus ut fidem
indubiam illi habere, et in eis patrocinium atque consilium suum acco:
modare liberaliter ut solet velit, quod nos vicissim d. vestre
Rme gratificatione et benevolentia nra regia cumulate per occa:
sionem referre curabimus

Caeterum quia evocatus est in urbem per causae devolutionem Nobilis
Joannes Sdzarzewski ratione Canonicatus Posnanien per quendam Lu:
komski ignobilem hominem quales ad istas primarias Ecclas susci:
pi ex privilegio non possunt d. vram Rmam plurimum rogamus
ut aliqua ratione provideat, ne ipse in hac causa amplius moleste:
tur. Hoc autem negocium cum ceteris aget nuncius noster apud d.
vram Rmam. Quam iterum atque iterum felicissime valere optamus

Rme domine. Supplicarunt nobis Consiliarii nostri ut Andream Garn:
kowski consanguineum illorum et unum ex Proceribus regni nri d.
vre Rme commendaremus, quod nos illorum causa facimus, et ro:
gamus d. vram Rmam ut si quando Bononia ubi his dat operam se
istuc transtulerit, vel etiam Bononie agens patrocinio d. vestre Rme
eguerit, illum causa nra deserere nolit et insuper apud Sanctmum
d. nostrum impetrare velit ut ad Gnesnen. Crac., et Posnaniensem

Ceteras aliqua singulari gratia sacerdociorum expectativa cum clausula anteferri vel reservatae in mensibus Sancti[tatis] sua cum suffi: cientibus et necessariis derogationibus illum providere dignetur

X

Sigismundus primus Rex Polonie Petro Jon Vaywode Valachie

Mag[nifi]ce amice sincere nobis dilecte. Perlate sunt ad nos hijs diebus lre tue ex Soczawa date, in quibus scribis, Vt superioribus temporibus admonuisses nos pro porcione Terre Pokuczie ex antiquo, Vt tu scribis pertinente ad terram Moldavie ex donacione serenissimorum dominorum Hungarie Regum oli[m] Stephano Voiwode, Vtque nos post mortem Bohdani Vaiwode Moldavie illa ipsam porcio[ne]m Terre, pro nobis vsurpaverimus, quapropter illam vt nobis inutilem in p[otes]tatem tuam receperis

Ad hec ita brevibus tibi respondemus quod nos nunquam id a te expectavimus vt tu nulla à nobis Iniuria lacessitus abiecta publica pace, spreta ami: citia, et bona vicinitate nostra, conculcatis federibus, fractis iuramentis et Sigillis, districtum nostrum Pokuczie ad nos et Regnum nostrum iuste ac legittime pertinen[tem] hostiliter bello nobis non denunciato invasisti, et in: iustissime occupasti, occupasque in hunc usque diem, sciens quod in illius pos: sessione pacifica predecessores tui nunquam fuerunt, quin imo districtus ille predecessores nostros Polonie, et nos, pro dominis et Regibus semper agno: vit, et neminem alium; Stephanus ille magnus predecessor tuus divo parenti nostro Casimiro Regi polonie in Opido Colomia, quod in centro predi: cti districtus Pokuczie, omagium fidelitatis prestitit et illum Ite[m] d[omi]num ac Regem suum agnovit. Bohdanus pater tuus invaserat quidem et occupa: verat tenere eundem districtum Pokuczie, sed quam[diu] non diu illo potitus fuerat et quam feliciter sibi vivo successit, sunt qui hec memoria tenent Inte: roga tuos et dicent tibi. Hijs ita se re vera habentibus, quisque sane mentis facile percipere et iudicare potest, quod maxime falleris in Ter

q̄ ille districtus ad terram Moldauie pertineret. Et Proinde non modice miramur, cur hoc tibi in animum induxisti Vt ausus fueris nos immeritissime tanta iniuria afficere. Subditosq3 nostros armis impetere. districtum nostrum pokurzie indebite et iniuste occupare, amiciciam et bone vicinitatis vinculum spernere, se suosq3 in manifestum discrimen ponere

Quia vero nos natura abhorremus ab effusione sanguinis Christiani, solemusq3 cum amicis federa seruare, dummodo illi pariter in hoc nobis responderent, admonemus te amice et Christiane, ac per federa litteras et Sigilla et iuramenta mutua nostra requirimus, Educas gentes et Prefectos tuos de predicto districtu nostro pokurzie, dampnaq3 Subditis nostris per te et tuos iniuste illata resarciri facias, Vallemus enim causa dei iniuriam hanc si gratus eris, tibi condonare, q3 id meditari et agere, quod debitum et officium nostrum exigit

Vbi vero hanc clementem et Christianam oblacionem spreueris, Speramus in domino deo, cui cor nostrum patet, et qui sedens super Thronum iudicat equitatem quod ut antea ita et nunc iuste cause nostre adiutor et protector esse dignabitur, quodq3 nos in se et iusticia mea confidentes et federa iuramentaq3 seruare Volentes in hac necessitate non deseret vt alias numq3 fecit, cum illius opem contra tales fidefragos implorauimus. Datum Cracouie die iii Februarii Anno domini M°. D°. xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie Petro Ion Voievode Valacho

B Mag^ce Voievoda, literae tue sunt nobis reddite, et verba que nomine tuo nun:
cius retulit declarata in quibus tu literis et sermone Nuncij primum quereris
de Mag^co Otto de Chodecz Palatino Sandomiriensi, quod Nuncium per te ad
nos missum retinuerit, nec ad nostram presentiam venire cum permiserit
Cui querelle palatinus noster nullam prebuit causam Nos enim id illi fa:
cere mandaueramus, necessitate rei, quam tu suscitasti permoti, Quando
enim perlatum est primum ad nos te hostiliter et contra federa, Jura:
mentis etiam tuis et legibus boni mutueque vicinitatis contemptis, terram
nostram Pokucie occupasse, et nos videremus ex hac causa Subditos nostros
aduersum te et tuos, exacerbatos valde esse, consilio et humanitate mea pre
ueniebamus pericula, in que si non ita prouisum per nos tempore fuisset
Nuncii tui in itinere incidere potuissent, Ceterum quod de verbo falleris
primis literis nostris ad te scripto, deque non conuenientibus alijs nominibus
tibi inditis nos accusas videris nobis sine occasione vlla id facere, Scri:
psimus enim nos omnia in literis nostris, que merito cum dignitate nostra
citra offensam alicuius scribi debuerunt sed fortasse tuus interpres aliter quam
sensus verborum postulabat, tibi literas nostras est interpretatus, Quare vt
rectius intelligas que scripseramus, mittimus tibi interpretationem illarum
literarum lingua Ruthenica factam, et partibus metosam. Preterea quod
nunciasti nobis vt recordaremur promissi nostri de subleuando te ad soluendum
tributum facti, res mira nobis videtur, quandoquidem nos id nunquam fuera:
mus tibi polliciti, quin etiam cum a nobis per Oratores tuos semel id
precabaris, meminimus vicissim per Oratorem nostrum tibi ita respon:
disse, quod in hac tua petitione satisfacere tibi non possimus, multis dome:
sticis sumptibus et necessarijs impensis impediti, Quod nunc repetere non
videtur necessarium, nam que semel quocumque modo constituimus mu:
tare non solemus

Quod vero de filio nostro in Regem Coronato commemoras, factum quidem ita est Subditis nostris postulantibus Vt de successore nobis, et illis de futuro domino tempore provideremus, Verum administratio Regni, omneque Jus Imperii et gubernationis penes nos hactenus remansit, quod etiam quoad vivimus in manu et potestate nostra retinere et tueri volumus

Postremo quod scribis Vt ad arbitrium Serenissimi domini Joannis Hungarie Regis deferamus, ad te vel ad nos, regnumque nostrum Terra Pokuczie pertinere debeat, Nobis hoc minime videtur factu vel dignum, vel necessarium cum ipsam terram ad nos legittime pertinentem iudicio alicuius, nobis submittere non expediat, de qua nulla unquam nobis vel dubitatio vel controversia extitit, nisi cum superioribus annis eadem audacia quidam temerarii homines et novissime Bohdanus Voivoda pater tuus appellatus hostiliter fuerant illam ipsam Terram Pokuczie aggressi de qua tum rursus ignominiose sicut hostes, et federum pacisque turbatores fuerunt eiecti prout et tibi auxiliante domino deo et iustitia nostra cooperante, propediem eventurum confidimus Nos enim freti integritate nostra fortiter et alacri animo, perfidie, iniurie hostilitatique tue quam iniuste in nostros Subditos exerces resistemus. Datum Cracovie xxi Marcii Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni vero nostri anno xxv^to.

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Jon V

A SERX me domine, amice dilecte, Petrus Vaywoda, dei gratia
dominus Regni Moldauie. Vnde ne sit incertum d. vra, his ante
diebus misimus hominem nostrum ad d. vram cum lras nostras
propter negotia nostra ardua, qui per Ottam retentus extitit, nisi
lras nostras d. vre curauit, et quum perlecte fuerunt lre no:
stre V. d. ea nobis scripsit, que non deberent domino cui scribere
Nos enim ignoramus, quiue ex informatione d. vre est, ipsa
litera scripta, qui, ut q maxime fallereruis, qp sezt districtus
Pokutie non pertineret Moldauiam. Et px noster Stephanus Vai:
woda magnus pie memorie terram Pokutie non conseruasset,
Et adhuc asserit d. vra, qp nos non sumus filius Stephani magni
Vaiwode, sed essemus filius Bohdani Vaiwode, qui erat frater nobis
ille autem autor crespitauit et fallit, qui nos a patre nostro abnegat
et illam portionem Pokutie, Stephanus Vaiwoda magnus pater
noster charissimus diu conseruauit, et post mortem autem patris
nostri, Bohdanus Vaiwoda fr noster per sororem d. vestra, que sibi
coniuncta erat, quadam astutie velaminitatis ab eo terram Pokutie
occupauerunt, Nunc autem nos illa terra indigemus, propter a
d. vra occupauimus, quia nobis est vera et legitima terra ipsa
possessionaria. Modo enim accepimus d. vram nobis ostendere mi:
nas, propterea rogamus d. vestram veluti amicum bonum, gra:
cii boni vicinitatis, qp de illis, indulgemini, quia pro certo scimus,
illam terram Pokutie pertinere Moldauiam, ea de re occupauimus
Vbi autem dicit d. vra, qp non sumus potentissimi, posse fieri
deo iuuante, potentissimi Imperatoro Thurcorum, Hungarorum,
Tartarorum, et Transalpien manu, et virtutibus, opere precium
defendere, fuere curabimus, demum autem dicit d. vra, qp nos fore:

dera, iuramenta nostra fregimus, tamen non violabimus nostra
federa neq; iuramenta, nec etiam conculcamus Sigillum nostrum,
quia dominia vestra polonica spacium vnius medium miliarium sta:
lium non intravimus, Sed iuramenta nostra pollicita in perpetuum
conservare studemus, audivimus enim quod d. vra filium suum in Regem
poloniae coronavit, et in solium regium collocavit, Nos enim eo nulla
iuramenta neq; federa adhuc domino prestitimus, et si d. vra opinatur
quod districtus ille Pokuzie non pertinet Moldaviae, causa interrogandi,
d. v. mittat vnum hominem primum ad potentissimum Impera:
torem Turcorum, tandem ad ipsum d. Joannem Regem Hungariae
qui verum iudicium et iusticiam inter nos ministrabunt, Cuius
nostrum est, poloniae vel Moldaviae regna illa terra pertinet.
quoniam quum Mittimus nuncios nostros ad d. vram Barones
d. vrae retinent, et ad eam vrae non permittunt, et consequenter,
d. ipsa, scribit nobis, quod fallimus, nescimus cum scitu vel sine scitu
d. vestrae est illud vocabulum scriptum, Si ea in re ipsa desidet
gratia visendi, mittet hominem suum vt inspiciat et legat literas
d. vra vtrum fallimus, et in reliquo d. vram valere optamus Datum
Baloniae feria tertia ante festum Cathedra Petri Anno domini
M°. D°. XXXI°.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Magni Ducatus Lituanie

Rndis in Chro pribus, Spect. Magcis, et Gnosis, prelatis, Principibus, Baronibus, Magni Ducatus nostri Lituaniae, Status utriusque Consiliariis in Conuentu Vilnen congregatis, Sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam Regiam, Rndi in Chro pres, Spectabiles ac Magci et Gnosi, Sincere et fideles dilecti, Mittimus in medium Vrarum S. Generosum Petrum de Dzambrowicza Castellanum Chelmensem, et Capitaneum Casimirien fidelem nostrum dilectum, cui Comisimus nonnulla eisdem vestris S. referre, Itaque hortamur illas, Vt ei in omnibus quecumque retulerit, plenam fidem non secus quam nobis ipsis adhibeant, et Valeant felicissime. Datum Cracoviae ultima februarii Anno domini M° D° xxxi

Consiliarii ac ordines Regni Poloniae Consiliariis Magni Ducatus Lituanie

Rmi ac Rndi in Chro pres, Spect. et Magci domini amici nostri charissimi. Commisimus huic Ozi Sacrae Mtis Regiae Generoso domino Petro de Dzambrowicza, ut nonnulla de mente nostra Vris d. referret, Itaque rogamus illas Vt ei in omnibus que retulerit, eque credant, ac nobis ipsis, et valeant felicissime et nos diligant Datum Cracoviae ultima februarii Anno dni M° D° xxxi°.

Legatio a Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Lituanos: data Petro de Dambrovicza Fierleio, Castellano Chelmensi: oratori Regio.

PRimum Orator ingressus in Conclaue Senatorum in Conuentu
Vilnen congregatorum dicet illis Salutem et gratiam Mtis Regiæ
Deinde referret se per Mtem suam multis exigentibus necessitati:
bus ad D.s suas esse missum, Nam in proxime acto et præ:
terito Regni Conuentu D. Consiliarii et terrarum Regni Nuntii
pntibus et futuris malis impendentibus consulentes retulerunt
plurima in Consultatoem quæ simul ad Regni et istius Magni Duca:
tus Lituaniæ statum tuendum et conseruandum vtilia et oportu:
na viderentur, de quibus Mtas sua pro gratia et clementia
sua qua omnes Consiliarios et Subditos suos istius Ducatus
prosequitur D. suas certiores facere voluit

Dicet vero in primis fuisse propositum videri vtile et necessarium
vt iam demum certe inueniantur rones et modi, quibus tam re:
gnum hoc, qm magnus Ducatus Lituaniæ bellorum pericula
et hostiles impetus vndique impendentes euitare possit, ne sub incer:
ta spe defensionis ex pńcium temporum perturbatoe aliquis ca:
sus superueniat, Cui non facile mederi postea si maxime vellent
vtique queant

Super qua re dicet Orator Mtem quidem suam ita respondisse,
qd D. suas sciat eius animi et voluntatis semper fuisse vt diutur:
na aliqua ex Regno, simul et ex magno Ducatu contra Tartaros,
Aduersarios et communes hostes defensio statueretur, quia tamen
nihil adhuc certi ab illis statutum vel inuentum intelligat
quod sit firmum stabile, et in longa tempora duraturum, hortari
se et monere illarum D. vt in pnti Conuentu conferant et con:

sultent in medium de aliquibus certis utilibus et diuturnis defen:
sionis futurae modis inueniendis, qui iam hic et illic pro communi bo:
no et necessitate statuerentur et obseruarentur, quos cum inuene:
rint, ut Mti suae illos explicent et declarent, quo hic etiam Mtas
sua cum omnibus Regni consiliariis et subditis audita et intelle:
cta illorum sententia et deliberatione pro necessitate et bono ac tran:
quillo statu utriusque dominii sui conseruando, consilia et equalem
tuitionis modum constituere valeat.

Caeterum refert Or Mtem suam dbus suis declarare, quod domini
Consiliarii et Nuncii terrarum in Conuentu Regni congregati mi:
rabantur vehementer Mtem suam admisisse ut obses per Caesare
Precopensem datus in Regno et non indurata seruaretur, praesertim
quando sine scitu et consilio regnicolarum, D. Consiliarii Magni Du:
catus soli de eo ipso obside recipiendo, a Caesare Tauricano conue:
nerint, quare hortari Mtem suam illarum d. ut causam eius facti
sui Mti suae explicent quo vicissim hic apud subditos regni certa
eius causae rationem Mtas sua reddere possit.

Praeterea dicit Nunctium ab Ostaphei ad Mtem suam aduenisse, qui
refert Aslamum Soltan cupere in Mtis suae fide obsequioque et
officio esse, dummodo Mtas sua aliquo illum donario munerare
et in vastis confinibus locis inter fines dominiorum suorum
habitare cum equitatu, et gentibus suis permittere dignaretur.

In qua re tametsi haec sit dominorum Consiliariorum regni sententia
ut per Mtem suam et muneretur, et in loca illa ad habitandum
recipiatur Aslamus, tamen dicit Orator Mtem suam nihil in hac
re certi inconsultis d. suis statuere voluisse, quare hortari d. suas
ut in hac re quid illius facti utilius videatur Mtem suam edoceant.

Quoniam vero in preterito etiam Regni proximo Conuentu in pense

rogarunt domini Consiliarii, et terrarum Regni Nuncii Mtem suam ut ageret apud subditos suos Magni Ducatus Lituaniae, quo in tam ardua et necessaria belli causa contra fedifragum Vaivodam Moldaviae subsidiis regno adessent, dicet Orator Mtem suam, D. earum hortari ut hanc postulationem vicinorum suorum, cum quibus illis et pax et bellum commune esse debet, perpendant, ad illamque se ita accommodent et faciles se prebeant, ut et necessitas presens et iura vicinitatis mutua postulare videntur, Considerare enim Mtem suam in magnum fructum et utilitatem cessura Magno Ducatui ea omnia que nunc ad opprimendas et debilitandas Valachi vires contulerint Nempe quod illum sciat in spem cito faciendarum cum Duce Moscoviae induciarum conspirasse, que confederatio nisi vires illius hoc tempore comminuantur, in futurum cum Mosco coniuncte magnum impedimentum et periculum magno Ducatui afferre possent. In quibus omnibus Orator verbis utetur accommodatis, et ita orationem suam in disserendo accommodabit ut que sunt desiderii Mtis sue et ad publicam utilitatem pertineant persuadere Dbus suis possit

Postremo Orator dicet nomine dominorum Regni Status utriusque Consiliariorum, Dbus suis, plurimam salutem et felicitatem, et quomodo omnes eius Regni status vehementer cupiant Dnes suas sicut vicinos et amicos suos charissimos in omnibus votis suis optima quaque fortuna et felicibus successibus uti et frui, incolumi reipublicae sue statu permanente

Rogare autem D. suas ut pro sua prudentia necessitates suas et Regni communes agnoscere et perpendere diligenter velint, illisque ita consilio providere, ne sub hac malignitate temporum in aliquam periculosam conditionem devolvantur.

Ceterum etiam dicet omnes ordines et Status regni plurimum rogare D. suas ut ad ea que per Mtem suam sunt ad illos nunciata et

relata commodum et facilem prebere velint assensum et presertim q de ferendis contra Valachum subsidiis a Mte Regia est propositu Si quidem ipsi certo confidant Mtem suam communis boni causa tam suarum qz Subditorum Regni sui omnia ista nunctiata prospicere et ex quibus amor coniunctioqz boni vicinitatis indies maior inter utrosqz coalescat.

Ubi autem similis aliqua necessitas quod deus avertat Magno Ducatui Lituanie contra hostem contingat, eadem rone ad subsidia pro facultate et virili sua ferenda D. Consiliarii et ordines regni ad cohortationem Mtis Regie dni sui presto se futuros pollicentur. Dat Cracovie ultima februarii Anno domini M°. D°. xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Georgio Duci Saxonie.

Illr Princeps et domine affinis noster charissime. Accepimus heri lras Illis vre quibus hec que et Serenissimus Rex Romanorum et dnus Vilhelmus a Rogendorff de Induciis trimestribus et aliis condicionibus in eventum suscipiendarum Induciarum annuarum nobis perscripserunt, Illis vra copiose etiam nobis declaravit qua re nos cognita, mirifice fuimus consolati, Spes enim nostra que anterioribus dificultatibus interiectis dilabi de concordia ceperat ea rursus oratione rei bene ad pacem preparate est nobis restituta. Quoniam vero Serenissimus Rex Romanorum scribens ut si sequentis annalibus Induciis ad manus neutras Arces secundum conventa concedi oporteat, Nos munus sequestri eius una cum Vra Illte suscipere non recusaremus, nobis quoqz quemadmodum et Illi vestre nihil de rone hac explicavit, quibus scilicet sumptibus, cuius stipendiis et quo militum numero Arces in Custodiam recepte servari debeant

magnopere nobis probatur quod Illustris vestra Sententiam Serenissimi Regis Romanorum ea de re exploratam per litteras miserit, De qua quum nostra quoque intersit ut certi simus, quando iam prouinciam sequestri nos suscepturos, ubi sic animus, Illustrem vestram rogamus ut id quod Maiestas sua responderit nobis celerrime perscribat et communicet

Ceterum quod ad mittendos Vratislaviam Oratores attinet, nobis integrum ~~nobis~~ non videtur consilium, quando a Rege Joanne nihil per litteras ipsius proprias sicut a Serenissimo Rege Romanorum factum est, his de rebus est nobis significatum. Quod et si hactenus ab illo factum non est, Speramus tamen cito factum iri, de quo vicissim et simul si quando Vratislaviae Oratores nostros expediat aut necessarium sit, Illustrem vestram ~~tamen~~ tum quando erit nobis cognitum, certiorem facere celeri nuntio curabimus. Interim vero Illustris vestra pro eo affectu, quo Christianae reipublicae quietem prosequitur, animo et cogitatione reputet quae oportuna et necessaria ad reliquas concordiae promovendae persuasiones videbuntur. Nam et nos nihil curae et veteris sollicitudinis nostrae quam sincere et ob amorem boni publici ab initio Hungaricae controversiae in hoc usque tempus praestitimus praetermittemus, ut aliquo tandem bono exitu transigi et terminari omnes Christianae dissensiones possint. Bene valeat Illustris vestra, et sit semper felix et incolumis. Datum Cracoviae die prima Marcii Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nostri Anno xxv^to.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien: Vicecancellarius
Joanni Carnkowski Epo Premislien:

Rme in Christo pr et domine amice charissime. Declaravit mihi d. Stanislaus Tharlo Canonicus Ecclesiae meae, d. vram in Epatu suo istic agentem certa et prospera valetudine frui quod non sine voluptate ego audivi, qui et perpetuam sanitatem, et in multos annos felicem vitam illi ex animo faveo et opto. Ego volente domino sub id tempus valeo commode satis, et si non mutaret valetudo tollerabilis, ea presentis status conditio mihi facile videri posset

Nova nulla hic habemus preter id quod ~~Serenissimus~~ Sanctissimus dnus noster declaravit Mti Regiae se concilium generale brevi indicere statuisse, et Serenissimus Rex Ferdinandus scripsit susceptas a se et Rege Joanne trimestres inducias, per quod tempus agi de longioribus etiam cum Turco debeat, quas si concipi et recipi contingat, ~~Inte~~ interim quod de concordia tractabitur, conventum esse scribit utrinque, ut Arces Strigonien et Kyesmark pro parte sua: Agria autem et Visegradum pro parte Regis Joannis ad manus Mtis Regiae et Illmi domini Georgii Saxoniae Ducis tanquam ad manus neutras concredantur. Alia nos etiam expectamus quae si afferentur, et ego Nuntium nanciscar, d. vram de illis certiorem facere curabo, Interim illius amori et benevolentiae fraternae me commendo. et eam felicem esse atque bene incolumem fore desidero Datum Cracoviae V. Marcii. Anno domini M°. D° xxxi°.

Andreas Criczki Eps Plocen.
Petro Tomiczki Epo Cracouien.
Regni Polonie Vicecancellario

Rme in Chro pr, et domine benefactor colendissime. Ago immensas gras vestre Rme D, quod pro mea magna consolacione et impartiri mihi dignata sit consilium suum in negocio D. Zebrzidowski, et que ad illud firmandum Romae opus essent curanda susceperit, quam graciam illi vna cum ipso nepote meo, quem seruitorem Vestrae Rmae D. perpetuo addixi, donec viuam demereri curabo. Ego mox arrepta sententia vestre Rme D. inuestiui eundem nepotem meum ad eam Prebendam, qua in toto regno nulla est vtilior, et que ad recepcionem eius pertinebant fieri curaui. Verum quo grauari videatur Capitulum meum, quod eius recepcionem ad Capitulum generale prorogarunt, suscepta nihilominus prouisione mea, intelliget abunde Vra Rma D, ex ipso domino Zebrzidowski, nam nolui illam grauioribus occupatam hijs Nenijs meis interpellare et molestiam illi exhibere, tantum supplico Rma D. vestra dignetur negocium ipsum ad extremum in tuicionem et patrocinium suum suscipere, arbitror enim quod quicunque rones meas cognouerit, perperam a me factum iudicare non poterit. Glogowski meum adhuc magno tedio expecto, nec, cur tanto tempore moretur diuinare quo. Commendo me in gram Rme D. vestre, qua vt me complecti non desinat Valeatque in omnibus felicissime ex animo cupio, et dominum deum precor. Ex Arce mea Woltomien die vi Marcii. Anno domini M° D°. xxxi°.

Andreas Crzicski Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Cracouien
Vicecancellario

Rme in Christo pater domine et benefactor colendissime. Misso Rmae d. vestrae per meum puerum, id quod de concilio pontifici rescribi mandauit, non visum est mihi latius aliquid in hac materia scribere, ne quid contra decorum monendi pontificis videretur, ego consilium istud tandem institui gaudeo quidem plurimum, sed cum actus priorum conciliorum recenseo, quibus modis heresis, que potissima fuit semper instituendorum conciliorum caussa, sopiebantur, et considero ex hac institutione et indicijs nonnullis, ac significatione non vulgari quam ex Germania nuper accepi conditionem ipsius Concilii, nihil aliud mihi polliceri de illo possum, quam de aliis nouissimis. Sudatum est in Concilio Constancien sex annis; In Basilien vndecim, aduersus vnius Bohemie heresim, condemnati et exusti etiam heretici, modus expeditionis aduersus illos institutus, multa salubriter decreta, presertim in magna omnium ob scisma summorum pontificum libertate. Bohemi tamen hactenus neque reducti neque domati, ex decretisque illis multis et saluberrimis haud scio an sit aliquid quod seruetur, ne quid dicam de Lateranen concilio vbi nescio quid preclarius statutum sit, quam ad propositionem Rmi domini Archiepi Laski nostri Gnesnen, animam mortalem credi debere. d. Dantiscus scripsit ad me multa, que de hac re senciat immo plane futurum videat, qui pertesus forte istorum illic quotunnis illustrium spectaculorum noctes et dies domum suspirare videtur, tamen que ego et alii conijcimus ex nouissimo Augusten Conuentu, qua si ex primordio futuri Concilii ostiam vana sint et falsa, de quibus hactenus. Ago immensas gratias Rmae vestrae D. quod dignata sit laborem et molestiam in componendo negocio Prepositure Sti Floriani subire, in quo tametsi alium exitum ex his que mihi

hic sponte offerebantur, nam exigere nihil volui, expectabam,
tamen cum gratia dei neque ego egeo, neque dignum fuit R.ma D.ne
V.ra, contendere et litigari super his proventis, presertim adversus mo:
destiam d. Camenecen., que et me hic in omnibus aliis semper ad
votum habuit, suscipio et approbo omnia grato animo, etiam si quid
minus factum fuisset, dummodo R.me D. V.re probaretur. Unum
vero si fieri potest, quod tamen equissimum, et necessarium puto
ad tollendam in posterum omnem discordie materiam, ut quoniam
mihi non constat, qualem ille regressum habeat ad Scolastriam
Plocensem, adderetur aliqua conditio in quantum regressus ipse fue:
rit validus inventus, ne illo pro infirmo meo contentato, et preser:
tim in mense ordinario, ubi nulli regressus habent locum, aut
iuri meo detraherem, aut cogerer deinde cum impetratoribus aliis
litigare. Verum hic existens sponte mihi absque ulla conditio:
ne cessionem ipsam palam obtulerat, quominus video, quid in hac
re gravari possit, cum res dubia, res sit quasi nulla, committere
itaque ~~nos~~ dignetur rogo Vestra R.ma D. alicui, ut istud quanto
melius fieri possit, reficiatur. Cuius gratie me et servitia mea
unice commendo, et illam in omnibus ex animi sui sententia
valere desidero, et dominum deum precor. Ex arce mea
Poltovien. die xiiii.ta Marcii, Anno. M.o D.o xxxi.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree Crziczki Epo Plocen: nepoti.

Rme in Chro pr et domine, nepos charissime, Capitulum d. vre Rmae scripsit huc querulas lras ad Rmum Vilnen et Camin: necen Epos et alios Canonicos confratres suos, de dato contra pri: vilegium Ecclesie Plocen Canonicatu domino Zebrzidowski, a qui: bus diligenter petunt sicut ex exemplo lrarum cognoscet d. vra Rma, ut sibi et consilio et authoritate ubi opus fuerit tam apud Mtem Regiam quam apud me adesse velint, et non permitterent privilegia ad necessitatem et decorem Ecclesie concessa aliquo ab: usu abrogari, In qua quidem re tametsi ego ab initio suaserim d. vre Rmae, dignum et consultum esse ut eum Canonicatum, nepoti suo conferret, quando privilegium ita ut scripsit d. vra Rma vel antiquatum vel desertum esset, quia tamen Capitulum affir: mat in usu et ordine suo proximis temporibus fuisse, et viri multi graves tam ex meis Canonicis, quam ex aliis me rogent, atque moneant, ne in ista invidia in quam d. vra Rma ob non servata privilegia trahitur, illam manere permittam, d. vram Rmam rogo et consulo illi ut ineat rationem aliquam, qua et capitulum placari et d. vra Rmae veterem bonam opinionem una mecum apud homines omnium ordinum retinere possit, quicquid autem sta: tuerit, vel cum Capitulo suo transegerit, mihi perscribere non gravetur,

Ceterum mitto d. vre Rmae lras, quas dominus Dantiscus ad illam scripsit, et me illius amori et benivolencie fraterne commendo, Valereque illam et felicem esse quam diutissime desidero Datum Cracovie,

Sigismundus primus Rex Poloniae Ioanni de Lasco Archiepo Gnesnensi

Rme in Chro pr et domine Sincere nobis dilecte. Agentibus nobis Piotrcoviae Regni Conventum nunc proxime praeteritum, cum de statuenda contra repentinam Valachi hostis vim matura defensione rones quaererentur et Nuncii terrarum obstinati in hoc esse coepissent, ut nulla pecuniaria decerneretur in Regno praestacio, nisi ex decimis quoque Spualium omnibus pro tam subita et necessaria defensione contribueretur. Domini Epi qui tum praesentes affuerunt post multam verborum contentionem vicissim cum proceribus et Consiliariis Secularibus ac Terrarum Nunctiis ob hoc facta, ne inconsultis Capitulis et ceteris Dioecesium suarum Clericis decernere quidpiam velle viderentur, responderunt munus hoc de contribucoe agendi, non in Conventibus publicis, neque apud se tantum, sed apud gnalem Synodum locum habere, Cuius convocandae cum nos summam ptatem esse penes Px. vram sciamus, Illam hortamur ut simul et Synodum ex tam ardua Reipub. causa necessariam indicant, et operam suam cum ceteris Regni Epis et Praelatis faciat, ut Contribucio cleri pro subsidio belli contra Valachum instituendi decernatur, In quo nobis Pr. vra, rem singulariter gratam faciet et reipub. nunc in summo discrimine positae officium suum comendabit. Quae bene valeat. Datum Crac xi. Marcii. Anno domini M°. D°. xxxi. Regni nostri xxvto.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien: Vicecancells
Chrfero de Szydlowiec: Castello et Capito Cracouien
Regni Polonie Cancellario.

Magce domine domine et amice honorande. Reddite sunt mihi litere Magtis vestre, quibus et me simul visit, et de sua recta valetudine facit certiorem, quod vtrumque mihi eque gratum ac iocundum exhibit, quando ipsius bone incolumitatis status, et hec quam de mea habet valetudine sollicitudo, tantundem me permouent, et certam perque spem de Magcia vestrae erga me amore mihi prebent. Ego in presens commodius quam ante valeo, et dnum deum pro meliori adhuc sanitate recuperanda, rogo, vtinam ut opto impetrare valeam, quod si tamen non impetro, in ea qua me esse contentus velit, viua et laudabo dominum.

Post illa noua Hungarica, nihil est hic allatum quod scriptu dignum foret, nisi quod dnus Palatinus Podolie scripsit Mti Regie Vaiuodam Moldauie misisse ad Mtem suam quendam senem nunctium cum literis, qui apud dnum palatinum Sandomirien adhuc detinetur. Ab eo tamen Mtas Regia lras recipi solum mandauit, quas si reddere noluerit, hunc cum cum aliquo custode itineris transmitti ad se mandauit. Scribit autem d. Palat Podolie se suspicari non ob aliud missum eundem Nunctium esse, quam vt obtineat facultatem et lras publicae fidei Mtis sue ad mittendum aliquem super concordia insignem Oratorem quando intelligat multum nunc esse ex mandato Turci perturbatum quo sibi precipitur, Vt exercitum xv. millium contra Germanos pararet. Sed id quando constabit ex his vel Nunctio Voiewode Moldauie, ego M. vrae perscribere copiosius curabo. Cuius me amori intera et beneuolencie fraterne commendo, illamque semper felicem et optime cum suis omnibus incolumem esse vehementer desidero. Datum Cracouie VII. Marcii Anno. 1531

SIgismundus primus Rex Polonie.
Ferdinando Archiduci Austrie ac
Hungarie & Bohemie Regi.

SERenissime Princeps et domine frater et consanguinee noster charissime
ac honorande. Nobilis Wenceslaus Proczek subditus Mtis vre
Serenissime et aulicus noster, iam multoties supplicavit Mti
vestre et nos pro illo intercessimus, ut successionis sue in iura
et debita fratris defuncti rationem haberet, et illi pro authoritate
et iustitia sua Regia in illa tueri et defendere ita vellet, ut
neque illi amplius de iustitia sua apud Mtem vram agendi, neque
nobis pro illo intercedendi occasio preberetur, quod tamen hacte-
nus neque preces illius neque intercessio nra efficere potuerunt
negotiis fortasse maioribus Mtem vram distinentibus, quare nunc
iterum presentibus Mtem vram ex animo rogamus, ut tandem
in hanc illius iustitiam et causam gratiose inspicere, quantumque
iustitia et equitas postulant sibi adiudicando tueri velit, ut
et ipse sentiat et nos cognoscamus intercessionem a nobis factam
aliquo loco apud Mtem vram fuisse. In quo Mtas vra
rem equitate sua Regia dignam et nobis singulariter gratam
prestabit, quam vicissim officiis nostris et pari benevolentia referre
illi semper curabimus. Commendamus nos amori et benevo-
lentie fraterne Mtis vestre Serenissime, quam et felicissimam esse, et
in multos annos cum suis omnibus recte salvam et incolumem,
vehementer optamus. Datum Cracovie V. Martii
Anno domini MDxxxi. Regni
vero nostri xxv[to].

Andreas Cricius Epus Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
et Regni Poloniae Vicecancell°

Rme in Chro pr et domine Benefactor colendissime. Miserunt ad me ex Conuentu Varsouien maior pars dignitariorum et Nobilitatis, rogantes Vt causam illorum super Articulo de exemptione femellarum, a quo liberari vellent, Sacrae Regiae Mti et vestrae Rmae D. commendarem, in quo nunctium suum istuc mittunt, Mihi quia haec res iusta et Christiana videtur, et vt precibus illorum non deessem, Supplico vestrae Rmae D. dignetur illis inquantum iustum et equum illi videbitur, opera et patrocinio suo adesse et negocium hoc illorum promouere, ac consulere ne articulus ipse faciat hic in posterum aliquam perturbationem, quemadmodum in terra Plocen facere solebat. Commendo me et obsequia mea eidem vestrae Rmae D. quam deus diutissime seruet sanam letam et semper felicem. Poltouii die xiiii Marcii Anno domini M° D° xxxi°.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancells
Andreae Criczki Epo Plocen Nepoti

Rme in Chro pr et domine nepos charissime. Accepi litteras d. vestrae Rmae simul cum exemplo quo, nomine Regiae Mtis rescribi debet summo Pontifici de concilio generali quod illius Stas instituere decreuit, quod exemplum mihi plane satisfacit, et pro illo ita scripto et mihi misso magnas ago et habeo d. Vrae Rmae gratias, quod vero de concilii re minus bene sit sperandum Vt scribit causam equidem ego non video, quinetiam ex contrario omnem hanc spem de concilio propositam magni faciendam esse puto, sequuto enim illo futurum confido quod omnes hereses nouae, simul cum veteribus e religione nostra

tollentur, et res Christianae per auctoritatem concilii cui summus Pon:
tifex cum Imperatore et aliis Illustribus ac inclytis personis praeerunt
in tranquillitate collocabuntur.

Gaudeo probari d. Vrae Rmae ea quae sunt per me cum domino Gam:
rato constituta. A quo certe humaniter se ad omnia proferente
praeter id quod iam scriptum est exigere aliud quidpiam maius non
decebat, praesertim cum contractus nudus, quem cum d. Vra Rma
fecit, in nullo istorum quae sponte obtulit ipsum obligatum fuisse do:
cebat. De addenda tamen conditione ut scribit D. Vra Rma, per
occasionem cum illo agam et videbo quid fieri commode poterit.

Ostendit mihi D. Zebridowski nepos d. Vrae Rmae, id quod de consi:
lio per dnum Vitum dato, illi scripsit, quod ipsum Consilium ego puto
non inutile esse, tam ad ius d. Zebrzidowski quam ad officium d.
Vrae Rmae tuendum de quo pntis hic Canonici et Vra Rma, et
alii multi murmurant et magnopere queruntur, me etiam accusantes
quod ea quae ad pervertenda privilegia Ecclesiis bono instituto conces:
sa, probarem et mali exempli rebus adiutor essem, propter quas
illorum querelas duxerim non abs re fore, si controversiam istic ali:
qua ratione sine multo iudiciorum strepitu d. Vra Rma cum Cano:
nicis componat, et nepotem licentiali honore insigniri interea curet
praedicatore etiam aliquo et lectore Ecclesiae promisso. Quod enim ad
me attinet, in omnem eventum curabo ut in Urbe Roma illi
cum derogationibus utilibus de dicta praebenda provideatur.

Nova hic alia non sunt nisi quod nunciatur Oratores Regis Ferdi:
nandi sine ulla pace et induciis domum ab Imperatore Turcorum
esse reversos, et quod rursus plurimae naves armatis militibus et
commeatu refertae a Turco sunt in Hungariam adverso Danubio
missae. Quae res in suspicionem me de futuro aliquo malo adducit. In
qua tamen suspicionum incertitudine, D. Laski nos diu perseverare

non patietur, Speratur siquidem cum certo in alterutram parte
nuncio cito rediturus, quando autem redibit, et nunciabit ea que co:
fecit, Ego D. Vestram de illis certiorem facere curabo, Cuius me amori
et benevolencie fere integre commendo, et illam felicem esse atque diu:
tissime incolumem fore desidero, Cracovie die xxiiii
Marcii Anno domini M° D° XXXI°.

Clemens Papa septimus.
Sigismundo primo regi Polonie.

Charissime in Christo fili noster, Salutem et Apostolicam benedictionem.
Que nuper ex litteris charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Hungarie
et Bohemie Regis illustris, sunt nunciata, de apparatibus in dies maiori:
bus maximis Turcarum Tyranni, proximisque periculis ei eiusque re:
gnis ac dominiis, nec minus ceterae Christianitati ingruentibus, ea ar:
bitramur tue Serenitati melius esse cognita, nec dubitamus te pro tua
excellenti in deum pietate, proque boni et Catolici principis officio
illa in tuam curam et opem pro tua virili suscepturum esse, qua
spe tue bonitatis et prudencie freti et sepe alias et paucis abhinc die:
bus scripsimus ad Serenitatem tuam Ut cum idem dei et tue Serenitatis
hostis Turca, toto hoc septennio proximo in nostram perniciem se
exercuerit Rhodum Belgradum Hungariam occupaverit, et Vien:
nam tentarit, hunc autem annum totum in apparatibus contra Christi:
anos consumpserit et consumat, vere proximo erupturus Velles pro
tuis Regiis viribus ad commune incendium restinguendum pia contribu:
tione concurrere atque ut hec expedicius fieri possent mandatum etiam
tuum huc mittere ad communi huic deliberationi nobiscum, et cum ce:
teris principum Oratoribus interveniendum, et in partem huius pie
et necessarie defensionis condescendendum, quod nondum a tua Serenitate
esse perfectum, non autem voluntati tue, de qua dubitare non possumus
sed longitudini tantum itineris assignare volumus qua celeritas negocii

impeditur, Itaque cum has aliorum adhortandorum partes pastoralis nobis persona imponat, quod cum ceteris Principibus egimus cum tua etiam Serenitate ut inclyto Christianitatis Principe agendum et repetendum duximus; Te fili mi charissime per Christum Iesum adhortantes, requirentes, et rogantes ut quemadmodum ceteros Principes speramus esse facturos, et nonnulli eorum iam fecerunt, etiam in mandatum tuum hoc ad protectorem tuum cum plenis instructionibus et consiliis ad hoc tuis quamprimum velis mittere; illudque pro tua prudentia cogitare, unum quodque temporis punctum ac momentum hosti lucro, nobis damno cedere, cum illi indies se apparet nos communem causam hactenus negligamus, que tamen verendum; idque deus omnipotens avertat, ne postea ex communi in propriam cuiusque vertatur, si nihil preter cunctationem et moram hosti opposuerimus. Sin autem tua Serenitas una cum principibus ceteris parte opis contributa, communi saluti non defuerit ut speramus, exploratissimam videmus non solum securitatis, sed victorie rationem in tot simul principum pia conspiratione repositam cum omnibus par non sit futurus, quem unus ipse Ferdinandus anno superiore cum dei auxilio represserit. Sed hec omnia latius idem protector tuus ad te scribet, Cuius litis fidem per te haberi optamus. Nos autem quamquam ex pristina calamitate nostra vix dum respirantes et facultatibus Apostolice Sedis prorsus accisis, que tamen nostri et venerabilium fratrum nostrorum S. R. Ecclesie Cardinalium erunt partes in contribuendo, quod nostri tenuitati licebit, sicut adhortatores adsumus, ita re ipsa non deerimus, Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die viii Augusti. Anno domini .. M° .. D° .. xxx°
Pontificatus nostri anno vii°.

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Clementi Papæ septimo.

Sanctiss. etc. Accepi iam pridem binas lrās vestre Stis, in quibus quia magnum et arduum negocium continetur, ad quod me vestra Stas cohortari dignata est, necessarium putaui id ad vniuersum Senatum meum referre, quo factum est, vt serius forte quàm res postulet, vrae Sti responderem. Expeditionem generalem aduersus communem hostem adornat vra Stas, rem sane non minoris necessitatis, quàm vel laudis, vel pietatis, periculum enim summum non iam in foribus, sed in penetralibus ipsis vt uere scribit, vereque edocta est vra Stas, instat, cui nisi mature, aliterque quam hactenus consuetum est, occurratur, ingentem toti reipublicae Christianae ruinam est allaturum, quare colligi tandem in vnum à vra Ste vires Christianorum aduersus tam potentem tempestatem, neque gratius quicque audire possum, neque vlla spes certior uideri debet, quàm ea que à Ste vra tam prudenti antistite nobis proponitur, quod tamen ad me attinet, cum is ad hoc negocium tractandum vel oratorem vel mandatum V. Stas requirit vt omnia merito facere debeam alacrius, quam alii, qui post terga mea degunt, ita facerem id, quod vra Stas postulat, libentissime, si vel oratorem propter difficultates quasdam domesticas expedire tam cito vt opus est, possem, vel mandatum mittere necessarium putarem, cum dextra mea extensa et parata sit semper aduersus infideles, semperque illos a finibus Christianorum multo et impendio, et sanguine meorum arceam, tantum abest, vt ad illos apparatus in hanc rem mea voluntas et opera desiderari possint, porro subditi mei considerantes eam molem Tartarorum, Moscorum, et Valachorum, que regnum et dominia mea semper premit, non solum ad distinendum me à bellis et contributionibus aliis satis esse sed vires etiam meas iam continuis bellis attritas, ad tantum onus ferendum non sufficere, a nemineque Christiano principe me laborante

adimarj, expeditionem autem generalem aduersus infideles hactenus nihil
aliud quam pretextum contributionum ad priuatos affectus, et bello:
rum intestinorum fomitem fuisse, multa regna et dominia, multosque prin:
cipes, et nouissime Ludouicum Regem nepotem meum desideratissimum
spe ipsius generalis expeditionis et subsidiorum, que illi undique non promitte:
bantur, corruisse, spemque aliam meliorem seruande rei Christiane ad:
huc nullam apparere, pacem quidem inter plerosque principes Chri:
stianos factam predicari, simultatum tamen, dissensionum et heresum
plena videri omnia, vires, sumptus, et studia, que ad commune rei:
pub. Christiane salutem tota conferri deberent, in priuatos affectus
et bella intestina conuerti, hostem irritari magis quam arceri, trium:
phos et spes inanes iactari, consilia et remedia salubria negligi, et
omnia priuatis cupiditatibus posteriora haberi, hostem vero interim pede
indies magis proferre, et omnia impune occupari, hec inquam consi:
derantes subditi mei, exegerunt a me, quod Inducias cum Impera:
tore Turcorum necessario susceperim, exiguntque adhuc vt longiores
suscipiam, neque me et regnum meum vt vicini alii, in manifestum
discrimen inducam, quod et alias Vestre Sanctitati declaraui, Quare cum
ita se res habeant, Supplico Vestre Sanctitati, Vt hec que integerrimo et do:
lenti animo a me scribuntur, in eam partem accipere dignetur, ac
boni consulere, si quid minus votis eius respondeam in presens, cum
neque opus putem, postquam in ea sum palestra in procinctu semper, ad
quam se Vestra S. cum aliis accingit, neque vt ingenue dicam, satis
integrum ac consultum sit, cum hactenus eiusmodi consilia et confe:
derationes Principum Christianorum nihil aliud quam hostem cautiore,
instructioremque reddere, et vicinos illi ad deuorandum propinare solebat.
Verum cum aliquid serio agi videro, vnde spes certa colligi poterit,
ego quod hactenus feci, et facio, nulla in parte deero reipub. Christiane
idque omne alacriter exequar, quod ad pium et Christianum principem
pertinere videbitur. Commendo me rursus Regnumque et dominia
mea Vestre Sanctitati, quam ad multos annos sanam, sospitem et incolume
esse cupio. Crac. die . . . Aprilis. Anno dom. M° D° xxx°.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali S. Quatuor coronatorum et Regni Polonie Protectori.

Rme et D. Egit nobiscum binis litteris Sanctissimus D. N. vt ad statuendā
expeditionem aduersus communem hostem, quam istic parat, vel nunctiū,
vel mandatum nostrum ad eius S. mittamus, Nos vt illam variis pro:
missis et iactationibus non laceremus, rescribimus illi ingenue, et ut
arbitramur pernecessarie, id quod res est, expeditionem ipsam esse nego:
cium arduē et maxime deliberationis vt pote que antehac cum vires
Christianorum essent validiores, et hostis non ita potens vt nunc est, sepe
et nequicq̄ fuit tentata, neq̄ hactenus aliquid aliud perfectum est
istis moliminibus, q̄ irritatio hostis continuum rei Christiane detri:
mentum, Cum vero nunctium vel mandatum nostrum ad eam rem
mittere neq̄ sit opus, q̄ subditi nostri et pugnent et contribuant sem:
per aduersus infideles, neq̄ ob inducias nostras cum Turco satis
integrum ac tutum, non solum propter fidem, sed etiam propter peri:
culum. Vt enim nobis, qui viciniores sumus, magis conduceret, si
expeditio ipsa succederet, ita, si minus, in nos potissimum furor prouo:
cati hostis redundaret, sicuti antehac semper redundare solebat, eaq̄
fuit multorum aliorum vicinorum interitus caussa precipua, roga:
mus vestram Rmam D. vt non solum nos excuset eius Sti, sed
etiam consulat illi vt tantisper donec Christianorum vires et bellis
intestinis attrite, et simultatibus ac heresibus distracte resarciantur, po:
cius de continendo qua prouocando magis tanto hoste, qui nihil no
exploratum habet, rationem et consilium ineat, aut aliter rem instituat
ac prosequatur, q̄ hactenus multi alii facere consueuerunt, quod
vbi nos cognouerimus, et spes certa alicuius boni successus appa:
rebit, persuadeat vestra Rma D. illius Sti, nos neq̄ postremos
futuros, neq̄ officio nostro vlla in parte defuturos. felicissime valeat
vestra Rma D. et nos diligat. Datum Crac. die .. Aprilis

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi PP.ae vij.mo

Sanctissime Pater. Nescio, an ullam unquam rem graciorem mihi significare potuisset Vestra S. quam quod in tantis reipub. Christianae turbis et calamitatibus precipuum semper remedium arbitrabar, ac in universum omnes dudum exigere videbantur, se ad statuendam tandem Synodum generalem animum induxisse, agoque immensas gratias Vestrae Sanctitati, quod et meum in hac re integerrimum consilium amplecti, et officium facere prudencia sua dignum, more optimorum antecessorum suorum exequi dignetur. Hec enim est unica in omni rei Christianae adversa tempestate sacra anchora, ad quam laborante Ecclesia, et statu publico recurri solitum fuit semper. Verum enimvero nunc demum quo magis et tempora difficiliora sunt, visque hostilis formidabilior, et scismata heresesque quasi caternatim in unum omnes collecte, lacius latiusque in omnibus fere nacionibus plurimorum hominum mentes afflarunt et corruperunt, eo magis curandum erit V. S.ti ut tam salutare institutum eius, opem et medelam aliquam tot perpessis, et adhuc maioribus impendentibus malis afferre possit. Nam nisi accuracius providebitur saluti publicae, quam memorie proditum est in novissimis aliquot conciliis factum esse, vereor maxime, ne, quod omen deus avertat, magis confirmentur et augmententur incendia quam extinguantur, quod tamen ne contingat, Vestram S.tem una cum Caesarea M.te oportuno modo curaturam esse non dubito. Quod ad me attinet, cum ipse haud quaque venire potero, mittam non gravatim Oratores meos viros aliquos probatos et idoneos, qui et addicti erunt V. S.ti omni obsequio, et id omne loco meo obibunt, quodcunque ad gloriam dei et dignitatem Vestrae S.tis totiusque reipub. Christianae salutem oportunum videbitur, modo Vestra S. me tempori de die et loco Concilii cerciorem facere dignetur, in Cuius bonam graciam, me, regnumque meum et dominia etiam

atque etiam diligentissime comendo, et quam pro incolumitate Sancte fidei Catholice et singulari mea voluptate longe et felicissime valere desidero. Datum Cracovie die xxviij Aprilis. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni mei xxv^to.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Regni Vicecancell. Ioanni comiti in Tarnow Palat° Russie: et exercituum regni Polonie Duci generali.

Mag^ce domine fr. et consanguinee honorandissime. Heri primum ex Lithuania rediens D. Isdbienski Ecclesie mee Canonicus retulit mihi, placere Regie et Rev^de M^ti Matrimonium quod nos inter Ill^mam dominam Ducem Masovie et Dominum Odrowasz tractare et suadere cepimus. Verum de dote in bonis Ducatus Masovie illi assignanda, assentiri nequaquam voluerunt, Namque Regia M^tas dicebat iam de hoc antea Consiliariis regni ita visum esse, Ut si alicui nuptum Dux Anna traderetur Dotis nomine daretur illi vel pecunia numerata vel inscriptio fieret in bonis aliquibus M^tis sue, que extra illum Ducatum prorsus essent posita. Quare de contrahendo quidem matrimonio inter ipsam Ducem Annam et dominum Odrowasz stat hec firma M^ti Regie sententia.

Quod tamen ad dotem attinet Consiliariorum suorum sequi vult sententiam, et illam vel in numerata pecunia dare, vel in bonorum quorumcunque regni sui hypoteca assignare, prout hec latius M^ti vestre D. Isdbienski his suis perscribet. Quoniam autem necesse est, ut omnis ea Matrimonii tractatio et caussa ad reditum usque in Regnum M^tis Regie differatur, Mag^ca vestra disquirit et expendet interim in animo suo quid illi ad rem magis oportunum videatur, Ut cum M^tas sua redierit ex una volumtate certi et expediti esse possimus, quomodum perfici res debeat, consilio egimus. Interea ego me amori et benevolencie fraterne Mag^ce

vestre commodo, eamqz felicissimam esse et diu cum suis omnibus incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae penultima Aprilis. Anno domini M°. D°. xxxi°.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell.
Lucae de Gorca Castell° Posnaniensi et
Capitaneo Maioris Poloniae.

MAg^ce domine domine et fr. honorandiss^me, Nunc primum ex literis Mag^tis vestrae intellexi dominum Odrowasz laborare apud Regiam Mtem de impetrandis Regiis literis reservandi sibi ad iusta tempora Castrum et oppidum Sambor cum bonis ad illa pertinen., et primoqz aliquid ea de re cum aliqua Mte in rem suam, sicut postulat M. vra, agerem, contuli cum ipso domino Odrowasz, qua ratione mea opera illi prodesse possem, Sed cum intellexi Mtem Regiam difficiliorem se nunc in negocio isto quam prius exhibere propter non putatas literas, quas se Mti suae Rli dudum ostensurum promiserat, suasi illi vt si consultum vellet rebus suis, prestaret illius Mti quod promisit, literasqz ostenderet, nam idem hoc invitus, iubente Mte Regia, facere cogeretur, hoc autem ego illi suadeo, quod puto magis ex commodo illius fore posse, suumqz etiam posthac suasurus, et mea opera aditurus in quibus maxime opus ille et commodum habere posset.

De Sacrilego temeratore divinissimi Sacramenti penas acceptas esse gaudeo, optoqz vt hec punicio exempla et terrori sit in posterum reliquis huiusmodi abhominandis et scelestis malefactoribus, nihilqz dubito istam M. vrae piam circa vindicandas dei iniurias sollicitudinem, illi et honorem et mercedem amplam allaturam.

Hic nova nulla sunt, nisi quod brevibus declaraverit nonnullis D. Palatinus Siradien. se ex Turcia rediisse, et assensum Imperatoris Thurcorum ad Inducias annales faciendas attulisse, et

quo Nunctio fuimus hic consolati quod et animum adhuc tempus
ac calamitate respirandi, et spem futurae pacis et concordiae consilie:
de habituri sumus

Dicitur etiam Cras huc venturus esse Or[ato]r Thurcarum Impe:
ratoris, et d[omi]nus Stanislaus Laski, a quibus quae exponentur
et tractabuntur ego Mag[nificenti]ae vestrae per aliam occasionem scribendi
declarare curabo, Cuius me amori et beneuolenciae fere interim
commendo, felicissimamque illam esse et diu salvam et incolume
vehementer desidero. Datum Cracovii

os
gustus
Hungari
ducy Bo
optamu
Prin

ite mi
Cron
Magr
denotus
abbmi
Op
manoru
m Sa
gnmis
istatem
sorib
ilmm
ergz e
prinom
amus
deinde
promi
hoc qz
facere
mo

Monitorium Pœnale adversus Albertum Ducem in Prussia Marchionem Brandeburgensem.

Nos Carolus dei gratia Romanorum Caesar semper Augustus Germaniae, Hyspaniarum utriusque Siciliae, Hierosolimorum Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex. Archidux Austriae Dux Burgundiorum etc. comes in Habspurg. Flandriae et Tirolis etc. Optamus Illri Alberto Marchioni Brandeburgen., nostro cognato et Principi, nram gratiam et omne bonum.

Illr mi cognate ac Princeps. Supplicavit nobis Hontis Walterus à Cronberg, administrator Magni Magisterii in Borussia, atque Magr ordinis Teutonicorum in Germania et Italia, Princeps, et devotus noster. Etsi Hontis militaris ordo Theutonicorum, annis abhinc plus minus trecentis, divina quadam clementia auxilioque et ope papalis Sctitis, atque antecessorum nostrorum in Regno Romanorum Caesarum ac Regum, Electorum, Principum, et Statuum Sacri Imperii terras Borussiae, magno conatu, labore et sanguinis effusione, ab infidelibus ad Christianam fidem atque sub potestatem praenominati ordinis redegerit, Praeterea ipsis praefatis nostris antecessoribus atque sacro Romano Imperio in proprietatem propugnaculum et protectionem, Electorib. principib. Comitib. Baronibus, atque equestri ordini Germaniae in refugium, sustentationem et hospitale praenominato tempore, possederit atque defenderit. Et quanquam tu annis abhinc aliquot, in eum ordinem receptus, habitum induxeris, deinde quoque in Magni Magri fastigium erectus, tibi praeterea fidei provincia cum subditis credita: et tu insuper hoc omne subieris, hocque nomine eam promissionem feceris, quam antecessores tui facere fuerunt soliti. Insuper una cum patre tuo et Marchione Casimiro bonae memoriae fratre, quantum fieri potuit promisisti, cum

ordinem cum adherentibus subditis et terris, nihil priuilegiorum amissurum, sed defensurum atque protecturum. Attamen istis minime obstantibus, et quia admonitus sis, atque adeo con volun:tatem ac permissionem prefati ordinis Magri, procerum et alio:rum tue religionis, ordinis promissa et Jusiurandum, in contu:meliam et detrimentum magni cultus diuini atque in dispendium Equestris ordinis in Germania, sub pretextu et specie pacis & sacro sancti Euangelii, contra idipsum denique, in periculum ani:me tue, atque in proprium commodum, cum ordinem (quantum per te fieri potuit) deposuisse. Prouinciam Borussie in profanum vsum deduxisse. Preterea vt prouincia sacri Imperii (vtcunque iam antea a nostris Vicario ac proceribus sacri Imperii in Comi:ciis Norembergen ad tuas enixas preces, in Principem Imperii assumptus, inter proceres regni in publicis consultationibus loco dignatus ac vsus atque principum more nobis et Imperio fidem promiseris) ab eodem Sacro Imperio alienaueris, regnoque Po:loniae subieceris, Ducatumque feceris, In hunc modum vt dilectus fr nr Rex Poloniae tibi, fratri tuo Georgio, Casimiro et Joanni bone memorie atque suis heredibus in feudum tradat, Quod si omnes sine heredibus filiis decederent, tunc regnum poloniae hereditario nomine acquireret, si vero superessent filie, he principe digna dote nuptui a Regno Poloniae locarentur, Juxta transactionis pre:scriptum (quam tamen nos ex Caesarea nra ptate irritam et inanem reddimus) insuper Vxorem duxisse, id quod nobis, Impe:rio, ordini et equestri ordini, maximum in modum sit fraudi, qua rone factum est vt perinde ac administrator Magni Magisterii, apud nos conqueri, atque auxilium petere debuit, Igitur nobis enixe sup:plicauit, vt eum atque ordinem iuridico auxilio et frequenti mandato clementer dignaremur. Vt et ipse atque ordo, earum rerum quas ut supra indicatum est, vi amiserint, possessionem recuperare queant, proinde cum vt Romanus Caesar, omnes qui a nobis auxilium iuris petunt id ipsum prestare atque ab onere iniquo de:

primenta, liberare, preterea cum rebus suis ab iniusta occursione
defendere astricti ac parati sumus, Et quia a religione ac prefato
ordine, id quod est notorium, discessisti, habitum deposuisti, contra Christi:
anum ordinem constitutiones et iura, uxorem duxisti, adhec terras
Borussie ordini adimere molitus, atque adeo contra nos et sacrum impe:
rium graviter deliquisti, hacque ratione factum est, ut Magni Magistri
Borussie officium una cum omnibus Regalibus, atque iuribus coheren:
tibus in Commissum ceciderit. Qua ratione atque aliis urgentibus cau:
sis, nos ut Romanus Cesar, prenominatum Principem nostrum
prefati Magni Magistri officii Administratorem fecimus, atque hoc
officium una cum provincia Borussie, et iis que ad eam per:
tinet, regendum commisimus, iuxta Cesareas nostras literas, hac
de re promulgatas, Ei insuper ut administratori prenominati
officii, regalia et feuda secularia sui ordinis terrarum Borussie
cum omnibus Civitatibus Arcibus, Opidis, pagis et bonis, do:
miniis, feudis spiritualibus et secularibus, metallis, aurifodinis, pisca:
turis, fluminibus, navigationibus, succinis, venationibus, pascuis,
theloniis terra et fluminibus etc., iure cudende aurei et argentei
monete, utendique tum in Germania, tum in Borussia, cum
mero et mixto Imperio, Iurisdictionibus cum eorum dignitatibus
atque omnibus aliis regaliis, iuribus, atque consuetudinibus ad hec
pertinentibus, non aliter quam eius predecessores Magni Magistri et ordo hacte:
nus detinuerunt et possederunt, nihil plane excipientes, quod a
nobis et sacro Imperio infeudari debet, in feudum dedimus, Que
cum ita sint stricte mandamus tibi ex Romana Cesarea potestate
et volumus ut sub pena nostri et Imperii banni, intra octo
hebdomadas, a die receptionis harum Cesarearum literarum traditione
prefata provincia Borussie cum omnibus accessionibus derelin:
quas, eandemque prenominato Principi nostro perinde ac Administratori
Electi officii Magni Magistri una cum regaliis, omnibus Civitatibus,
Arcibus, Oppidis, pagis, bonis soli et mobilibus, dominiis, feu:
dis spiritualibus et temporalibus atque omnibus prefatis et aliis iuribus

nihil excipiendo, quod ad prefatum Magni Magistri officium et ordinem pertinet, Insuper cum remissione omnium et singularum personarum ordinis, inhabitatorum, coniunctorum, Subditorum terrarum Borussie, promissionum, quibus tibi sunt obnoxii et obstricti, Si modo cordi est tibi prenominatam penam Banni euitare, Verum: tamen si putes te huic nostro Cesareo mandato, obtemperare non debere, atque existimes habere te eo nomine iustas opponendi caussas et rationes, Vocamus et citamus te ex Romana Cesarea potestate his literis, et volumus, ut elapsis primum octo septimanis nona:
gesimo deinde die: quorum triginta pro primo, triginta pro secundo, et triginta pro tercio et ultimo iuridico die tibi statuimus peremptorie, Quod si is nonagesimus dies iuridicus non fuerit, proxime sequente iuridico die, coram Imperialis Camere iudicio, iuridice, comparens, et iure fundatas rationes si quas habes, secundum formam iuris opponas, Et si he caussae atque rationes satis et sufficientes non fuerint vise, Videre et audire sententiam Banni adversus te declarandam, ferendam ac pronunciandam, Atque adeo, ut contra te ultra procedi, et persone prefate tibi obnoxii, ab eorum promissionibus secundum iuris formam absolui queat, Sive enim in hunc modum comparens, sive non etiam, nihilosecius ad partis petitionem procedetur adversus te, iuxta iuris regulam. Id quod tibi significatum volumus. Datum in nostra et Imperiali Civitate Augusta xiiii^a die Novembris Anno a nato Christo M°. D°. xxx nostri Imperii xi et nostrorum Regnorum xv°.

Legatio ab Alberto Duce Prussie Marchione in Brandeburgk: ad Sigismundum primum Regem Polonie: aduersus Bannum Cesaris.

SERenissime Rex, potentissime Monarcha, postea quam Illustrissimus princeps et dominus, Dominus Albertus Marchio Brandeburgensis Borussie Dux etc. dominus meus clementissimus, in proximo regio Conventu Petricoviensi, a Sacra Regia Vestra Maiestate consilium et auxilium coram petiit, nomine nove infeudationis Agro in Germania, et administratori, si diis placet, in Borussia, Auguste Vindelicorum nuper facte. Dignata est Sacra Regia Vestra Maiestas eius celsitudinem clementi admodum consilio, atque caussas addidit, presertim propter regni Polonie ius, quibus huic morbo obviari queat, addidit preterea Sacra Regia Vestra Maiestas se hoc in negotio eius celsitudini nulla ratione defuturum. Quamobrem Sacre Regie Vestre Maiestati eius celsitudo supplex agit gratias, atque in puciarum idem denuo agit; Et quia eius celsitudo magnam spem, tum ex ea promissione, tum ut princeps regni concepit, atque adeo nihil dubitat, non potuit sacram Regiam Vestram Maiestatem eius quod nuper accidit non certiorem facere. Serenissime Rex, vigesima die Martii proxime preterita, accepit clementissimus princeps meus a Caesareo nuntio et peculiari tabellario Caesareum penale mandatum, mixtam et peremptoriam citationem, ut vel intra octo septimanas provinciam Borussie sub poena banni prefato ordinis Theutonicorum administratori, eius celsitudo restituat, vel elapsis octo septimanis intra nonaginta dies, in Judicio Camere Imperialis comparcat, oppositura rationes et caussas, propter quas eiusmodi restitutio ab eius celsitudine fieri minime debeat, que omnia Regia Vestra Maiestas ex hoc exemplo, in latinum idioma utcumque traducto, facile potest intelligere. Noluit autem eius celsitudo huic tabellario aliquid dare responsi. Primum quod hoc eius celsitudini, ut Sacre Regie

590

vestrae Mtis subdito principi, sine Regiae vestrae Mtis permissione minime liceret, Deinde quod eiusmodi responsione (si forte apud eundem tabellarium caussas praetendisset, propter quas respondere non cogeretur) nihil aliud effecisset, quam ut iuxta istorum dominum sententiam, qui instas eius celsitudinis excusationes non admittunt, sine ulla reliqua citatione et quodam compendio contra eius celsitudinem in iudicio fuisset processum id quod iuxta legum Romanorum praescriptum fieri non potest, si nihil prorsus, elapsis etiam octo septimanis atque nonaginta diebus respondeatur, Nimirum cum in eum euentum plures requirantur citationes Proinde noluit eius celsitudo tantum temporis atque reliquas commoditates temere reiicere, quin etiam voluit Regiam vestram Mtem vna cum Rmis, Illr, Magnis ac Generosis dominis proceribus Regni, fratribus et amicis suis dilectis, qui in prouinciarum a Regia aula non absunt, hac in parte interim consulere, suppliciter, fraterne et amice rogans, Sacra Regia vestra Mtas, vna cum ornatissimis dominis proceribus Regni Consiliariis, dignetur in medium consulere atque rationes et caussas quaerere, quibus huic periculo obuiari queat. In primis vero velit Sacra Regia vestra Mtas, Caesaream Romanam Mtem, per literas et Reguim Oratorem Rmum dominum Episcopum Culmensem vel si his in aula Caesaris amplius non sit, per alium quemuis Oratorem immissum, eiusque Mti significare, primum transmisisse Regiae vestrae Mti eius celsitudinem mandatum Caesareum vna cum annexa citatione peremptoria etc. Quodque Sacra Regia vestra Mtas eius celsitudini per penale mandatum sub poena amissionis vniuersi feudi Borussiae praeceperit, quominus in Iudicio Camerae Imperialis compareat: Suppliciter rogans, Sacra Regia vestra Mtas velit vt et Regno Poloniae, et Prouinciae Borussiae iuxta consulatione eius celsitudini eiusmodi poenale mandatum signo Regio confirmatum per peculiarem tabellarium, magna solemnitate, prope diem transmittere, Atque addere caussas, propter quas eius celsitudo in iudicio Camerae Imperialis, in hoc negocio, respondere minime cogatur, Insuper praecipere vt si vel a Caesarea

Mtis vel a Judicio Imperiali Camere, aliquid sive citationum,
sive mandatorum insinuetur, eius celsitudinem nihil debere prorsus re:
spondere, Imo Sacram Regiam Vram Mtem habere sufficientes cau:
sas et rones, quibus, adversariorum iniquas petitiones diluere queant. atqz
paratam esse Sacram Regiam vestram Mtem, pro viribus ipsum
acturam, Secundo velit Sacra Regia vra Mtas, Cesaream Mtem
sive admonere ut sic temperet negocium, ne contra factas imper. fra:
ternas promissiones, hec nova novi administratoris infeudatio, Au:
guste Vindelicorum facta, sit Regno Polonie fraudi, presertim cum
non ignoret Cesarea Mtas, quicquid ab istis hominibus impetratur
magna quadam importunitate, surreptione atqz suppressa veritate
fieri, Quando quidem ea que huic penali mandato ex eorum rela:
tione inserta sunt, longe aliter se habere, Et ut unum proferatur pro
omnibus, Quia gloriantur hunc ordinem in Borussia fuisse Christia
nitatis firmamentum et propugnaculum, Cum tamen luce meri:
diana sit clarius, hanc Borussie provinciam a Regno Polonie
et Magno Ducatu Lituanie in universum claudi, proinde sine ope
et auxilio Regni, Christianitati nihil prorsus commodare, utqz Ce:
sarea Mti plane persuadeatur, Jam deo opt. Max, bene fortunate
atqz Illr Borussie principi perinde quasi principe Christiani Orbis
atqz Regni Polonie, adiuvante, longe commodius fieri posse ut infideli:
bus quibus et regnum Polonie et Magnus Ducatus Lituanie clau:
ditur, non solum resistatur, sed et aliquid provinciarum et terrarum
subinde adimatur, Et ut permittatur interim, habere provinciam
Borussie vicinam infidelem gentem aliquam, atqz Christiano nomini
hostem, Attamen nemo ignorat quotpere isti homines annis ab
hinc non paucis voluerunt cum Christiani orbis hostibus manus
conserere, Insuper hoc ipsum docet, novum illud inter Magistrum in
Livonia, et Scismaticum Moscum sive Ruthenum, nuper initum
fedus, Quod ad anxias Magri et suorum cruciferorum preces,
in rem scismaticorum, et maximum dispendium vicinorum Chri:
anorum percussum est. ~~ergo~~ a principio magis Regna, provin:

rias, et magnas ditiones, quam ut nomen Christi predicaretur, vel
ut Christiani homines quiete viverent, quesiverunt, id quod inde
colligi potest, quia Christianis principibus restiterunt, eosque a quibus
in eam provinciam vocati sunt, magna ingratitudine, suppresse-
runt, Atque adeo eorum vocationi non solum non paruerunt, sed
contra potius, ea que cum eorum religione ex diametro pugnat,
moliti sunt atque perfecerunt, Et quod neque spirituales, neque tempora-
les ut hodie loquuntur, tametsi nemo magis ex tempore vixerit,
appellari possint, Cum quibus si sit alicui negocium, perinde accidat
ac si lupum teneat auribus, quem neque queat retinere, neque etiam
audeat dimittere. Dum pro sua libidine atque in aliorum preiudicium
modo spirituales, modo temporales estimari velint, Neque potest hic equester
ordo in Germania iuste conqueri, amisisse se hospitale, cum Regnum
polonie hactenus hoc iustis rationibus eis denegaverit, Atque habeant
isti homines satis istarum domorum in Germania, Italia, et Li-
vonia. preterea et magnam facultatem contra Thurcam et infideles
pugnandi, modo non desit bona voluntas. Insuper quod hic ordo
Theutonicorum regno polonie hactenus incommodaverit, propter
quottidiana bella, quibus Regno polonie, longe aliud molienti
hoc est contra Moldavum atque infideles pugnari, semper fuit molestus
Quamquam Cesaree Maiestatis predecessores atque Romani pontifices hoc
egerint, Ut misso ad hoc Romani pontificis legato, caussam dede-
runt hominibus ordinis cum regno polonie perpetuum inire fe-
dus. Qua ratione aliquot magni Magistri in Borussia Regno polonie
iureiurando fidem prestiterunt, atque se regni feudatarios et promis-
sionibus et ministeriis fecerunt, que ministeria sive servitia
Joannes a Thieffen bone memorie, Magnus Magister et feudatari-
us Regni polonie sua morte confirmavit. Quia vero postea Do-
minus Fridericus Dux Saxonie etc. et Illustris princeps dominus
Albertus Marchio Brandeburgensis etc. regia vestra Maiestate igno-
rante a proceribus ordinis electi sunt, et eiusmodi fidelitatem
prestare detrectaverunt. Ideoque Regia vestra Maiestas nomine belli

quottidie timere coacta fuit, id quod eventus ipse declaravit, quando:
quidem et ab Illmo Principe et ab ordine omnis lapis fuit motus
nihilque quod ad expeditionem bellicam pertinet, quantum fieri potuit pro
facultate, pretermissum fuit, quo factum est, ut aliquot centorum
milliariorum terras, regia vestra Maiestas impetu et incursu Infideli:
um amiserit, Tandem vero singulari quadam clementia, atque
supplicationibus Prutenorum perpetuam pacem cum eis, nimirum
perpetui belli pertesis, atque ad inopiam plane vergentibus iniisse
iustisque caussis ac rationibus ex Borussia Ducatum fecisse. Adeoque
ut regnum Poloniae ab una parte haberet pacem, ab altera vero
maioribus copiis eoque strenuius infidelibus posset resistere. Insuper
potuerit Sacra Regia vestra Maiestas eam provinciam Borussiae retinere
neque cuique in feudum dare, Id quod antecessores quoque Regiae vestrae
Maiestatis olim facere sunt soliti, Preterea satis habere Regiam vestram Maiestatem
iuris, hoc quicquid est damni ac interesse, ab istis hominibus ordi:
nis exigere, Neque velle Regiam vestram Maiestatem renunciaturam iure, Po:
stremo addere potest Sacra Regia vestra Maiestas eas caussas et rationes, quas et
Sacrae Regiae vestrae Maiestatis predecessores, et eadem Sacra Regia vestra Maiestas
pro tuenda altera parte provinciae Borussiae, olim pretenderunt.
quas singulas recensere Ill^ri Principi non est possibile.

Tercio. Ill^rem Principem Borussiae Dominum nostrum clementissimum
Sacrae Regiae vestrae Maiestati, provinciam Borussiae ultro non cessisse, sed
magno apparatu bellico, et maximis impensis Regiam vestram
Maiestatem, ut vetus Ius regni Poloniae conservaretur, eam demum recu:
perasse. Neque aliud quidque Regiam vestram Maiestatem quesivisse, quam ut
Ius regni non diminueretur, atque pax conservaretur, quodque Sa:
cra Regia vestra Maiestas, heredis Borussiae titulo ultra hominum me:
moriam sit usa, et quod in eum modum Sacrae Regiae vestrae Maiestati
principes Imperii Romani, Reges et Caesares, suis literis scripserit

Quarto venisse ordinisque homines in Borussiam eamque ab hinc ...

atq3 armata manu invasisse et occupasse non solum eas terras ad quas ab indigenis principibus vocati sunt, sed eos ipsos quoq3 qui eos vocaverint, utrumq3 Christianos, nulla prorsus habita gratitudinis consideratione sue caussa e suis sedibus deiecisse, Vicissim vero eas ter:ras nuper eodem belli iure amisisse, Jam si prior occupatio sive usurpatio prestitisset ordini dominium, id tamen quod negatur et probe dici non potest, hanc posteriorem eidem ademisse, Cum nihil sit tam naturale q3 unum quodq3 eo genere dissolvi quo colliga:tum est. L. nihil tam naturale ff. de regum iu, sin vero eius pro:vincie hi homines, domini facti non fuerint, nimirum cum aliena per caedem et direptionem ut latrunculi non iusto bello, sed contra jus divinum et gentium, quorum utrumq3 est perpetuum et inviolabile contra denique ordinis ipsorum professionem iniuste occupaverint, eos a quibus beneficium acceperant cum reliquis Christianis e sedi:bus pepulerint, Regno Polonie negocium fecerint, atq3 impedi:verint, quo minus summis viribus Christiani nominis hostibus resisti:ret, Nullam profecto eis fuisse iniuriam factam, sed aliena vi possessa, vi rursus amisisse, Priorem autem vim fuisse valde iniquam hanc vero posteriorem equissimam, Et quamq3 Sacra Regia Vra Mtas iure potuerit eam provinciam Borussie retinere, id quod ab eiusdem Sacre R. vestre Mtis antecessoribus factum est, attamen in animum revocaverit, q3 sumptuosis bellicis expeditionibus hec familia Brandeburgen. Cesaribus et reipub. Christiane hactenus inservierit, insuper ius sanguinis et cognationis ob oculos posuerit atq3 adeo ut simul Sacro Romano Imperio, Sacra Regia Vra Mtas inserviret, dignatam fuisse ea provincia aliquot personas prefate familie, atq3 id quidem ultro et proprio motu, Et in eum modum, et cum religione, et cum hac provincia Borussie, omnia fide optima egisse, Quemadmodum ex improbe secularibus hominibus probe seculares fecisse

Quinto, q3 cum Confinis ipsi progrederentur, et qui latissime extende:

vent pomeria, missi (nixi) sunt et a Romanis Pontificibus et a Cae:
saribus se domi continere, proinde quasi iniqua et iniusta molientes
Ex quo sine negocio colligitur illam quoque primam aggressionem per
peram fuisse factam Nam ut iuris Civilis interpretes loquuntur
Quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est, de parte quo
ad partem. l. an pars. ff. de usucap. pro derelict. et §. nihil
inst. de fideicom. heredi

Sexto non temere iussu mandatoque et Romani Pontificis et Cae:
saris, ordinem templariorum olim fuisse deletum, atque ordinis
homines una nocte omnes fuisse caesos, Neque minus eum ordinem
pretendisse sanctimonie, quodque reipub. Christiane essent utiles
quam illum istum. Atque eum non frustra ex Apulia, Sicilia,
Hungaria et Bohemia pulsum quemadmodum etiam Sacra
Regia vestra Maiestas ut tandem quiete in ea vicinia viveret,
coacta fuit hanc innovationem, que controvertitur facere

Septimo, non debere paganos et Ethnicos vi et gladio ad Christi
anismum cogi, sed verbo dei potius induci et allici, atque id cum
et receptum et relatum sit, probari minime debeat, Ex quo ne:
cessario colligitur mala istorum hominum fides, et ut nulla hic
praescriptio, saltem iure Canonico et inter Christianos valeat

Proinde cum Sacra Regia vestra Maiestas Illustrissimo principi Borussie, domino
nostro Clementissimo, sub eiusmodi poena inhibuerit, quominus in
iudicio Camere Imperialis compareat et respondeat, rogare Caesa:
ream Maiestatem Vestram Regiam Maiestatem frue et amice Ut eius Caesa:
rea Maiestas dignetur hanc excusationem acceptare, atque illam clemen:
tissimi nostri principis non comparitionem boni consulere. Insuper
iudici et assessoribus Imperialis Camerae scribere, mandare et
precipere, Ut hoc in negocio interquiescant, neque quidquam amplius
adversus Sacrae Regiae vestrae Maiestatis subditum principem et vasallum

dominum nostrum clementissimum ultra attentet.

Praeterea cum Sacrae R. Vrae Mtis Orator, Epus Culmensis. Regiam Vram Mtem ex Augustana dieta, per lras, certiorem reddiderit, Caesaream Mtem ante factam infendacom pollicitam esse Magro in Germania non amplius Juris ipsa infendatoe collaturam, quam sui predecessores habuerint. Atque post infendacionem, eam que facta esset, Regno Polonie nulla ratione futura fraudi, Regia Vra Mtas velit apud Caesaream Mtem hoc querere, ut eius promissionis lre Caesareo signo confirmate atque diplomata exigantur.

Postremo Serenme Rex, Illr princeps dominus ur clementissimus in Sacrae Regie Vre Mtis deliberacom supplex ponit, an non debeat hoc stato die termini peremptorii, in Judicio Camere Imperialis per procurem comparere, atque nihil aliud agere quam dilatorie et peremptorie, causas et rones proponere, propter quas non cogatur eius celsitudo inibi, in hac caussa respondere: Videlicet cum ne id agat, acceperit mandatum a Sacra Regia Vra Mte domino suo sub poena amissionis totius feudi Borus: sie, insuper eas rones, que iam relate sunt, aduersariis objicere presertim cum Caesareum penale mandatum eius celsitudinem principem Imperii Romani appellet, Id quod eius celsitudo quantum ad priua et communis agnacois et familiae bona in imperio Romano pertinet, non negat, paratam quoque esse eius celsitudinem, noie auitarum Electoralium et reliquorum bonorum, Caesareae Mti et Imperio Romano suppliciter atque quantum equitas postulat, inseruire, Insuper si quid interim occurrere potest, quod dilatorie ac declinatorie obyci queat, premissa tamen solemni protestacoe non velle eius celsitudinem, in alienam Jurisdictionem consentire atque dato procuri eiusmodi mandato, ut ultra progredi etiam volens minime possit Ut nemo non intelligat, quibus racionibus

et quo iure adversarii haec omnia moliantur. Et ut haec omnia latina et Germanica lingua iustis libellis divulgari queant, Supplicitur, fraterne et amice rogans, Sacra Regia vra Mtas una cum ornatissimis dominis proceribus Regni, qui modo a Regia aula non absunt dignetur hoc agere ut huic negocio tandem consulatur. Dabit autem eius celsitudo operam ut quicquid ad Sacrae R. vrae Mtis, et reliquorum procerum dignitatem augendam atque amplificandam fari: at, ut id suppliciter diligenter atque sedulo praestet, commendans Sacrae Regiae Mti domino suo clementissimo, patri et avunculo pientissimo dominis quoque proceribus fratribus et amicis suis dilectis, se atque omnia sua. .

Praeterea haec omnia Serenissime Rex suppliciter rogat Dominus noster clementissimus non quidem sui compendii, sed eius celsitudinis subditorum necessitatis caussa, Sacra Regia vra Mtas velit quantum ad monetam attinet eas omnis quaerere iuxta priores iniunctas commendationes ut fiat tandem in provincia Borussiae sine ulla tergiversatione, innovatione vel immutatione, quemadmodum hactenus factum est iusta aequalitas. Siquidem quantum hactenus eius celsitudinis subditi ex Regiae vrae Mtis Civitatum inobedientia damni ac iacturae pertulerint, neque lingua neque calamo satis explicari potest, cum vere soli mercatores, atque eorum non magna pars cum universae provinciae iactura ditescant, quam iacturam Deus opt. Max. desuper non sine magna indignatione intuetur, atque Sacra Regia vestra Mtas eam tolerare non debet. Cuius rei eius celsitudo Sacram R. vram Mtem supplex certiorem facere, atque eo nomine fideliter admonere voluit, Insuper indicare: audisse eius celsitudinem novos gross. quos Gedanen. nuper cuderint, id quod cum Cracovien. anno ab hinc uno dato mandato ex diametro pugnat. Cum si eis hoc iusta deliberatione permissum non sit, Regia v. Mtas velit pro Regia prudentia rebus ita prospicere, Ne in malum reipub. Pruthenicae succedat. Insuper quia eius celsitudinis ditio sine Capitaneatus

Holanth, magna piscium penuria, propter deuastacōm supprimo bello factam, laborat, Rogat eius celsitudo suppliciter Sacra Regia Vra Mtas velit Capitaneo Holandiensi ius piscandi in stagno Drausen Ma: riemburgensis dicionis, clementer prestare, Vczt ut solum vsum habeat hoc est, ut pro sua domo uti queat Jd quod eius celsitudo erga Re: giam Vram Mtem supplr promereri est parata

Postremo supplicauit Principi nostro Jllr eius celsitudinis Consiliarius et Aulicus Magr Amandus Hemerlein, conquerens istis literis habere se cum Senatu Elbingen negocium, neqz tamen suum ius posse consequi, quas eius celsitudo nobis commisit Sacrae Regiae vestrae Mti perferendas. Suppliciter rogans Jllr Princeps Sacra Regia Vra Mtas dignetur hoc iubere, vt homo supplex suo iure tandem non fraudetur. Dabit eius celsitudo operam, vt erga sacram R. Vram Mtem eo quoqz nomine gratus et supplex inueniat

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum oratori Alberti Ducis in Prussia et Marchionis de Brandeburgk

Sacra Regia Mtas domine Orator, gravi et molesto accepit animo Cesaream et Catholicam Mtem consequenter persuasionibus invidorum perductam esse ut ultra infeudacionem terrarum Prussie, quam superiore anno nulla juris et dominii veteris Mtis sue racione habita Administratori ordinis Theutonicorum Augustae fecit, non dubitarit etiamnum ad eiusdem Administratoris instanciam, in preiudicium Mtis sue mandatis penalibus et citatione peremptoria Illr dnm Ducem in Prussia ex subiectione hac ad Imperialis sue Camere judicium indebite vocare. Cuius rei gratia sicut ab inicio defendendo iure suo multa egit Mtas sua apud Cesaream Mtem per Rndum patrem D. Joannem Electum et confirmatum Epm Culmensem Oratorem illic suum, ita nunc maxime et per eundem Oratorem et per litteras agere cum illius Mte Cesarea vult ut ab instituto hoc evocandi Illr dnm Ducem animum suum revocare dignetur.

Commendat autem plurimum studium et curam Illr domini Ducis Mtas sua, quod priusquam responderit aliquid his et nuncio Cesareo Mtis referre hec que aguntur, et consilium super his a Mte sua petere voluerit. Et probat magnopere deliberacionem Illr sue quam concepit de mittendo ad judicium Camere Imperialis pro die nonagesima iuridica nuncio, qui Illr sue nomine raciones afferat et causas proponat, propter quas non teneatur racione feudi terrarum Prussie in alio loco quam hic apud Mtem suam respondere. Mtas quoque sua instructionem dabit copiosam Rndo domino Joanni Epo Culmensi quibus racionibus Jus et dominium quod in terris istis Prussie Mtas sua ab antiquo habet a jurisdictione aliena tueri et defendere coram Cesarea Mte debeat, et Illr dnm Ducem de suscepto

feudo excusare. In quo Mtas sua sicut a principio pollicita est Illr suam ab omni impetitione pro facultate & viribus suis defendere volt et promittit. Caeterum ad postulacōm Illr eius Mtas sua mittet nuncium suum cum lris ad Illr suam, quibus illi mandabit, ne in praeiudicium Regni sui et obligacōm feudi mandatis vel edictis cuiuscuis que sue Mtis non essent sub poena amissionis feudi obtemperet, quod ipsum etiam d. vra Illr sue verbis referet, mandare id Mtem eius serio Illti sue, ne vlla in re aliene Jurisdictioni se immisceat, sed omnia que de prussie terris contingent, ad Mtis sue consilium et authoritatem sub amissione feudi sui referat

Quod autem ad negocium Marce duplicis et inequalitatem monete istius Pruthenice attinet, committit et mandat sua Mtas dominis Consiliariis et omnibus ordinibus terrarum Prussie vt cum Illr domini Ducis Nunctiis perpensa estimacionis monetarie equalitate de marca id constituant quod equum et in vniversum ad singulorum commoda accommodatum videri iuste possit

De facultate piscandi danda Capit Holanden et si Mti sue non sit nunc integrum aliquid statuere propter stagni et lacus illius locacōm Civibus Elbingen factam dare tn ad illos lras mandabit vt in hac re desiderio Illr sue inserviant. Cracoviae xxvii Aprilis Anno domini M° D° xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni
Brandeburgensi.

Illr Princeps et domine Nepos charmme. Pridie ex certis subditis nris accepimus missum esse ad Illem vram Caesareae Mtis Tabellarium homi: nem miratum cum poenali eiusmodi mandato et peremptoria citatione ut vel intra octo septimanas provinciam prussiam Venli Waltero a Cro: nenbergh ordinis Theutonicorum ubique generali Magro et administratori in prussia creato, sub poena Imperialis banni restituat, vel intra nona; ginta dies post lapsum octo septimanarum in Iudicio Imperialis Camerae comparcat, Iudiciali responsura quibus de causis eam ipsam restitutionem ut supra scriptum est facere non teneatur. Cuius rei novitate nos moniti et permoti, nostramque causam hic magis quam Illis vrae agi cernentes, duximus pro negocii equitate et proprietate directique domini iure quod nobis in prussia ab antiquo competit pntem Nuncium nostrum cum litteris ad Illem vram mittere quibus illam commonefacimus et hortamur quatenusque ex iure superioritatis iure debemus illi mandamus tanquam nostro et Regni nostri subiecto et feudatario principi, ne qua ratione, se vel prussie terras ali: cui alienae et novae iurisdictioni implicare, neve invitis vel insciis no: bis rome provinciae prutheniae vel edicta quae nra non essent recipere vel mandatis quibuscumque parere et obsequi, sub poena amissionis feudi sibi per nos in Prussia concessi presumat. Cum enim sciamus nos provinciam istam pro iure in illam nostro veteri ab Illr vra utcumque invita et diu renitente magnis sumptibus et impensis bel: licis recuperatam, ad nos solos, supremo iure directoque dominio perti: nere, admittere vellemus alicuius alterius in illa iurisdictione quae non a nra descenderet authoritate exerceri. Quare iterum et serio hortamur Illem vram ut quam ius nostrum et authoritas suprema postulabit illi mandamus, ne quid in negocio pruthenicae provinciae

contra voluntatem nostram et contra omagialis debiti sui officium directe vel indirecte faciat vel prestet, Nos enim sicut iure et titulo prussie Principatus, supra hominum memoriam cum predecessoribus nostris Polonie Regibus, cum summo honore utebamur, ita nunc contra quosuis nobis per impeticionem Illris vestre aliqua quadam ratione in iure nostro detrahere volentes, et ius nostrum et Illr vram tanquam vassalum, strenue et alacriter defendemus, modo Illr vra et a voluntate nra et a debito officio suo, ita ut supra scripsimus, non recedat, Factura pro honore suo et nra Regia Beneuolentia ac fauoris argumento singulari, et sub poena amissionis feudi suprascripti, Bene valeat Illr vra. Datum Crac. die xxix Aprilis. Anno domini. M°. D°. xxxi°. Regni nostri anno xxv^to.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Conuentum Terrarum Prussie Marienburgi actum missa.

Non est incognitum D. vestris quibus in calamitatibus, tota respublica Christiana sit nunc constituta, quamquam summum periculum non iam in foribus, sed in penetralibus ipsis Regum et Principum Christianorum versetur, quod eos precipua calamitate afficit, quos ad resistendum sibi et vim belli arcendam minus paratos et ositantes magis reperit. Et proinde Mtas Regia aliorum periculis permota et pro officio boni Principis futurae subditorum suorum tranquillitati et quieti consulere et prospicere, illosque in vniversum ab imminentibus periculis tueri et defendere cupiens. hortatur et committit D. vestris vti fidis et dilectis Consiliariis et Subditis suis, cogitare et deliberare velint qua ratione prussie terrae contra vim et contingentia pericula, que deus auertat vbi necesse fuerit, tutari et defendi possint

Et si meminit quidem Mtas sua iam ante precepisse se omnibus harum terrarum Prussie Subditis vt armis et equis bene instructi apud duos palatinos et Castellanum Culmensem certo loco se representarent, a quibus pro necessitate futura et condicoe belli conscriberentur et recenserentur.

Quia tamen certo edocta est Mtas sua, non obtemperatum esse isti mandato et voluntati sue, cum aliqui non comparuerint, multi vero non secundum facultatem bonorum suorum equis et armis se instructos statuerint et presentarint quo graviter et acerbe nimis offenditur Mtas sua. committit et mandat denuo D. Vris vt aliquem alium diem et locum designent, ad quem omnes istarum terrarum Subditi coram prefatis dominis palatinis et Castellano Culmensi, in equis et armis bonis ac decentibus, et pro bello necessariis se statuant et presentent. Vtque eciam D. vestre penam constituant, qua afficiendi sint, qui pro mandato sue Mtis venire neglexerint vel inermes et non pro facultate bonorum suorum habentes se statuerint

Celatum etiam nollet esse Mtas sua D. Vris si forte id hactenus ignorat Imperatorem Turcorum paratum cum valido exercitu esse, ad invadendum in persona sua Regna et dominia Christiana, et quod Voyevoda Moldavie federe et iureiurando suo violato regnum Mtis sue hostiliter sit aggressus; districtumque Pokucie limitibus Valachie adiacentem occupaverit, ad quod faciendum credit Mtas sua illum ab hostibus aliis suis subornatum esse: superquo Mtas sua hic cum Consiliariis oportuna agit et consulit

Sed quoniam perpendit etiam Mtas sua, non posse tantum in terris Prussie ex indigenis colligi exercitum, qui numerosis ingruentibus hostibus copiis resistere et reniti possit, habensque in prospectu, quod dici vere solet. Non bonam esse patrie vel provincie illius condicom, que propriis gentibus se ab hostium impetu tuetur; hortatur et committit D. Vris Mtas sua, vt de subsidio pecuniario, pro milite mercenario condu:

cendo consulant, et de contributione aliqua prestanda ita constituent
ut brevi tempore colligi et pro necessitate futura in erario reponi pos-
sit

Quoniam vero et presentium malorum initijs indicat Mtas pericula ista non posse cito terminari, hortatur D. vras ut de tanto subsidio constituendo cogitent et consulant, quod ad multos annos sufficere posset, Et quo facultas uniuscuiusque equaliter metiatur. Meminit enim Mtas sua antiactis temporibus in contributione et subsidio pro necessitatibus terrarum istarum in Cremsia tantum constituto, non equalem pauperis cum divite habitam esse rationem, et tam exilem summam pecunie collectam, que nunc ad presentis status pericula, nullius ferme aut parvi admodum momenti et usui foret

Quare iterum Mtas sua hortatur D. vras, velint ita in rebus consilio et providentia uti, ut communis omnium necessitas, et presentium temporum calamitas et periculum postulare videntur

Subsidium vero hoc pecuniarium quod per D. vras fuerit decretum policetur se in terris istis relicturam, ad omnemque futuram istarum terrarum ingentem necessitatem et defensionem servaturam esse. Ea tamen conditione adiecta, quod ex istis pecuniis, nihil sine voluntate et consensu Mtis sue in ulla re expendatur. Et quod si in regnum Mtis sue aliqua repentina necessitas contingat, integrum foret illius Mti hoc ipso subsidio pecuniario pro necessitate et defensione regni uti

De re monetaria et dupliti marca nondum compositas esse in terris istis dificultates, Decretaque publica super ijs non servata, magnopere displicet Mti sue, audit enim mercatores in capienda moneta commodum suum cum aliorum incommodo querere, Quare hortatur et committit D. vris sua Mtas, ut iam tandem cum Consiliariis domini Ducis Prussie ac aliis ordinibus terrarum istarum, consulant et concludat

quo pacto difficultas eiusmodi submoveatur, et ipsa res monetaria cum dupplici marca ad equanimitatem estimacionis et valoris redigatur, Nõ putat enim equum esse Mtãs sua usum eiusmodi varium in marca ser:vari, et alia pro censu soluendo exigatur. Alia vero in empcionibus vendicionibusq; dependatur. quicquid vero fuerit hac de re pro com:bono a D. vestris concordibus votis et animis constitutum, id Mtãs sue ratum et gratum est habitura

Hortatur insuper Mtãs sua vt estimaciones rerum apud Mechanicos opifices constituant: et provideant ne in comparandis illis plebs et vniversus populus nimio precio gravetur

Mandat preterea Mtãs sua omnibus Ciuitatibus terrarum istarum vt habita racione temporum et periculorum presentium, parata habeant omnia, quibus se a vi et impeticione quavis ingruenti tueri et defendere possint

Mittit vero Mtãs sua ad quosdam Consiliarios harum terrarum lrãs quibus committit illis, vt Arces, et Ciuitates collustrarent, et vbi de:fectum rerum et armorum ad tuicõm necessariorum reperierint illa Mtis sue nomine comparari et haberi mandarent

Et quoniam D. vestre ad legacõm quam d. petrus de Sluzewo Castel:lanus Junivladislaviensis in Conventu preterito Graudeen. nomine sue Mtis exposuit nihil hactenus responderunt, se ad aliam delibera:cionem futuram referentes, id nunc d. vris Mtãs sua commemorat hortaturq; illas vt iam tandem in hoc Conventu deliberate, Mti sue in illis rebus respondeant. Cracovie xxiva Aprilis. Anno domini Mo Do xxxio.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Duci Prussie.

Illr. Princeps et domine Nepos noster charissime. Quoniam vra Illr proximis lris quas ad nos dedit scripsit se habere quedam secretiora negocia que per Nobilem Nicolaum Nipszicz Aulicum nostrum nobis declarare vellet, Dummodo illum istuc postulante Illr vra mitteremus. Nos vt rebus et desyderio Illr vestre satisfaceremus, mittimus ad illam eum ipsum Aulicum nostrum. Cui si quid mandare volet, certo credat illum bona fide esse ad nos perlaturum, est enim nobis iam ex multis rebus fides et integritas illius perspecta. Bene valeat Illr vra et sit cum suis omnibus recte salua et diu incolumis. Datum.

Nos Ioannes dei gra Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Recognoscimus et serie presencium fatemur, quod nos de fide et preclara fidelitate animique integritate, ac rerum gerendarum peritia et dexteritate fidelium nostrorum Rmi in Christo patris domini Francisci de frangepanibus Colocen et Bachien Eccarum Canonice vnitarum Archiepi, ac Spectabilis et Magcorum Hieronymi de Lasko Palatini Siradien, ac Voiwode nostri Transsylvanen et Comitis Siculorum nostrorum, Necnon Casparis de Raska Comitis Comitatus Newgraden Consiliariorum nostrorum ad plenum confisi, eisdem hoc plenum mandatum nostrum, plenamque et omnimodam facultatem et authoritatem dedimus et concessimus, damusque et concedimus presencium per vigorem, Vt ipsi cum Spectabili ac Magco Gwilielmo libero Barone de Rogendorff Serenissimi domini Romanorum et Regis

Regis etc. Consiliario, supremo Magistro Curie ac Capitaneo generali, ceterisque Commissariis eiusdem Romanorum Regis in facto Induciarum prescriptorum Regnorum nostrorum parciumque sibi subiectarum, ac aliorum negociorum per nos prefatis Commissariis nostris creditorum, nostro nomine agere, loqui et tractare, ac omnia et singula ad huiusmodi negocium pertinencia perinde ac nos ipsi personaliter interessemus, vel mandatum nostrum magis speciale quam presentibus est expressum exigerent alterius eorum absencia non obstante, adunare, statuereque et concludere valeant, atque possint. Promittentes nos in verbo nostro Regio, bonaque fide nostra omnia et singula, que per prenominatos dominum Archiepiscopum Colocen., et Hieronymum de Lasko Voiuodam Transsyluanen. et Casparum de Raska Consiliarios nostros in negocio premisso, nomine nostro tractata, inita, disposita, conclusaque fuerint, rata et accepta ac firma habere, tenereque et firmiter observare, per omnes etiam subditos nostros observari facere, et litteris quoque nostris, si necesse fuerit ad tempus per ipsos Commissarios nostros constitutum, ratificare, sine omni dolo et fraude. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Ciuitate nostra Megyes die 1. Mensis Aprilis Anno domini M°. D°. xxxi°. Regnorum vero nostrorum Anno Vto.

Joannes Rex
manu propria

Hieronym Laski Voieuoda Transiluanie etc. Leonardo de Felss exercituu regis Ferdinandi Supræmo Capitaneo.

Mag^ce domine amice obseruantissime, Salutem et nostri commendacione. Intellexi a pnti Tabellario D. vram bene valere, de quo et gauisus sum et opto illam optime et feliciter valituram

Quod autem attinet, quia Magcus dominus D. pr meus dominus de Rogendorff expectato aliquo tempore, et tandem quasi de reddi: tu meo dubius fuisset profectus ad Sermum Regem suum, certe multum miror suam Magciam maluisse infecto negocio discessisse ab loco huic propinquo quam expectasse paulisper, maxime dum alr fuisset inter nos constitutum, cum tamen ita accidit, letor ego et letabor semper etiam in facie Sermi Regis Romanorum, me et fecisse ea omnia a: pud Thurcarum Imperatorem que ad Inducias videbantur fore necessa: ria, et festinasse huc ad concludendum de hoc ipso negocio, nec me ea in re conficienda vllis vel sumptibus vel laboribus pepercisse vidit et cognouit dnus Ferdinandus Chiros Capitaneus Hispanus, qui vna mecum Constantinopolim accurrerat

Ego Mag^ce domine, quicquid facio et faciam, non facturus sum vel me: tu vel alicuius premij respectu, sed reipub Christiane quam video ita esse exsuggilatam et in centum rimas quassatam vt alia medicina illi adhibenda sit q̃ hucusq̃ fuit adhibita si illam saluam videre opta: mus, nec opinor meum esse necessarium agi Ceremonijs et istis nescio qualibus Magciis, cum et vra Mag^a et maxime D. Rogendorff no: uerunt mentem et animum meum esse bono publico propensum, nam expectacione aliquot dierum hic mea parua sequetur pompa, sed magna temporis iactura euenire poterit, Nam non huic tantum ne: gocio applicor per Sermum dominu meum Regem, sed fuit etia

alia que cure mee iniungi solent, et ob que nullo modo ~~patrocinium~~ potero in dies multos hic delitescere

Omnino Mag^ce domine apprime mihi videtur et pium et necessarium iam tandem melius sine multis affectionibus prospicere bono publico quod si ita pergemus et nosmetipsi faciemus et reputabimus nos maximos in Consiliis ac cogitationibus nostris perdemus nos cum multis aliis de qua re tunc latius cum erit congressus nri copia

Nunc vt ad rem redeam, sum hic non solus ego sed duxi mecum Rmum D. Colocen Archiepm virum cupidissimum boni publici sincerum ac probum, erit etiam mecum Magcus D. Rzaska, habemus plena et sufficientia mandata, non solum ad Inducias, sed etiam ad maiora stabilienda Vbi si quid accidet denicqs incommodi per negligenciam non nobis illud vicio verti debebit, sed certe aliis cum Sermus D. Rex, et nos optamus et deum precamur, pro bona concordia, itaqz expectabo hic aliquibus diebus et domini mei college ad ~~d eas~~ meas sollicitaciones

Quod autem attinet de termino et expiracione Induciarum nos ob eam rem huc ante finem trengarum veneramus, Credentes hic fuisse dominum Rogendorf, Vt de omnibus bene et mature providere et statuere potuissemus Vbi videtur nobis Vt Vra Mag^a scribat et iniotescat omnibus esse factas vnius anni Inducias, que incipient a prima May die ne partium vtrarum Capita infringerent easdem inducias annales, Ita Regia Mtas Sermi nostri Regis iam suis omnibus iniotuit, inducias annales incipi a prima May die, Sed quum inter inducias annales et inducias que fuerunt trium mensium durantes ad xxii Aprilis erunt aliqui dies, quibus armis vti licebit vtrinqz, nisi providamus. Quare dnus Regni palatinus locumtenens hic Regius, et nos, omnibus nostris scribemus et comittemus Vt supersedeant ab armis, et intermedios istos dies absumant in pace, Vra etiam Mag^a scribere velit et cito ad ~~Sredibebeck~~ Moylasio, Terech walanth, Kunath, et alios
Seredi: Bebek: Boyak

qui iam hiato ore deglutire et depredari pauperes intuitur. Nec qui sub his Iudiciis Trimestralibus cessauerant in depredacione Ut omnino se contineant pacifice essentque ab istis depredacionibus. Commendo me cum his bone fraterneque amicicie vrae D. quam opto bene et feliciter valere, et rogo faciat me cerciorem de Mag^co Domino Rogendorff. Dati Bude xix. Aprilis Anno domini Mo Do. xxxio

Andreas Cricius eps Cracouien Plocen Petro Tomicio epo Cracouien: Vicecancell^o

R^me in Chro pr et domine benefactor colendissime, Erat desiderium meum mittere d. vrae R^me alium equum tollutarium, si quem idoneum nancisci potuissem, sed quesiti hic vbique duo tantum reperti sunt, alter admodum iuuenis, alter minus elegans, quare supplico, Vt si in pnti necessitate R^me D. vestre minus ex animo illius satisferi, in eam ptem vt res est accipere dignetur. De Prebenda domini Zebrzidowski non permoueatur R^ma D. vra obtrectacionibus meorum istic curatorum quamuis enim durum sit accusatorum Iudicium subire, qui si quid peccarim habeam iudicem summum pontificem, qui his hominibus tantum abest post vistulam, tamen absque vllis composicionibus, vllis Romanis promissionibus, que et fere iam sunt, et ansam darent suspicioni de rupto hoc modo priuilegio, curabo Vt simpliciter cognicio et iudicium fiat per Capitulum super ipso priuilegio et mea dispositione, secundum racionem et acta Capitularia, ex quibus et aliis testimoniis ne pilo quidem doceri pot vnque priuilegium ipsum in obseruacione fuisse, sed neque ex vsu esse posse Ecce, si hoc modo vt concessum est, obseruari deberet. Persuasumque habere dignetur Vra R^ma D. tantum doctorem Bromirski, qui in presens est procurator Capituli, et Prebendam hanc mirifice ambit, cum paucis consciis lras illas, quarum exemplum mihi misit, quod dudum ante iam habui, Cracouiam istuc scripsisse, propter quod senciens

alios nunc in se fremere, in maximo est fermento tametsi mi Rme Domine fuit animus meus conferre Prebendam ipsam alicui idoneo Doctori, neque diligentia mea defuit, ut multorum qui se mihi excusarunt, lrae testantur. obtrudere autem tam nobile sacerdocium quibuslibet buridanis non visum, mihi fuit dignum, neque consultum. Commendo me gracie Rme D vrae que ut felicissime letissimeque vivat et valeat, dominum deum semper precor. Ex Arce mea poltowien die xix Aprilis. Anno domini. M°. D°. xxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie Regentibus Austrie.

Spectabiles et Magci Sincere nobis dilecti. Mittimus in Urbem Roma cum lris ad summum pontificem et Rmum d. Cardinalem Sanctorum quatuor coronatorum Regni nostri protectorem Nobilem Joannem Vilamowski Cancellarie nre amanuen qui cum istuc et per Siriam iter est facturus postulamus a S. Vris, Ut illum necessariis lris provideant, quo et ipse cum Comitatu suo sine periculo transire, et equi quos dono Rmo d. Cardinali supradicto mittimus, tuto traduci possint. In quo rem nobis gratam S. vestre facient, quam vicissim gratificacione nra Regia referre illis curabimus. Et bene valeant Vre S. Datum Cracovie die xxviii Aprilis. Anno domini. M°. D°. xxi°. Regni nostri anno xv^to

Sigismundus primus Rex Poloniae
Clementi Papae septimo

Sanctissime etc. Non dubito quin sedulitas mea de constituendis in Regno
meo rebus Ecclesiasticis iam olim Sanctitati vestrae cognita atque perspecta sit, quae
sicut a me optimo ac sincero animo suscepta iam inde ab initio sunt, pro
meo in Sacerdotes domini amore, et Statum Ecclesiasticum veneratione, ita illa
Sanctitati vestrae et sedi Apostolicae gratam esse confido. Cum enim animaduertissem
turbulentissimo isto tempore (quo Christiana religio et Status Ecclesiasticorum
diutissime iam vacilat) vires omnes eorum qui nouandis rebus student
in clerum praecipue fuisse conuersas, committere nolui Vt in reprimendis
illis officium in me Christiani Regis requiri aut desiderari possit. primus
enim nascenti propemodum calamitati illi Christianae et Ecclesiasticae
resistendum putaui, neque vllam occasionem ad resecandum atque extin-
guendum tantum incendium praetermisi. Sed nescio an infelicitate vlla mea
vel peccatis hominum praeualentibus accidat, Vt labores ac studia mea
non quemadmodum volumus et optamus nobis cadant, tametsi enim
ad opprimendas improborum technas operam omnem impenderim
cum Lerneo tamen monstro illo vsque adhuc confligere cogor, cuius acu-
lei tam sunt penetrabiles, Vt omnes prope prouincias Christianas
peruaserint, Etenim impotens illud odium in Ecclesiasticas personas accen-
sum, nihil adhuc refrigeratum animaduerto, de quo toties iam Sanctitati vestrae
Significaram Vt prouideret omni ratione, ne qua occasio tanto incendio
clericorum excessibus addatur, quod fieri facillime in Regno et dominiis
meis posse sperabam, Si distributio sacerdotiorum, ex Episcoporum meo-
rum censura, personis idoneis fieret, quae causa fuit, Vt ego Sanctitati vestrae
toties iam supplicauerim Vt concordata illorum per me cum Sanctitate vestra
et sede Apostolica de sex mensibus facta, ita firma et inuiolabilia
fierent, quemadmodum et Sanctitatem vestram voluisse certo mihi persuadeo.
Et ego illa in nominandi facultatibus per Sanctitatem vestram mihi concessis

sacrosancte obsecro. Illi enim quorum in conspectu omnia aguntur, Nem-
pe quia primi Consiliarii sunt Regni mei et Senatores, melius norunt
quales Clericos sacerdociis diocesium suarum preficere hoc tempore oporteat
quam ii qui istic apud Stem vram nullis vite aut virtutis ornamentis
praediti, nihil patere non audent contra privilegia mihi et Regno meo
a S. vra et sede Aplica concessa, quorum improbitatem atque audax
facinus pudet me iam apud S. vram accusare, cum toties de ea re
scripserim et per Nuntios meos declaraverim. Nam et hoc tempore acce-
pi Michaelem quendam de Paczanow subditum meum hominem turba-
dis optimis quibuscumque hominibus natum et in violandis concessionibus mihi
et regno meo factis, omnia audentem privilegium alternative predicte
a S. vra mihi concessum in iudicio iterum excutere et ad violandum
illud vias querere, que res quam digna sit ut feratur presertim ab
homine improbo Stas vra secum ipsa expendet. ad quem reprimendum
quamquam non desunt mihi iura et privilegia Regni mei, ad que in eum
extendenda universi consiliarii mei cohortari me non desistunt, Ego
tamen ab illis exequendis temperare adhuc mihi malui donec in ea
re ultimum responsum a S. vra habuero ad quod reportandum manda-
ta dedi Joanni Vilamowski servitori meo, quem ut Stas vra in iis
que nomine meo retulerit benigne audire et privilegia mihi et Regno
meo concessa manutenere et nunquam revocare dignetur, etiam atque eti-
am rogo que si eiusmodi interpretacioni et glossamentis opportuna
esse deberent, equum mihi videretur ad priscam illam Ecce consue-
tudinem conferendi sacerdocia in Regno meo redire. Ad quod facie-
ndum ne merito cohortari me subditi mei possint, si Stas vra pro-
viderit, faciet rem prudencia sua dignam et Sancte isti sedi apprime
utilem et hoc turbulento tempore valde necessariam

Sigismundus primus Rex Poloniae
Joanni Dantisco electo epo Culmen
suo apud Carolum V. Caesarem
oratori

Rme in Chro pr. Reddite sunt nobis lre p[aterni]t[atis] tue, quibus nos de revocacione sua multum obsecrat, et declarat nobis istam suam longi temporis a patria absenciam esse sibi in exilium versam molestiam. Quod p[aterni]tatis tue ad nos desiderium, etsi nos non secus promovet, quam ut illius de nobis fides et merita postulant, quia tamen ut prius p[aterni]tati tue scripsimus, incumbit nobis hoc tempore de rebus summe gravibus ac in republica Christiana precipuis cum Sacra Cesarea M[aies]te tractandi necessitas adduci non possumus ut nunc ex isto loco p. tuam avocare debeamus. Commodiorem enim nobis p. tua, quam quivis alius in rebus istis gerendis prestare potest operam, que tot annis in Aula Caesarea M[aies]tis versata, et conditiones personarum et commoditatem temporum cum officiorum racione coniunctam experiencia didicit, et industria sua firmavit. Quare p. tuam hortamur ut pro suo erga nos officio, moram istam suam nobis necessariam perferat, et equo animo tamdiu sustineat quamdiu Caesarea M[aies]tas Germaniam non reliquit. Nos enim cum primum M[aies]tem suam ex Germania egressam cognoscemus p. tuam revocare in patriam nihil morabimur. Datum

Andreas Crziczki Epus Plocen.
Petro Tomiczki epo Cracouien.
et Regni Polonie Vicecancell.
Auunculo suo

Rme in Chro pr, domine et benefactor colendissime. Iniunxerat mihi vra Rma D. penultimis suis lris vt qmprimum illi significarem quomodo negocium nepotis mei D. Zebrzidowski cum Capitulo meo transigerem, quod et nonnulli istic mei Canci, et multi alii viri graues querentur de me et Rma D. vra, ob uiolata per me Ecce meae priuilegia. que res propter molestiam Rmae D. vestrae, qua lrae illius redolebant, ingens mihi cordolium pepererat. Vehementerque miratus fueram, que haec esset istorum bonorum virorum, vel grauitas, vel prudentia, ~~vt~~ vt suo sumptu res alienas curarent, vtque vra Rme D. negocium non necessarium exhiberent, a cuius animo quaslibet etiam iustas molestias omni studio repellere deberent. Ne itaque in posterum vlla illis ansa garriendi relinqueretur, sic caussam meam, licet indigno animo, coram his Canonicis, qui absentes erant, aduersus partes institui, vt noluerim vllam mei rationem haberi, sed tantum iusto iudicio causam ipsam secundum priuilegium Doctorale, et vsum ipsius, atque acta Capitularia decerni. Cumque exegissem a meis accusatoribus vt eorum que egissent rationem redderent, ostenderentque ea que dixissent, scripsissentque aduersum me vera esse, et illi nihil nisi veniam postularent. Ego uero euidentibus rationibus et testimoniis probassem, non solum non fuisse vnquam priuilegium ipsum seu verius bullam Doctoralem in vsum et executionem deducta, sed etiam refutatam per veteres Prelatos vt inutilem, et sine ratione per petrum Epm expeditam, vnde Doctor Stanczewita turpiter ab ea prebenda fuerat per dnum Slap omnibus conniuentibus deiectus. Cum denique Bullam ipsam primum per eundem Pontificem qui concesserat deinde per Erasmum Epm, qui executor eius iactabatur fractam, et vt uocant annullatam, digitto, quod aiunt, demonstrassem

decreuerunt omnes vna sententia prouisionem meam iuste et legitime
factam, et sediciosi qui dicti putes erant, et prebendam istam summo:
pere ambiebant, nam alii omnes putes ab eis desciuerant condemnati
actioneque mihi gracie, quod Prebendam hanc nepoti meo pocius, quam
alicui ex collegiatis, quorum mores nescio, qui peculiares, et ab aliis
dissonantes essent, contulerim. Receptusque est dominus Zebrzidowski sim:
pliciter, sicut alii solent Canonici vigore prouisionis ordinarie. De priuilegio
vero Doctorali commissum arbitrio meo, Vt de seruando, mutando vel ab:
rogando illo, id facerem, quod mihi, et Ecclesie magis conducere videre:
tur, quod audiens, dixi illis meam deliberacionem, quod cum caussa
expediti priuilegii Doctoralis mihi probaretur, modus nequaquam, pro:
pterea quod ad effectum deduci non possit vnquam, Vt esset ex vsu
Ecclesie, quod et pontifex illi derogaret, et Doctores ad legendum et
predicandum, aut eciam residendum cogi non possent vigore huius
priuilegii Vt tenor eius exigit, neque tales labores ferre soleant, qui
amplos habent prouentus et villas, nisi interdum pro colore vel
solacii causa Vt hactenus factum est, fundarem ego potius loco
Mansionariis Areas poltowien, quam mihi fundare adimserant
duos penitenciarios in Ecclesia catedrali, quorum singulus haberet
40 Marcarum prouentum, qui residere continue, et vicissim le:
gere, predicare et confessiones audire tenerentur. Priuilegium vero
Doctorali maneret vt prius, neque exequtum, neque abrogatum Vt
si quis de hinc Episcopus illud exequi vellet vteretur arbitrio suo, quod
tamen totum oporteret aliter expediri, tametsi abrogato illo non pre:
cluderetur via dignis doctoribus ad Ecclesiam, Nam et Suffraganeus
ad aliam prebendam fuit primum acceptus, in qua frequencius
quam in hac alia predicauit, sed ocluderetur via indignis Doctoribus
quos tunc ad conseruandum priuilegium oporteret ingerere Vbi va:
cante prebenda dignus non contingeret Vt raro contingunt, quo acce:
pto Vniuersi amplexi sunt hanc condicionem magnis graciarum actio:
nibus, et ita tota ista tragedia versa est in plaudite Comicum. Qua:
re mi Reverendissime domine, si quam adhuc vestra Reverendissima D. scrupulum

habet in animo ea caussa illum deponere et obtrectatores istos con:
temnere dignetur, nescio enim quo pacto me magis purgare potuerim
quam eorumnet iudicio, qui adversarii esse dicebantur, quique pessi:
me hic apud omnem Nobilitatem, et reliquos Canonicos, qui absentes
erant ob eam rem audiunt, alioquin nisi fuisset ratio per me habita
molestie Rmae D. V. maluissem cum his seditiosis et accusatoribus
meis paululum iure et iurisdictione mea colludere Ut posthac
aliis exemplo essent, exhibendi mihi perfidiarum et coniurationes
negocii. Commendo me in gratiam Rme D. V., quam Deus
servet uti semper precor, diutissime sanam, letam et felicem
Ex Ploczko die xi. May Anno domini M°. D°.
xxxi°.

Andreas Criczki Eps Plocen
Petro Tomicio epo Cracovien
et Regni Polonie Vicecancell°

Rme
mi domine, domine et benefactor colendissime. Tametsi et dnus Ca:
pitaneus, et dnus Abbas Plocen videtes meam molestiam, quam ex
ipsorum controversia habui, caussam suam totam iudicio meo subdi:
derant accessit tamen mihi magnum adminiculum ex commissione
Regnalis Mtis et litteris Rme D. V. ad negocium hoc melius decernen
et liberius id quod mihi videbatur pronunciandum, Nam dnus Capitaneus
ex significatione Caroli et Lubranski, quod factum eius Mti Rtie pro:
baretur fuit aliquando in hac re pertinacior factus. In Rmae D.
Ecclesia mea Cathedralis etsi nunc libera sit, in Arce tamen et
potestate secularium sitta et fuit ante hac saepe, et in posterum esse pot
in magna servitute et discrimine, presertim ubi aliquis motus et
rerum mutatio contingeret, nec circa illam ullus prelatus vel
Canonicus habitare pot, quod valde esset necessarium, propter non so:
lum eius custodiam, sed etiam bonum ordinem rei divine, maxime

que noctu peragitur, ibidem situm est Monasterium maiori adhuc ser: vituti et discrimini expositum, quod Monachos habet probos quidem sed ad nullam prorsus rem idoneos. Unde vix aliquando ex eorum nume: ro bonus et Idoneus Abbas contingere possit, Itaque tam pro Ecclia mea, quam etiam Monasterii maiori securitate utilitate et decore, Statui cum moderno Abbate, qui post adversitates suas probe vitam et regimen suum emendabit, hanc unionem facere, ut collato illi Suffraganeatu idem esset perpetuo Suffraganeus et Abbas, racione cuius unionis haberet Cpus facultatem deinceps cum Monachis Abbatem eligendi, Unde non dubium esset quin vir talis semper eligeretur, qui hac coniunctione cum Ecclia mea, et gemina authorite fultus non solum Ecce Cathedrali et Monasterio, sed etiam ipsi terre, que propter amplitudinem suam deserta videtur magno esset usui et ornamento, neque bona Monasterii ita distrahi possent ut hactenus factum est, neque Capituli committere aliquid auderent temere contra clerum in terra presertim absente Cpo. In ea re exhibet se mihi Abbas valde obsequentem modo consensus Regius et consilium Rme d. vre accedat, sine quo ego nihil facere vellem, quare supplico vestre Rme d. ut que sit Mtis Regie et ipsius vestre Re. d. sententia mihi perscribere non gravetur. Scribo in eadem re Illti Rti ne quid contra ipsius etiam animum fecisse viderer. Ego profecto id ago non persone aut rei alicuius private caussa sed rone Ecclesie et loci huius, et pociorum ex Capitulo meo consilio Sententiam inter Abbatem ipsum et eius Subditos ferre sum coactus iuxta priorum Commissariorum decreta. Quando quidem Relacio domini palatini Masovie, ex qua natum fuit contra: rium decretum Regium, comperta est erronea ipsiusmet confessione et decreto solemniter facto. Commendo me gracie vestre Rme D. uti domino et benefactori meo. Ex Plocyka XIIIIa Maii Anno domini M° D° XXXI°.

bur sir.
dem sed
n nunc:
ro Cer
core.
vita)
illi
s rone
chis
nper
ut honi
ipsi
gno esset
at. ut
t temere
hibet,
consilia
gnare
esse
eadem
uideret
amissa
mo
pire
gaudi
contra;
confessione
ius D.
Mari
/

S

est dictan[illegible]
solutum [illegible]
illum sua[illegible]
non dix[illegible]
iam hue[illegible]
Legem su[illegible]
ipsum [illegible]
ut ea qu[illegible]
tui Regi[illegible]

Notum esse[illegible]
fuistis et [illegible]
mo etiam[illegible]
ndas eq[illegible]
[illegible]
ret redibu[illegible]
illata fun[illegible]
tum Chris[illegible]
tendum[illegible]
lis, que [illegible]
ius In[illegible]
mm D.[illegible]
offinia[illegible]
rum, In[illegible]
as que f[illegible]
allum [illegible]
curati e[illegible]

Summa legationis Sigismundi Erberstein oratoris regis Ferdinandi: coram Sigismundo primo rege Polonie dictæ

Post dictam salutem nomine Regis sui, commemoravit in primis ut post solutum conventum Posnaniensem fuerit missus ad Mtem Regiam polonię ut Mtem suam Serenissimumque eius filium generum Serenissimi Regis sui, necnon Serenissimam Coniugem Mtis suæ viseret ac salutaret verum cum iam huc veniens maiorem partem itineris confecisset, revocatum se per Regem suum et ad tractanda negocia Hungarica in Hungariam re-missum, quibus confectis, iterum ad Mtem suam polonę visendam se esse missum ut ea que in Hungaria tractata et conclusa sunt et alia sibi commissa Mti Regię exponeret

Notum esse omnibus Serenissimum Regem suum nullam unquam causam tam funesti et universæ reipub. Christianę periculosi belli prestitisse, quinimo etiam cum aliquanto dispendio suo paratum illum fuisse ad suscipiendas equas et honestas pacis condiciones cum adversario suo, Esse tamen plerosque qui accusarent Regem suum, tanquam ipse occasionem prebuerit cedibus et effusioni sanguinis Christiani, ac vastacioni et damnis que illata sunt Christianitati, Sed palam est, quis evocaverit Thurcos con Christianitatem, et quam facile se prebuerit Rex suus consentiendum in Inducias trimestres primum, deinde etiam in annales, que a prima die Maij inchoatę sunt, Cum autem in tractatibus Induciarum intercidérit una dificultas hec videlicet quod, cum D. Hieronymus Laski rediens ex Thurcia scripserit Capitaneis et officialibus Serenissimi Regis sui ut abstinerent ab omni vi armorum, in paceque se continerent etiam post finitas trimestres inducias que finite erant ad xxij diem aprilis, et duravit hoc intervallum ad primam diem Maij Interea autem cum hoc modo assecurati essent subditi Ferdinandi Regis sui, Rex Joannes unus domini Laski

oppugnauit nonnulla Oppida in Transsiluania et intercepit, quare de hoc errore commisso cum ipse dnus Laski aliter interpretetur nunc lras suas ad officiales Sermi Regis ferdinandi scriptas, vtraqz pars compromisit in Mtem Regiam Vt illa audita etiam altera parte hoc est dno Laski, qui huc aduentare dr, decernat super eo id quod ei equum et iustum esse videbr. Quod ut facere velit Mtas sua, Sermus Rex ferdinandus illam enixe rogat

In negocio Matrimony et Affinitatis Posnanie tractati nondum est facta ratificacio illius, propter tres articulos qui reiecti sunt ad consulendum super illis vtramqz Mtem. Primus de dono virginitatis. Secundus si contingeret vtrumqz coniugum decedere absqz liberis, ad quem donacio propter Nupcias reuerti deberet. Tercius de neutralitate tollenda, et confederacoe ineunda. Stante enim ipsa neutralitate non videtur posse esse verus et Syncerus amor inter amicos. Sed et propter eandem neutralitatem non caret Mtas Regia quadam suspicione apud Christianos. Quibuscunqz autem modis vellit inire confederacoem Mtas sua cum Sermo Rege ferdinando, eos illius Mtem non detrectaturam, ipseqz dnus Sigismundus si quid noui emergeret facile consulere velit ipsum Regem suum, modo Mtas sua deponeret neutralitatem, Nam non posset esse firma affinitas et confederacio vbi fieret cum aliqua excepcione, qua vicissim Rex quoqz Ferdinandus facere cogeretur, et ea res induceret suspicionem apud homines. Preterea non esset paritas seu equitas cum Rex Ferdinandus facere fedus deberet simplr et sine vlla excepcione aut condicione. Regia autem Mtas cum condicione

Preterea quia sunt alique persone proscripte de Regnis et dominys Regis Ferdinandi et alique etiam illi non subiecte, que in Regno et dominys Mtis Regie receptum habent, seqz in illis armant et erectis vexillis vadunt contra Regnum et Subditos Regis Ferdinandi, rogat Rex Ferdinandus, Vt tales non foueat, neqz recipi permittat in terris suis

Quemadmodum autem Or^tes Mtis Regie questi fuerunt, posnanie nonnullos diffidatores Regie Mtis et subditorum eius foueri et conseruari in Slesia: Ser^mus Rex ferdinandus prouidere pollicetur, ne tales homines ibi hospicio suscipiantur et foueantur, postulatqz vt pari modo homines qui contra illum arma sumunt non seruentur in dominijs Mtis Regie polo.

Et si Mtas sua non potest continere et coheercere subditos suos, quominus vadant militatum contra Regem Ferdinandum, saltem eis persuaderet ne id faciant propter rei indecenciam, sumunt enim arma contra christianos et patrocinantur infidelibus, quos omnes christiani persequi tenentur et expendere ante scrinium Mtas Regia debeat, si Thurcus potiretur Regno Hungarie, quod id cederet in magnum detrimentum etiam Regni polo et dominiorum suorum

Die vnico post octauas Corporis Christi

Retulit dnus Sigismundus de Herberstein in priuata audiencia Ser^mum Regem suum curasse omni studio et diligencia sua, vt filia Mtis Regie primogenita Illra dna Hedwigis alicui principi et genere et splendore familie illi pari in Matrimonium locari possit, et videretur Ser^mo Regi suo predicto vt Illri principi Friderico Palatino Reni despondere tur, qua in re vult illius Mtas impendere omnem operam suam, modo Mtas Regia declararet voluntatem suam ipsi domino Sigismundo, et etiam Ser^mo Regi suo per suas lras

Item de consignandis Arcibus Strigonien et Visegraden ad manus Mtis Regie, et Illr domini Georgii Ducis Saxonie, dixit, quia Ser^mus D. Rex suus metueret plurimum, ne Arces circa finem induciarum interciperent, postulare illius Mtem retulit vt Mtas Regia admitteret illi vt Castra predicta, et muniret intra tempus induciarum, et commeatu prouideret, et vt etiam gentes eius Mtis vt Hispani et Germani in eisdem Arcibus pro defen:

sione illarum remanere possint, quesitus vero, quibus impensis hec ipsa Arces servari deberent, dixit, tametsi nihil horum tractatum sit inter Commissarios Serenissimi Regis sui et alterius partis nec etiam quicquam illi in ea re commissum sit, scire tamen se, certos proventus deservatos esse dudum, ad conservanda eadem ipsa Castra, quibus haud dubie providere poterint, et si quid deesset iustum et equum illi videri, Ut is qui Castra deponit in sequestrum suppleret et adderet tantum quantum erit necesse

Item quia ad contrahendam affinitatem opus erit dispensatione Apostolica tam super affinitate seu consanguinitate, quam etiam super etate, dixit: Ut Maiestas Regia daret literas ad agentem suum Romae, qui cum Orator Serenissimi Regis sui Ferdinandi confiteret hoc negocium communibus expensis apud Sedem Apostolicam, et ut Maiestas domini nostri mitteret easdem literas suas ad Regem Ferdinandum, qui illas per celeres postas una cum suis Romam esset transmissurus

Legationem sequentem Hieronymus Laski Palatinus Siradiensis orator Regis Ioannis: coram Sigismundo primo Rege Polonie dixit Sabbato post octavas Corporis Christi

IN primis declaravit quanto studio et cura Rex suus cupiverit semper abstinere ab effusione sanguinis Christiani, et inire concordiam et pacem cum adversario suo secutus in hoc consilium Maiestatis Regie domini nostri, et quantas e diverso iniurias intulerit illi Rex Ferdinandus, quas commemorare non esse presentis temporis, Deinde dixit quod Rex suus Joannes miserit Oratores suos Insignes in Posnaniam, qui, illic existentes, parati erant suscipere omnes equas pacis et concordie conditiones, altera vero pars difficilem se prestitit in tractatibus, per eamque stetit, quo minus concordia et pax fuerit subsequuta, Sed et Inducias Posnanie condictas non observavit, eoque die quo Inducie ipse inchoari debuerat.

validissimus exercitus illius quem instructissimum ad oppugnandam Budam miserat, oppugnacionem suam prosequebatur, utrumque autem Rex suus pluribus injuriis et contumelijs fuerit affectus et lacessitus, egit tamen apud Caesarem Thurcarum ut consentiret in annales inducias, quibus durantibus, ne Mtas Regia frustra nomen mediatoris assumpsisse videatur, agere velit, quo Reges istos dissidentes ad concordiam et pacem reducat. Mittere velit ad Imperatorem Romanorum Nunctium suum, postulando ab illo, persuadere velit fri suo Regi Ferdinando, ut ulterius non prebeat occasionem turbandi res Christianas, et cum fama est, de generali concilio, ut ad illud Mtas sua Or^{res} suos mittere velit, et ibi agere ea que ad salutem et tranquilitatem Christianorum spectare videntur. Quamvis autem Rex suus non fuerit ad hoc ipsum concilium vocatus, quia tamen est membrum Christianitatis vellet mittere ad illud Or^{res} suos, modo illis prebeatur securus transitus, pro quo Mtas Regia operam suam facere velit, et quod ibi retineant locum et honorem suum. Postremo dixit, quod Rex suus paratus est dimittere Castra in sequestrum ad manus Regie Mtis quandocunque Mtas sua voluerit etiam non expectatis duobus mensibus, et quod ipse D. Laski compromisit in Mtem suam ut illa cognoscat et diffiniat super diferencia que suborta est inter illum et Capitaneos Regis Ferdinandi, ob lras quibus assecurati esse feruntur, quod post lapsas trimestres inducias cessacio armorum fieri debuit utrinque usque ad primam diem Maij, et quandocunque Mtas sua iusserit, vult declarare hoc negocium ut se habet.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie Ferdinandi et Joannis Ungarie Regum oratoribus Datum.

Sacra Regia Mtas Magcorum dominorum utriusque Oratores maluisset quidem vel non ortam fuisse controversiam hanc de municionibus sub interstitio trimestrium et Annalium Induciarum interceptis vel cum orta erat illic in inicio conclusarum Induciarum apud duos partis utriusque commissarios transactam et definitam, quippe que cuperet magis omne hoc annue cessacionis tempus in tractanda principali concordia, quam in componendis exilibus novis controversiis traducere, Verum quia permissione divina, neque impedimenta ista evitari, neque per dominos Commissarios supradictos ita tolli potuerint, ut non ad compromissum deferendi oporteret, boni et equi consulere Mtas sua non gravatur. Ceterum etsi rem arduam intelligat Mtas sua sibi alioqui suasori pacis, officio judicis inter Serenissimos Magnificarum vestrarum Reges et dominos fugi, ne tamen postulatis Mtatum suarum de compromisso suscipiendo per D. vestras factis, deesse videatur et suscipere illud, et causam de qua compromissum est audire non est gravata.

Quoniam vero ad ferendam sententiam illud potissimum videtur necessarium, Ut Originales litere Magci domini Hieronymi Palatini Siradien. producantur, Mtas sua priusquam illas videat a sentencia de controversia hac proferenda abstinebit. Quare vestras D. Serenissimi domini Romanorum Regis Oratores monet ut intra diem xviii Julii ad finiendum compromissum pactam, literas originales ipsius Magci domini Hieronymi producant, quas cum perspicere et expendere dignabitur Mtas sua, sententia sua controversie finem faciet. Interim vero a D. vestris utriusque postulat, ut extra quibus modo verbis heri ad probandam intencionem suam utebantur in scriptis singulis Mti sue tradere velint.

Sigismundus primus Rex Polonie Solimanno Turcorum Imperatori.

C. R. X.me ac potentissime Princeps amice et vicine noster charis.me
Accepimus litteras Maiestatis vestrae quibus nos certiores facit quod cum me:
se Marcii proximi anni magno apparatu bellico adversus amicorum suo:
rum hostes instructa et iam ad inferendum bellum accincta esset
missus fuerit ad se ab Serenissimo domino Joanne Rege Hungariae
Orator Magnificus Hieronymus de Lasko Voievoda noster Transsiluanus,
qui ob commoditatem tractandae concordiae quam nos sollicitare et cura:
re inter duos illos reges de Regno Hungariae contendentes dicebat anni:
um induciarum tempus per Maiestatem vestram Serenissimam admitti nomine
Regis sui postulavit, Et quod Maiestas vestra Serenissima ob amorem
Serenissimi Regis Joannis et ne desideriis ipsius deesset, ipsas annuas
inducias admiserit, deponereque arma victorioso exercitui suo, et
bellum intermittere iusserit. Quae res magnopere nobis auditu fuit
grata et iucunda, quando quidem ista annali belli intermissione, mul:
tum commoditatis et adiumenti ad perficiendam concordiam et
pacem inter Reges supradictos sollicitari et suaderi per nos cepta
afferri nobis posse intelligebamus.

Quare nos pro isto grato nuncio et significatione fraterna et amica,
plurimas agimus et habemus Maiestati vestrae Serenissimae gratias, Cui vicissim
in omnibus officio bonae vicinitatis et integra amicicie coniunctione
respondere curabimus. Et eam ipsam diu sanam et felicem semper
esse ex animo optamus. Datum Cracoviae XXII Junij

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell.
Petro Kmite de Visnicze Marsalco regni

Magce domine amice et affinis charissime ac honorande. Ago et habeo magnas gratias Vestre Magcie, quod me suis literis visitarit et de bona valitudine sua certiorem fecerit. Nos habemus hic Serenissimorum Hungarie Regum Oratores, qui tractant de condicionibus et modis, quibus Arces noviter intercepte consignari debeant, in manus Regie Maiestatis, et domini Ducis Saxonie, Sed non sunt concordes, Alter enim habet plenam potestatem constituendi de omnibus Alter vero frigidam et minus sufficientem habet instructionem Maiestas tamen Regia ita agit, ut per eam stare non videatur quominus observentur annales inducie inter illos Principes. Sunt et alia que hic agit dominus Laski Palatinus Siradiensis, secrete, que postquam venient in lucem, ego perscribam illa Vestre Magcie, non dubito Vestram Magciam iam intellexisse dominum Episcopum Cuiaviensem nominatum esse per Maiestatem Regiam ad Archiepiscopatum Gnesnensem, Dominum vero Episcopum Premislien. ad Cuiavien., et dominum Choienszki, ad Premislien. Episcopatum. Et proinde his nihil amplius scribo

Nimis tarde insurgimus contra Valachum, sed caussa tam magne tarditatis fuit sera publicarum pecuniarum ad Thesaurum comportacio. Jam vero distribuuntur pecunie militibus mercenarijs, quibus dominus deus gratiam suam et animi fortitudinem, contra iniquum et perfidum hostem concedat, et de illo eos triumphare faciat. Commendo me ex animo Vestre Magcie, quam dominus Deus cum suis omnibus servet quamdiutissime sospitem et felicem. Datum Crac. xxiiij Junii: Anno domini. M°. D°. xxxi°.

Joannes Laski Archieps mortuus

Sigismundus primus Rex Polonie.

Manifestum facimus vniversis, quia cum ad decimam septimam mensis May proxime preteriti Or[ator]es et Commissarii Ser[enissi]morum dominorum Ferdinandi et Joannis Regum de Regno Hungarie dissidencium Visegradi ad conficiendas annales Inducias congregati, de controversia que erat inter eos illic orta, ob interceptum in Transsilvania Opidum Holubach cum quibusdam aliis arcibus et locis sub tempore dierum inter finem trimestrium et principium et principium annalium Induciarum intermedio, et simul ob interpretatam peractam literarum Mag[nifi]ci Hieronymi de Lasko Vaywode Transsilvanien et palatini Siradien ad Mag[nifi]cum Leonardum liberum Baronem de Felz locumtenentem Mag[nifi]ci Gwilhelmi de Rogendorff in hoc negocio scriptarum in nos ita compromisissent Vt hec intra duos menses a decima septima May computandos, controversiam hanc audiremus ac arbitraremur vel dijudicaremus. NOS tametsi munus hoc arbitrandi ad postulatum Ser[enissi]mi vtriusque Regis predicti Suscepimus, discutere tamen pro vna vel altera parte modo legitimo caussam hanc in presens non potuimus, partim propter magnitudinem negocii et predictorum vtriusque difficilem controversiam, partim vero propter Angustiam temporis in quam nos tardo adventu suo Or[ator]es Ser[enissi]mi vtriusque regis predicti ita coegerunt Vt parum abfuerit, quin compromissi dies prius preteriret, quam vel nos producta semel audire, vel Or[ator]es Ser[enissi]mi domini Romanorum Regis Originales l[itte]ras Mag[nifi]ci Hieronymi de Lasko exhibere potuissent Vt autem aliquid intra tempus compromissi fecisse videamur, quod ex equo et bono esset, quodque ad rationes sperande concordie proximius accederet, Authoritate qua fungimur in hac parte dicimus, pronunciamus, atque laudum nostrum proferimus Vt

Serenissimus Rex Joannes a die publicacionis eius decreti nri abeo tempore quo de illo factus fuerit certior intra viginti dierum decur:sum, opidum Molnbach cum aliis Castris et bonis que in Transsil:vania et vbilibet sub interstitio dierum inter trinisres et Amalres Inducias interiecto vi atque armis cepit, et in suam ptatem quomodo:cumque redegit, nobis vel alicui ex nostris ad id ptatem habenti in se:questrum consignet, et libera ac integra cum omnibus inde abductis et receptis dimittat, que nos consignanda et dimittenda nobis de:cernimus et pronunctiamus hac nra sententia arbitrali mediante, tam:diu per nos tenenda et administranda, quousque id rones regni Hungarie et reipub. Christiane nostro et non alterius cuiuspiam iudicio exi:gere videbuntur. In cuius rei testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum Cracovie die xvii Julii Anno domini M° D° xxxi°.

Capitula condicionum quibus Rex Polo[e] cum Ill. Duce Saxonie: Arces Vngaricas in Sequestrum accepit

AD postulacionem Serenissimi Principis D. Ferdinandi Romanorum Hungarie et Bohemie etc. Regis. Mtas Regia Polonie assentitur, et contenta est de recipiendis in custodiam suam duobus Castris Vzt Strigonio, ac Vissegrad inferiori, vnacum Illr domino Georgio Duce Saxonie muneris eius obeundi sue Mtis collega.

In euentum tamen, quod idem dnus Dux Prefectos Castrorum ad pre:finitum diem in designatis locis pro parte sua statuere non posset: Mtas sua publici boni tuendi, et Induciarum conseruandarum caussa pollicetur se in tutellam et custodiam suam Arces predictas recepturam esse, dummodo intra duorum mensium decursum, a traditis Mti sue Castris computan, in hijsipsis Castris pro parte Illr sua pre:fecti statuantur

Coeterum propter difficultatem in tam angusto tempore novorum militu[m] conducendorum in Castris predictis milites veteram retinere debebunt. Ita tamen Ut a priore jureiurando, quo suo Regi vel prefectis illius erant astricti soluti, juramentum de novo fidelitatis et obedienciae, secundu[m] formulam prescriptam Capitis M[aies]tis Regiae et Ill[ust]r[issi]mi domini Ducis Saxoniae prestent quo tam M[aies]tas sua, q[uam] Ill[ust]r[issi]mus d[omi]nus Dux Saxoniae seu, illorum Capit[anei], freti, possint illos sua authoritate qui non obedierit ab eisdem Castris et presidiis in parte vel in toto amovere. Condi: cione hac adiecta Ut ob levem caussam, irrequisitis dominis Seque: stris Capit[anei] exauthorare vel amovere milites non possint, nisi ca: sus aliquis gravis accidat, qui et moram non patiatur, et p[rese]ntem illorum amocio[n]em exposcat

Stipendium vero militibus et prefectis Castrorum predictis Sexpimas Rex Romanorum ad sua Castra persolvere tenebi[tur] et erit obligatus Da: ta etiam per suas l[itte]ras sufficienti Sequestre M[aies]ti Regiae et domino Duci Saxoniae cautione, Ut et ipsum stipendium men[st]ruis temporibus dissol: vatur, et si neglectum fuerit solui, M[aies]tas sua, cum Ill[ust]r[issi]mo domino Duce Saxoniae indemnis in hoc reddatur, ac extra omnem sinistri eventus culpam habeatur, Ubi aliqua difficultas vel periculum. (quod omi: deus avertat) ex parte militum vom[in]e Castrorum, ob non solutum si: bi vel prefatis stipendium oriatur

Per ~~est~~ ex tempus induciarum annalium. Arces supranominatae reficiri, muniri, et commeatu, tormentis, atq[ue] aliis bellicis instrumentis ne: cessariis provideri, sumptibus Sexpimi d. Regis Romanorum, eo co: dic[i]o[n]e, poterunt Ut operarii et opifices munic[i]o[n]i intendentes Capitis su[is] M[aies]tis, et Ill[ust]r[issi]mi domini Ducis Saxoniae, sacramento s[e] fidelitatis et obedien: ciae astringant, et nihil aliud illic agant, q[ua]m que ad reparac[i]o[n]em et mu: nicionem Castrorum necessaria et oportuna videbuntur. Secus e[n]i[m] facientes vel suspic[i]o[n]e aliqua notati, amoveri per Capit[ane]os poterunt. Capiti vero vicissim que pro usu et munic[i]o[n]e Castrorum predictorum in: vecta fuerint, salva et integra conservare tenebuntur

Promisores vtriusq; Castri predicti perseuerare in officio suo admittentur,
si fidelitatis et obediencie jusiurandum Mti Regie, et Illr domini Ducis
Saxonie Capit prestiterint, facultate etiam de amouendis illis pro:
pter suspicionem Capit Castrorum reseruata, juxta modum de amouen:
dis suspectis militibus superius descriptum

Priusquam autem milites Castrorum predictorum in fidem Capitaneorum
Mtis Regie et Illr domini Saxonie Ducis recipiantur, stipendia pro:
merita vtriusq; illis persolui vel pnti pecunia vel sufficienti cautione
debebunt, ne ob hec non soluta Mti sue, et Illr domino Duci negocium
postea facessatur

Si contingat Inducias per alterutram vel vtrauq; partem violatas esse
et arma rursus atq; bellum apertum inter Principes de Regno Hun:
garie dissidentes, siue vi, siue denunctiatione mutua suscitari: Castra
nihilominus per Mtem Regiam et Illrem dnum Ducem, eorumq;
Capitaneos tantisper seruabuntur, quoadusq; Sermus D. Rex Romanorum
illa restitui sibi non postulabit, Postulante enim post ruptas Indu:
cias illius Mte, Castra sibi restitui, Mtas Regia, cum Illr domino Duce
Saxonie restituere illa debebit

Si autem quod deus auertat, alterum ex Sequestris Induciarum tem:
pore, mori contingat, Superstes Sequester Castra, et seruare, et re:
stituere, juxta formam condicionum descriptarum tenebitur, Vbi vero
quod procul absit Sermus D. Rex Romanorum, sub tempore In:
duciarum nature de vita concedat Sequestri ambo vel superstes vnus
ad id erunt obligati vt in euentu mortis illius Mtis Castra supradicta
heredibus legittimis ipsius restituant, juxta formam etiam et condicionem
superius descriptam

Amotis militibus Castrorum, propter suspicionem vel quamcumq; legittimam
aliam causam, sufficientur in supplementum alii milites eodem vel
maiori numero Serenissime Regie Mtis, et Illr domini Georgii Saxo:
nie Ducis, tanq; Sequestrorum arbitrio

Arces quas in Curam et administratom suam recipient domini Sequestri, in fine Induciarum restituent cum ex concordia, si que sequetur applicabuntur. Aut si concordia non sequetur suas. Sermo domino Regi Romanorum libere dimittant, secundum modum in Capitulis Induciarum Annalium descriptum hoc est in fine Induciarum ultima videlicet die Mensis Aprilis anni futuri, Super quo ipsi domini Sequestri illius Mti sufficientem lris dabunt caucom

Ediverso autem Serenissimus dnus Rex Romanorum Mti Regie cum Illi domino Saxonie Duce lris suis ad plenum cavebit, ne quid sua culpa iussu, vel consensu aut suorum dolo malo, fraude, strategemmate impedimenti periculi denique et incomodi exhibeatur Capit et militibus authoritate dominorum Sequestrorum in Castris collocatis. Actum et Datum Cracovie die prima Mensis Julii. Anno domini Millesio Dº. xxxiº.

De quatuor Arcibus in Hungaria in Sequæstrum et Custodiam acceptis sub annalibus Induciis

Sigismundus primus Rex Polonie.

Manifestum facimus per pntes lras nostras, quod cum Mense Maij sub anno Mº. Dº. xxxiº. Conventum esset inter Consiliarios Serenissimi Principis domini Ferdinandi Romanorum Hungarie et Bohemie Regis et alios partis adverse Commissarios Vissegradi congregatos, ut pro bono publico et tractanda concordia annalib Induciis fierent Atque nobis cum Illi domino Georgio Saxonie Duce nonnulla Castra per tempus Induciarum certis conditionibus in Capitulis Induciarum contentis in Sequestrum ab utraque parte traderentur. NOS ad postulacom Serenissimi domini Romanorum Hungarie et Bohemie Regis et ut publice utilitati inserviremus, pro parte illius Mtis Castrum

Strigonien. et inferiorem Arcem Vissegrad in Curam et custodiam no:
stram simul cum predicto dno Georgio Saxonie duce recipere consen:
simus et recepimus, que Castra et servare secundum condiciones a
nobis traditas et restituere finitis induciis secundum Capitula in Indu:
ciis descripta vel si intra annum rumpantur induciae secundum Arti:
culum in conditionibus nostris ad casum rupturae induciarum scripto
verbo nro Regio et promissione firma promittimus, In cuius rei fide
et testimonium his litteris nostris scribi et signo nostro communiri feci:
mus, Nosque ipsi manu nra illas subscripsimus. Cracovie die pri:
ma Julii, Anno domini M°. V°. xxxi°. Regni nri
Anno xxv^to.

Sigismundus Rex sst

Mathie de Drzewicza Epo Wladislavien. Archiepo Gnesnensi designato

Sigismundus primus Rex Polonie

Rme in Chro pr Syncere nobis dilecte, Multa admirari tenemur
quod pr vra per tam longum tempus post acceptas lras nras ni:
hil nobis responderit, neque hactenus secundum voluntatem et desideri
um nostrum fecerit de Scolastria Lancicien, quam nos collato p.
vre amplo et locupleti Archiepatu in ptate nra reservatam vo:
luimus, et ipsam eandem Secretario nro Venli Nicolao Sannotzki
Crac. Canco et Secretario nro de nobis bene merito contulimus.

Quoniam vero ista tarditas et silencium tam diuturnum, Item rumores
qui hic spargebantur non multum decori, nos in suspicionem adducunt, p.
vram non tam voluntati nre, quam commodis suis et suorum obtemperare
et Archiepatu accepto Scolastriam etiam ut duplex commodum
habeat retinere velle pro suo Nepote nobis incognito cui illam post
mortem primum Rmi bone memorie domini Joannis Archiepiscopi
Gnesnen dicitur resignasse. Nos ut existimacioni nre consula:

mus. et ut promissio mea semel de ipsa Scolastria Secretario meo facta irrita non fiat, Volumus omnino, ut pr. vra sine ulla vel mora, vel excusationis colore per patentem Cubicularium nostrum mandatum procuratorum sufficiens nomine Nepotis sui ad resignandum ipsam Scolastriam, in manibus summi pontificis aut eius Cancellariam regentis, vel administratoris Gnesnen. mittat, et procuratores in Sceda pntibus inclusa annotatos constitui faciat, et aliter sub gravi displicentia non faciat. Si enim meae voluntati in hoc se opponere pergeret, nos neque lras scribi neque mitti in Urbem in illius commendationem pateremur. Bene valeat vra pr. Datum Cracoviae die V Julii. Anno domini M° D° XXXI°. Regni mei anno XXV^to.

Sigismundus rex sst.

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio duci Saxonie Marchioni Missnae

Illustris Princeps et domine, affinis noster charissime. Accepimus lras Illris vrae quibus declarat se ad scripta Serenissimi domini Ferdinandi Romanorum Hungariae et Bohemiae Regis mittere velle vel iam misisse homines, qui Castrum Strigonien et Vissegrad in ferrum in sequestrum simul cum hominibus nostris recipiant postulans et pie pro bono publico nos monens, ut et nos quoque id faciamus. Quod officium Illis vestre est nobis vel homine non gratissimum, quod nos de hac sua voluntate et instituto fecerit in tempore certiores. Nos enim tametsi in hoc negotio Hungarico sine Illte vra nihil agere decrevimus, non potuimus tamen prius illi nunciare quid de Castris fieri debeat, nisi nunc cum per Ores tam Serenissimi Romanorum, quam etiam Joannis Regis edocti fuimus in conditionibus induciarum Annalium Vissegradi utriusque partis, conclusum dno

esse vt ad nostram et Illr. vre commvnem custodiam Castra quorum pro parte Mtis Serenissimi Regis Romanorum Strigonium Vissegradum, inferius. pro parte vero Regis Joannis Agria et Kesmark consignarentur, Et tametsi quidem in denunciatione ista ab Illr. vra preventi fuimus, nihilominus tamen volentes etiam officio nro satisfacere, et quod instituerامus prestare, mittimus hunc Cubicularium nostrum ad Illr. vram cum conditionibus scriptis, sub quibus nos simul cum Illr. vra et Castra predicta quorum recepturos, et finitis Indutiis restituturos esse polliciti sumus. Quas conditiones et Capitula cum Illr vra leget, respondere nobis non grauabitur, an ita vt sunt illi in omnibus satisfaciant, vel quidpiam in illis adhuc desyderare velit

Ceterum quia Illr. vra de duobus tantum Castris meminit ad que mittere prefectos vellet, et quorum consignari ex partis conuentis debent, ab illa rogamus, vt duorum aliorum etiam habere velit rationem, et quamproximum Capitaneos suos illuc mittere, Nam et nos iam quorum prefectos singulos cuilibet Castro designatos mittimus, qui cum Illr. vestre prefectis simul et in solidum munus custodie nostre et sequestri crediti tuebuntur, et alia si que erunt insuper necessaria ad conciliandam concordiam inter Reges pro Regno Hungarie dissidentes communicato cum Illr. vra consilio, nihil grauabe et suadere et prestare, modo Illr. vra ea qua cepit pietate et publica commoda prosequatur, et sua opera atque consilio nobis adesse velit Que valeat felix et sit semper cum suis omnibus incolumis et felix Cracouie die xiiii Julii Anno etc. MDXXXI°.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Castell° Strigonien: et cetteris regis Ferdinandi officialibus ac nunctiis.

MAg.ci Sincere nobis dilecti. Cum in tractatu amicalium Indu:
ciarum nuper Vissegradi per Commissarios Sermi domini Romano:
rum Hungarieqz et Bohemiæ Regis, ac eius adversarii celebrato
Conventu id inter cetera fuisset Vt Castra ab vtraqz parte bina
custodiæ nræ et Illr D. Georgii Saxoniæ Ducis in modum Seque:
stri committerentur, nosqz ad postulacionem votumqz Sermi Regis
et simul et reipub. Christianæ commodis consuleremus, assensum ad
hoc nostrum prebuerimus, designavimus pro parte nra ad singu:
las Arces singulos homines Subditos et fideles meos. Ex quibus
ad Arcem Strigonien Generosum Casparem Maczieiowski dapife:
rum terre nræ Sandomirien. Ad Arcem vero Vissegraden infe:
riorem Nobilem   Jastrzembski Tribunum Calissien. Auli:
cum nostrum mittimus, quibus mandamus, Vt curam et custodiam
istarum Arcium nomine nostro suscipiant, illasqz post tradicionem
sibi factam gubernent et tueantur. Quod S. Vris presentibus declara:
mus, postulamusqz ab illis vt secundum condiciones amicalium In:
duciarum illis et Castra tradere, et curam administracionemqz liberam
in illis exercere permittant, Et in iis que nomine nro S. Vris dixe:
rint, illis plenam fidem adhibeant, facturi S. Vræ rem officio
suo dignam et nobis gratam. Datum Cracoviæ.   Iulii Anno
M°. D°. XXXI°. Regni nri Anno. XXV.to

Sigismundus primus Rex Polonie Ioanni Vngarie Regi etc.

SERme Princeps etc. Cum hinc a nobis paulo ante discessisset Magnificus Sigismundus de Herbestam Orator Serenissimi domini Romanorum Regis, habuit obviam illius Maiestatis Nunctium cum litteris ad se scriptis, quarum exemplum ex itinere ad nos misit, Vbi scribit Maiestas sua certo ad se relatum esse, quod nomine Imperatoris Thurcorum obsideri nunc debet Clissium, et alia e Regione illius in propinquo arx seu municio extruitur, que res cum aperte illi contra Induciarum pacta esse videatur, quibus non minus Maiestatem vestram Serenissimam quam Thurcum ipsum ab hostilibus inferendis devinctum esse commeminat, committit Oratori suo predicto Vt nobis ista exponat, et postulet de ea re a nobis Maiestatem vestram admoneri. Quare cum ita ad nos mandato domini sui ex itinere Orator scripsisset, et nos vehementer optamus, ne Induciae per alterutram partem offendantur Maiestatem vestram Serenissimam plurimum rogamus, providere velit apud Imperatorem Thurcarum et eius prefectos Vt Clissium et alia loca dicionis Serenissimi Regis Romanorum subiecta non oppugnentur, ne quid sub tempore Induciarum adversus pacta promissa attentetur. In quo Maiestas vestra rem Christiano principe dignam et Vtrisque ad concordiam et pacem summopere Vtilem prestabit. Comendamus nos amori et benevolentiae fraterne Maiestatis vestrae, Optamusque Vt illa et felicissima sit et recte semper salua atque incolumis. Datum Crac. Anno domini . M° . D° . xxxi° Regni nostri . xxv^to.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Quinto Chrianorum Imperatori.

Ser.mi ac excellentissime princeps. Cum hic nonnulla alia hoc tempore apud nos ageret Or. Ser.mi Joannis Regis, egit hoc etiam diligenter, ut intercessione et opera mea apud Ser.mam M.tem v.ram interposita, obtineremus pub.ca fide lr̃as Or.ibus, quos a se istuc ad M.tem v.ram Ser.mam mittere vellet, quam operam cum honeste negare illi non potuimus, mittimus ad M.tem V.ram p.ntem Nunctium meum, ex qua maiorem in modum rogamus, ut publice fidei lr̃as eiusmodi illius Or.ibus concedere dignetur, quibus illi tuti et venire ad M.tem v.ram Ser.mam, stareq3 et morari apud illam, et rursus ad propria reverti tuto et sine aliqua offensione valeant. In quo non modo nobis gratificabitur M.tas v.ra Ser.ma, sed publicis etiam rebus non mediocriter consulet et commodabit.

Caeterum in aliis negociis nostro nomine ad M.tem V.ram referendis, ne scribendo molestiam illi afferamus, Commisimus R.endo patri d.no Joanni Ep.o Culmen. Or.i istic n.ro, ut illa omnia verbis M.ti v.re Ser.me per ordinem exponat, Cui dicenti ut attentam benevolam accomodare, et fidem indubiam prestare velit Ser.ma M.tas v.ra, illam diligentissime rogamus, Cui nos vicissim omni officio et observantia n.ra ad omnem occasionem presto futuros pollicemur, Commendamus nos favori et Benevolentie Ser.me M.tis V.re, quam in summo isto Celsitudinis gradu semper felicissimam, et diuturnissime sanam, salvam ac incolumem esse vehementer optamus. Datum Cracovie die xxv.a Julii. Anno domini M.o D.o xxxi.o Regni n.ri xxv.to.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Vngarie et Bohemie regi Archiduci Austriae.

Ser.me Princeps et domine, frater et consanguinee noster char.me ac honorand. Ab initio belli de Regno Hungarie suscepti, nulla re magis impediebamur, quominus concordia et pax, quam sedulo inter Ser.tem V.ram Ser.mam, et illius aduersarium, magno etiam impendio nostro suadendo curabamus, quam assidua vtriusque armorum concertatione, in qua prepeditos et inflamatos dissidentes animos, neque ad pacem flectere amplectendam, neque a bello vicissim gerendo persuasione cohibere valuimus. Quod impedimentum cum Annales Induciae mutuo consensu vtriusque nuper recepte sustulisse videantur, sic nobis persuademus animum quoque tam vestre Ser.tis Ser.me, quam illius Aduersarii fore ad concordiam et pacem nunc, quam antea longe propensiorem. In qua quidem occasione, ne tempus ad rem bene gerendam comparatum, nihil agendo inaniter absumatur, operepretium nos facturos censuimus, si iam ea que ad concordiam attinent, apud Ser.tem V.ram agere, et promouere incipiamus. Quoniam vero ea semper fuit in ista re instituti nostri ratio, Vt nihil temere, vel importune, et non explorata prius voluntate Ser.tis V.re Ser.me, inchoemus, prius que ad alia quecunque descendamus, premittendum hunc Cubicularium nostrum ad Ser.tem V.ram Ser.mam duximus, quam plurimum rogamus, Vt deliberationem animi et cogitationis sue nobis aperire velit, an negocium concordie inter se et suum aduersarium aggredi per nos cupiat, et quibus modis, quo ve in loco, Vel an per Oratores facere et inchoare nos id velit, Vt cognito Ser.tis vestre consilio, Nos quoque officium nostrum recte ad necessitatem accomodare, et pro occasione moderari valeamus, Quod V.ram Ser.mam Ser.tem pro ea qua est, in rempublicam Christianam afflictam et calamitosam, pietate, facturam esse non dubitamus. Cuius nos amori et beneuolencie frue

ex animo commendamus, Optamusque ut deus omnipotens Maiestatem vestram Serenissimam servet semper cum suis omnibus incolumem et felicem. Craco: die xxv^ta Junij. Anno domini. M°. D°. XXXI°.

Sigismundus primus REX Poloniæ.
Benedicto de Zentlaria Castell° Leue.
et Factori regio generali.

Egregie Sincere nobis dilecte, Vigilancia, cura, et sollicitudo tue S^tis quam habet atque gerit de rebus Ser^mi domini Regis sui, nostrisque et charissime filie nostre, est nobis admodum grata, adeo quidem ut vehementer delectemur in tanta tue S^tis erga nos observancia et propensione, quam et collaudamus et singulariter habemus collaudatam racionem ipsius semper postea habituri ob tam propensum promptumque in nos animum, Et quamquam nihil dubitemus cessura de ... ... felix ... Ser^mo domino Regi vestro, tamen non possumus improbare hanc tue S^tis futurorum providenciam, modo in hac presenti isthic rerum perturbacione, fortes vos omnes prestetis viros, principemque et Regem vestrum consiliis et monitis pariter adiunctis et confirmetis. Necesse enim est de magnis rebus maximos exoriri tumultus. Cum autem salua atque incolumi ista Regia Maiestate nobis convenire non videtur ut aliquid de bonis illius attentemus tua S. de quibus scribit Aceres ceteraque omnia que ipsa scit, pertinere ad ~~filiolam~~ filiolam meam amantissimam in commissa et commendata sibi fide semper retineat, et alios item suos sodalis ad idem faciendum hortetur, quod nos illi singulari favore et gratificacione nostra per omnem occasionem referamus.

M Ag^ri Smerer nobis dilecti. Cum in tractatu amicalium Induciarum nuper Vissegradi per Commissarios Ser^mi D. Romanorum Hungarieque et Bohemiae Regis ac eius adversarii celebrato conventum id inter cetera fuisset ut Castra ab utraque parte bina Custodie nostre Ill^ris D. Georgii Saxoniae Ducis in modum Sequestri committerentur, nosque ad postulacionem utriusque Ser^mi Regis et simul ut Reipub. Christiane Christiane commodis consuleremus assensum ad hoc nostrum prebuerimus, designavimus pro parte nostra ad singulas ~~Arces~~ singulos homines.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ferdinando Vngarie et Bohemie regi Austrie Archiduci.

SERmê Princeps et domine etc. Reddite sunt nobis lre Mtis vestræ Sermæ, quibus ea que paulo ante de induciis inter Mtem vram et eius aduersarium susceptis et Comitiis susciciendis, ex litteris Magci Gwilhelmi de Rogendorff, accepimus, Mtas vra Serma nobis perscribit et confirmat, Que res non vulgarem nobis voluptatem et gaudium attulit, quod exinde magnum argumentum capiamus futuræ propediem occonis sub qua pax et concordia a Christianis diu desiderata, inter Mtem vram et dictum eius aduersarium componi et constitui tandem possit.

Ceterum quod a nobis eisdem lris Mtas vra Serma postulat vt si contingat treugas ex consensu Thurcarum Imperatoris annales vel vlteriores inter Mtem vram et eius Aduersarium assumi, nos cum Illri d. Georgio Duce Saxoniæ Affine nro charmo, Castra illius Mtis vestre tam ex parte sua quam ex parte Aduersarii nominata, in Sequestrum et Custodiam nram susciperemus ad tpus vsque eius controuersie dirimende seruanda. Nos etsi intelligamus arduam sane esse prouinciam in longinquo et alieno regno Castris preesse, in tutoque illa conseruare, vt tamen Mtis vestre Serme desiderio satisfaceremus, et reipubcæ Christiane commodis inseruire possemus, munus istud non inuiti suscipiemus. Nollemus enim causam persuadende concordie quam adhuc ab initio inter Mtem vram et Aduersarium eius, summa cura et sollicitudine propter commune bonum sine fastidio, et cum impendiis multis promouebamus, occone nostra intermittere, Quare quandocumque de induciis per Imperatorem Thurcorum admissis certiores facti erimus, homines nostros quibus tuto Castra pro parte nra committi poterunt, illuc vbi locus est designatus

et ad diem prefinitum, cunctatione et mora omni procul mittimus. Alia etiam que in facultate nostra essent, longe his maiora ad postulationem Maiestatis Vestre facturi. Cuius nos amori et benevolentie semper ut consuevimus ex animo comendamus, felicissimamque illam esse et in hys augustissimis honoribus et laudata belli gloria multos in annos salvam et incolumem esse vehementer optamus. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell[arius]. Stefano Verbetio, regni Vngarie Cancellario.

Spectabilis et Mag[nifi]ce domine amice charissime et honorandissime. Allate sunt Maiestati Regie sub idem tempus a Serenissimo Rege Romanorum et ab Ill[ustrissi]mo Domino Georgio Saxonie Duce. Item etiam a domino Vilhelmo de Rogendorff l[itte]re, quibus omnibus eadem de trimestribus induciis susceptis et Castris in Sequestrum Maiestati sue Regie et Ill[ustrissi]mo domino Georgio Duci Saxonie concredendis declarantur. Que res tametsi etiam in eandem sententiam mihi est a Mag[nificenti]a V[est]ra per l[itte]ras communicata, Maiestati tamen Regie domino meo videtur adhuc vacillare, quod per Serenissimum Joannem Regem Hungarie, nihil sit hac de re ad Maiestatem suam scriptum vel nunciatum. Quare cum hec res sit tam magni momenti et eius conditionis, ut in illa sine utriusque partis consensu quidpiam statuere non videatur integrum, operepretium ego putavi hec ad Mag[nificenti]am v[est]ram perscribere, cuius virissimi officij fore censeo ut agere velit apud Serenissimi Regis sui Maiestatem, quo et induciarum initarum et Castrorum ad sequestrationem manus tradendorum rationem Maiestati Serenissimi domini nostri explicare. Item etiam quo sumptu, quibus stipendiis, et quo numero militum servari Castra ipsa debeant, sententiam in hoc suam communicare dignaretur, expedit enim hec ex ipsius Maiestatis solius nuncio vel l[itte]ris Maiestatem domini mei tempori cognoscere, ne cum ad rem propius veniatur, difficultas nova deinceps suboriatur, que negocium tanta cura et labore preparatum, in fiere possit. Quod

enim ad Mtem domini mei attinet certo credat Magca d. vra eius Mtem in hanc communem Christiane reipub causam esse, vt nihil velit sua sollicitudine impendio et opera magis promotum, vel curatum esse, quam vt ista duorum Regum controuersia per concordiam componatur, e qua omnes relique perniciose Christiane dissensiones capiant constituende pacis exemplum. Hec sunt que Magcie vre scriptis prioribus lris adscribere volui, quam etiam atque etiam rogo prouidere velit, ne his rebus tarditate et mora aliquid officiatur, ad tempus enim hoc, quod breue restat induciarum, celeritate magna nobis vtendum est, si publicis commodis et communi paci cupiamus vt debemus inseruire. Commendo me amori et beneuolencie sue M. vre, quam felicissimam esse et bene saluam et incolumem vehementer desidero. Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancellarius Hieronymo Laski Voieuode Transiluanie. Palat° Siradiensi

Magce domine amice charissime ac honorandme. Quando hinc discedebat Magca vestra hoc in primis a me poposcit, vt fratri suo Rndo dno Joanni opera et commendatione hic apud Mtem Regiam in peticionibus eius adessem, quod ego, pietgreomia[?] pro virili mea quando illic agens frater Magce vestre res suas curabat, ingenue et officiose prestiti, Mtas tamen Regia quod puto Magciam vram ex fratre iam planius cognouisse, respondit se quidem de Archiepatu mutare aliud non posse, nisi quod semel ad frequentes et instantes preces Rmi domini Archiepiscopi patrui Magce vestre in nominando domino Epo Chiamien decreuit, Sed de re sua, cum ipso domino Epo Chiamien tractandi facultatem illi dare. In qua, quid egerit frater Magcie vestre vel an egerit aliquid postea cum domino Epo, me penitus latet, quando tamen sciuero quid amplius opera et intercessione mea fri Magce vestre commodare possim, nihil pretermittam, quod ad officium boni Amici pertinere

arbitrabor. De Induciis trimestribus per M. vestram et dominum Vilhelmum de Rogendorff inter Reges factis jamdudum Serenissimus Rex Ferdinandus literis suis Mtem Regiam certiorem fecit, et simul postulavit a Mte sua Ut si contingat longiores inducias recipi, Castra utrinque nominata in Sequestrum et custodiam suam tamdiu donec aliud determinetur, cum Illustri domino Georgio Duce Saxonie accipere non recuset, quod tametsi Mtas sua se propter publicum bonum facturam non gravate Serenissimo Regi Ferdinando promiserit, Dubitat tamen ne quid impedimenti et difficultatis cum ad rem venerit propter hoc suboriatur, quod Serenissimus Rex Hungarie nihil de his rebus ad se scripserit, vellet nec-ne ita fieri Ut Arces in Sequestrorum manus concredantur si Induciae Annales fuerint constitute, et per Imperatorem Thurcarum suscepte, quare d. v. Magnificentiae fuerit officii et opere providere Ut res tam magni mo-menti ea qua convenit dexteritate et prudencia curetur, sitque illi ita undequaque prospectum, ne aliqua postmodum difficultate vel controversia suborta, turbari vel deseri possit.

Sumus hic omnes in magna expectacione boni alicuius et reipublice Christiane salutaris nuncii, quem primum et certissimum a Magnificentia vestra futurum arbitramur, faxit omnipotens deus Ut id quod publice utile foret afferatur, tum enim maxime et consolacio mea et laus Magnificentie vestre augeretur quando reipub. Christiane commoda et salus in bona spe et expectacione collocaretur, hinc quod scribi a me debeat nihil est in presens scitu dignum, et que sunt minus necessaria occu-pare illis Magnificentiam vestram nolo, tantum me illius amori et benevolen-cie ferme commendo, eamque felicissimam esse atque recte salvam atque incolumem vehementer desidero. Datum

Petrus Tomicius Ep̄s Cracouien: Vicecancell.s
Stephano de Verbewc: Cancell.o regni Vngariæ.

Mag.ce domine amice charissime ac honorandissime. Plurimas ago et habeo Mag.ti vestre gr̄as, quod occasionem quesi oblata erat tam scribendi ad me quam nunctiandi mihi que istic aguntur non pretermiserit, quo illius ami:cissimo officio ego plurimum delector et vt illi vicissim gratitudine mea illud referre possem vehementer opto.

Agunt hic Or.es tam Ser.mi d.ni Hungarie q3 Romanorum Regis negocia Regni Hungarie publica simul tractantes, In quibus, qm̄ finis factus non est, scribere Mag.ce vestre abstineo. Sed breui cum finientur confido Mag.ciam v.ram a Mag.co domino Vayewoda Transsilnanen quicquid de illis contiget cognituram esse. et ego etiam si mihi erit commodum scribam libenter. Interea tamen dum aliud non est quod scribam me amori, et beneuolencie fraterne Mag.tis vestre commendo quam felicissimam esse et optime saluam ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracouie die vi.a Julii. Anno dom. M.o D.o xxxi.o.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Vngarie et Bohemie regi Archiduci Austrie.

Serme Princeps et domine frater et consanguinee noster charissime ac honorande. Agens hic nuper apud nos Magnificus Sigismundus de Herbeisten Orator Maiestatis vestre Serenissime, postulauit a nobis illius nomine vt controuersiam de nonnullis municionibus in Transsiluania sub interstitio Temiskium et Amaluum induciarum per aduersarium Maiestatis vestre interceptis, de qua Vissegradi Commissarii tam vestre Maiestatis Serenissime quam eiusdem illius aduersarii in nos solemniter compromise-runt, dispiciendam et diiudicandam susciperemus. Quod et si nos quidem Maiestatis vestre caussa facturos esse non grauatim recepimus, maluisse-mus tamen, vt ea controuersia et difficultas vel non exorta fuis-set, vel illic Vissegradi per Commissarios composita et transacta. Quia vero hoc non successit, et nos arbitri officium suscepimus visis al-legacionibus, deductionibus, et informacionibus hincinde per Oratores tam Maiestatis vestre Serenissime quam etiam aduerse partis propositis et exhibi-tis, ac omnibus quantum pre temporis angustiam licuit, perpensis sententiam authoritate nostra arbitrali eam tulimus et pronunctiamus que nobis in presens et ad equitatem proximior et ad controuersiam sub-mouende racionis magis vtilis esse videbatur. Quam Maiestati vestre Serenissime cum partibus scriptam et manu atque sigillo nostro communitam mittimus. Et plurimum ab illa rogamus, vt id quod nobis equum decernere vi-sum est, et boni consulere, et approbare dignetur. Commendamus nos amori et beneuolencie fraterne Maiestatis vestre Serenissime, quam vt sit felicissima et recte semper cum suis omnibus salua atque incolumis vehementer optamus. Cracouie die xxvja Julii. Anno Domini M° D° xxxi°. Regni nostri xxv°.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Ioanni Regi Vngarie.

SERme Princeps et domine etc. Cum retulisset nobis Magnus Hieronymus de Lasko Voiewoda Transsiluanien. Palatinus Siradien. et Orator Mtis vestre Serme compromissum fuisse in nos per vtrosque Commissarios Vissegradi nuper congregatos de controuersia Arcis Castellorum per Mtem vestram Serenissimam diebus qui Inducias triennales et Annales mediabant interceptorum, postulassetque a nobis Mtis vestre nomine Vt id ipsum munus arbitri susciperemus, fecimus id quidem non inuiti Vicinitatis caussa. Verum cum tanti momenti negocium sententia diffinire non modo sit difficile sed plerumque odiosum, maluissemus id iam per predictos Commissarios compositum et transactum audire, quam de illo, iudicio meo arbitrari. Satisfacien. desiderio Mtis vestre, pronunctiauimus sententiam meam arbitralem, quam cum partibus scriptam et obsignatam Mti vestre mittimus, a qua plurimum rogamus Vt illa boni consulere et sine displicentia approbare velit. Nos enim hoc quod diximus magis ad rem pertinere quam quidque aliud iudicauimus. Verebamur siquidem ne alia sententia prolata Vel inuidiam nobis compararemus Vel ad concordiam conciliandam aditum precluderemus, presertim cum hoc tempore et Mtis vestre Serme, et aduerse partis beneuolentia indigeamus Vt in suadenda et conciliandа concordia et pace proficere possimus. Id quod Mtem vestram pro bono publico facturam esse confidimus. Cuius nos amori et beneuolentie fraterne commendamus, optamusque ex animo Vt felicissima sit semper et optime salua ac incolumis. Datum Cracouie XXVa Iulii. Anno domini M° D° XXXI°. Regni nostri Anno XXVto.

Ferdinandus Vngarie et Bohemiæ Rex Sigismundo primo Regi Polonie.

SERmi Princeps fr et sororie charmi. Quas ad nos Sertas
vestra de xxva Mensis Julii proxime elapsi dedit lras, nobis
grate fuere, qp ex eis animum illius et studium erga pacem et co:
cordiam inter nos et Joannem Scepusien ab initio belli suscepti pro:
curandam (etsi prius hunc satis cognitum et exploratum habea:
mus) liquido deprehenderimus, quem nobis quoqz veluti Rege qz
maxime dignum inesse semperqz fuisse preterita iam satis arguere
potuerunt. Namqz licet iustam belli caussam Serti vestra plusq
alteri cuiqz notam et probatam habentes, suum armis cursum, deo
iuuante, prebere potuissemus, Nostris tamen commodis cedere malui:
mus, q in nobis desiderari officium, quod alme pacis et reipubce
Christiane gratia subeundum est, quo si vnqz antea vel eo ipso adhuc
armorum strepitu vigente nihil habuimus, neqz etiamnum habe:
mus antiquius, nempe vt communis Christianitatis Status saluus
et incolumis esset, nihilqz dispendii acciperet ex armis in mani:
festi inimici nri perfectiorem ac communis tranquillitatis conseruatoem
potiusqz destructionem paratis. Cum itaqz nunc (vt antea quoqz
animo simus in eandem pacem prompto et exposito, et de hac ipsa
feli incohoanda Sertem vram nonnihil etiam pie solicitam esse vide:
amus, Non abre fore duximus eiusdem Stis vestre (cum qua nihil
est tam arduum et graue, quod non fraterne semper conferre so:
leamus) in hoc etiam consilium et opinionem intelligere, De qui:
bus nos, quo scilicet pacto, quibusue rationibus et modis hanc ipsam pa:
cem tentari et confici posse censeat, oportune docere et admonere
velit, Quo tum per occasionem intellecto, cum alioqui nunc ad
Sacram Cesaream et Catholicam Mtem dnum et Frem nostrum

charissimum recto itinere profisci detinueramus, cum illo sua Ser., que et Sti vestre necessaria et oportuna videbuntur necessario communicabimus, Idque per omnia efficere studebimus, quod e re et salute tocius Christianitatis fore aliorumque expectacioni respondere posse iudicetur.
Intelleximus item alteras Ser^tis^ vestre lras de xxvi^a eiusdem mensis Julii ad nos scriptas, pariter et arbitramentum sive Sententiam, quam S^tas^ vestra super restitucione bonorum, sub interstitio trimestrem et annalium induciarum a Joanne Scepusien occupatorum protulit. Nihil autem ad presens concludere aut superinde statuere potuimus sed super ea lacius deliberabimus Vestramque Ser^tem^ de omni eo posthac certiorem faciemus, Que felicissime valeat. Datum in Opido nro Lucio, die xiii^a Mensis Augusti. Anno domini M^o. D^o. xxxi^o. Regnorum nostrorum Romani 1°. Aliorum vero omnium V^to^.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Dantisco Epo electo Culmen: oratori suo

Reverende in Christo pr. etc. Paulo ante cum hic apud nos Or^rio^ munere fungeretur Magnus Hieronymus de Lasko. Palatinus Siradiensis, inter alia que nobiscum nomine Ser^mi^ Joannis Regis sui egit postulavitque a nobis Vt Or^ribus^ quos ad Cesaream M^tem^ suo nomine mittere vellet, publice fidei lras in Sanc^e^ sententiam procuraremus Vt non solum ire et redire tuto possint, sed ut istic etiam in debito honore et existimacione habeantur. In quo cum negare nobis operam non licuit, mittimus presentem Nuncium nostrum cum lris ad Cesaream M^tem^, quibus etsi M^ti^ sue de ipsis ipsis publice fidei lris concedendis scribimus, Vie tamen P^ti^ committimus Vt verbis etiam nomine nro id ab illius M^te^ petat, operamque suam faciat Vt eedem lre in bona fortuna scripte per hunc Nuncium ad nos mittantur. Credimus enim nulla alia de caussa Or^res^ predictos istuc profecturos, q. vt

concordie rationibus ex consilio et authoritate Mtis Caesaree prospiciant, utque praemoneant illius Mtem, de hys que vel commodum, vel periculum rei: publice Christiane afferre posse videantur.

Ceterum cum ab aliquot supra mensibus, Illr Princeps in Prussia dux et Nepos ex sorore nostre, per oratorem suum nobis declaravit, quod monitorio penali ratione terrarum Prussie, et ad instantiam Novi Magistri seu administratoris designati ordinis Sancte Marie Theutonicorum, pe: remptoriaque Citatione fuerit ad Judicium Camere Imperialis accer: situs, postulavitque a nobis, ut et consilio et auxilio in ea re nostro illi adessemus, suggerens nobis modos, rationes, et consilia, quibus et illius institutum et nostrum Jus quod in terris illis Prussie habemus de: fendere deberemus, Ad cuius rei curam, permovet nos quidem et necessitudo qua nobis nepos est coniunctus, et Jus nostrum quod in prussie terris habemus, Sed in ista tamen religionis dissensione veremur, ne nostram caussam, simul cum illius negotio defendentes invidiam aliquam vel sinistram opinionem apud innocentissimum et castissime religionis Caesarem incurramus, quare mittimus ad V. Ptem omnia ipsius Illr domini Ducis Prussie, consilia in scriptis redacta, et committimus ei illis perlectis ea in defensione Juris nostri, et caussa nepotis apud Caesaream Mtem agat, que V. P. pro captu ingenij et prudentia sua, tum ad rem pertinere, tum ex dignitate nostra magis esse videbuntur.

Faceremus non inviti quod vestra p. crebris suis literis rogat, ut illam tandem ad nos revocemus; verum quia iste induciarum in Regno Hungarie receptus annus, et item alia magni momenti negotia multi: plicarunt nobis occasionem saepius agendi cum Caesarea Mte, quod nobis istinc vestra p. abesset ita commode et utiliter per alium pre: stare non possemus, quare illam hortamur, ferat adhuc moram istam suam patienter, quamdiu istic in Germania Caesarea Mtas perseverabit, vel quamdiu publica maiora negotia non transigentur

Cum enim aut Caesaream statim in Hispaniam abscedere, aut maiora negocia absoluta esse cognouerimus, nihil morabimur vram pre͞dem reuocare, quam interim in gr͞a et beniuolentia nra regia conseruabimus, prout hactenus fecimus, et eam bene valere optamus. Datum Cracouiae xxv[ta] Julii. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nri xxv[to].

Supplicauit nobis d. Laurentius Mischowski, vt de filio eius quem istuc cum nostro Cubiculario Gerstorff mittit, S. hic commendaremus vt illum alicuius seruicio applicaret. Quare committimus illi, vt vel M[ti] Caesareae si facile est, vel saltem alicui alteri principi in Aula Caesarea agenti, illum addicat nam cum sit subditus nr͞e, apud nos etiam in Cubiculo aliquot annis seruitute et diligentia probatus, cupere[m]us illum bono loco istic collocatum esse vt moribus et virtute excoli et complectari possit.

Petrus Tomiczki Ep͞s Crac: Vicecancell[s]
Joanni Statilio Ep͞o Transiluanensi

R[me] in Chr͞o Pr. et domine fr͞ et amice charissime ac honoran[me]. Videor fortasse d. vestrae R[me] diuturna iam scribendi intermissione vel negligens vel parum officii memor factus, quod profecto no͞ vlla mea voluntate vel socordia accidit, sed quod certus a nemine esse potuerim quo in loco sibi hoc tempore habitatio͞m constituerit, temere enim lr͞as in hac rerum perturbatione mittere integrum mi non putaui, quandoquidem etiam nullas ipse ab illa per satis longum tempus habuerim lr͞as. Quare id quod factum est, temporum magis calamitati, quam meae culpe d. vr͞a R[ma] ascribere, et me de silentio necessario excusatum habere velit. Nunc autem esse certum habeam nuncium, quid tamen illi scribam non habeo, preter

domestica Regni nostri negotia, que malo ex verbis eius Generosi domini

Clayski quam ex meis scriptis d. Vestram Reverendissimam cognoscere. Que autem ad ista maiora Vestre et totius reipub. negotia attinent ex d[omi]no de Oboczki puto d. Vestram Reverendissimam cognovisse, quo animo, vel potius pietate Maiestas domini mei in istud afflictum Regnum teneatur, perspicere potuit satis. In quibus ego Maiestatem suam persuasionibus adiuvare non desisto. Non ut alicuius privatis commodis inserviam, sed ut quantum in me est reipublice Christiane concusse et labanti prosim. Commendo me amori et benevolentie Reverendissime d. Vestre Reverendissime, quam sanam et semper felicem esse utrumque in malo felici sui Regni statu, vehementer desidero, simulque rogo ut me Serenissimo domino Regi suo cum servitute mea sepius commendare velit. Datum in Radlow. die Augusti. Anno domini M°. D°. XXxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Joanni Ungarie Regi.

SERenissime Princeps et domine affinis noster charissime. Cum intelligamus presentium temporum turbulentum statum, si reduci ad pristinam tranquillitatem debeat, egere maturo Principum Christianorum consilio, et eorum qui pacem amant salubri providentia, pro officio nostro quod afflicte et calamitose reipub. Christiane debere nos agnoscamus, invigilare quidem non desistimus, ut ad omnem bene gerende rei occasionem opera vel consilium nostrum presto adesse possit. Sed quia nos solos non sufficere tante rei cognoscimus, coniungendas deliberationes nostras cum Consiliis Maiestatis Vestre et requirendam ad omnia illius voluntatem constituimus. Quare invitati in presens quibusdam negociis que ad regni Maiestatis Vestre et ad totius reipub. Christiane rationes attinent, mittimus Sincere presentem Nobilem Joannem Clayski Aulicum nostrum fidelem

dilectum, cui referenda quedam apud Mtem vram nomine nostro commisimus, que cum illi referre volet, Mtem vram rogamus, vt et audire illum benevole, et in omnibus plenam illi fidem adhibere velit, factura Mtas vra rem suo officio Regio dignam, et publice rei vtilem. Cuius nos amori et benevolencie fraterne commendamus, et felicissimam ac diu sanam esse vehementer optamus. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. regni Polo. vicecancell.
Stefano Verbetio Cancell.o Regni Vngariae.

MAg.ce domine amice charis.me ac honoran.me. Et si sciam omnia que hic aguntur melius et meo nomine et verbis suis referre Mag. vestre posse, hunc Generosum dnum Claijski Aulicum Mtis domini mei, Ego tamen meo more vtens, talemque nuncium lrs mittendis lris nactus, scribere hec pauca ad illam volui, quibus et valetudinem Mag.a vestre viso et meum erga illam sedulum officium testor. In primisque ab illa rogo vt me Ser.mo domino Regi suo commendare in gratiam sepius velit, Nam ego illius Mtem veneror, colo, et observo diligenter, optoque ex animo et corde sincero vt Mtis sue et istius Regni statum deus omnipotens prosperare dignetur. + Commendo me amori et benevolencie fraterne Mag.e vestre, quam sanam salvam et felicem esse vehementer desidero. Datum in Radlow die iiij.a Augusti

+ Habeo hic in bonis meis nonnulla loca vineis a predecessoribus meis consita, que ex mala curatione partim aruerunt, partim immaturas vuas proferunt. Quare ego plurimum a Mag.a vestra rogo vt mihi de aliquo adolescente vinitore providere velit, qui sciat vineas et eleganter colere et recte propagare, quisquis enim mihi a Mag. vra mittetur, a me victu et stipendio honesto, et aliis necessariis contentabitur, et quandocumque in patriam redire volueit, cum favore remittetur.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell
Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocen

Rme in Chro pr et domine maior honoran. Proficiscenti hoc Nuncio istuc ad Serenissimum d. Hungarie Regem, committere nolui quin hec pauca vestre Rme D. exararem, quibus illam viso et saluto, simulque omnia fausta ac felicia illi precor, deinque rogo ut mei memoriam tam apud se, quam Serenissimum dnum Regem suum, interdum facere velit, ego enim cum a Mte domini mei discedo nihil magis in votis habeo, quam ut gratia Sermi domini Hungarie Regis et benevolencia d. vestre Rme frui possim. Puto iam intellexisse d. vram Rmam ex dno Loboczki, que hic transactis diebus fuerunt acta, quare hec ego non repeto, nam si quid fortasse ab illo pretermissum fuerit, is Gnosus dnus Joannes Clayski d. v. Rme exponere verbis poterit, quem ego illi in tutellam et protectionem commendo. Commendo etiam et me ipsum amori et benevolencie d. vestre Rme, cui a deo concedi longam et beatam vitam pacificato Regno Hungarie summe desidero. Datum in Radlow die iija Augusti. Anno domini Mo. Do. xxxio.

Tomicius Eps
Broderico Episcopo Sirmiensi.

Rme in Chro pr. et domine fr et amice honorandme. Cum nuper esset Cracovie Magnus dnus Hyeronymus de Lasko Vayevoda Transsilvaniensis, adfuissetque etiam Or Sermi domini Romanorum Regis dnus Sigismundus de Herberstain. Mtas domini mei plurima cum ipsis egit que ad tenores Annalium Induciarum conservandarum oportuna et necessaria videbantur. Tentavit etiam a longe an controversiam de munitionibus in Transsilvania sub interstitio trimestrium et Annalium Induciarum interceptis.

transigere extra Iudicium arbitrale inter se potuissent. quod tamen cum frustra tentasset, tulit ipsa sententiam; quam et equitati proximiorem, et publicum temporum calamitati magis utilem fore agnoscebat uti ex scripto istuc ad Serenissimum dominum Hungarie Regem misso, D. vra Rma perspiciet, Nam si in alterutram partem deffinire sentencius aliquid voluisset verebatur Mtas sua, ne ad concordiam suadendam alicuius principis offensione contracta viam sibi precluderet. quare non alienum fuerit ab officio d. vestre Rme ut quod per Mtem domini mei decretum est Sermo Regi suo probet esse consulte factum et persuadeat illius Mti, non alio animo id Mtem domini mei decreuisse, quam ut rebus concordie, ad quam conciliandam est propensissima prospiceret; Ego autem hec scripsi ad d. vram Rmam ut illius prudenciam ad ea que sunt publice utilia pronocarem, et meum simul illi in scribendo officium probarem. Alia que hic domestica habentur verbis exponet d. vestra Rma is Generosus dominus Joannes Clajski. Mtis domini mei Aulicus, quem ego d. vestra Rme singulariter commendo, et una rogo, velit illi consilio et auxilio ubi opus fuerit non deesse, me etiam amori et beneuolencie eiusdem d. vestre Rme ex animo comendo et opto ut illam deus omnipotens diu sanam et felicem parata patria quidintissime seruare dignetur. Ex Radlow die

Augusti. Anno domini M°. D° xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Papae sept°.

Sanctissime etc. Scripsi aliis litteris S^ti vestrae Rmum dnum Joannem Archiepm Gneznen. diem suum obiisse, meque ad Archiepatum Gneznen. Rndum dominum Mathiam Epm Vladislavien., et ad Epatum Vladislavien. Rndum dnum Joannem Epm Premislien. nominasse, quibus quoniam erant nonnulla Sacerdotia cum Epatibus reservata. Archiepus vero et Vladislavien. Epus ita sint redditibus abunde provisi, ut non egeant aliorum Sacerdotiorum proventibus sublevari ad Scolastriam Ecclie Collegiatae Lancicien., quam designatus Archiepus cum Epatu Vladislavien. et ad prepositturam Ecclie Cathedralis Cracovien. atque aliam Ecclie Collegiatae Sandomirien., quas designatus Epus Vladislavien. cum Epatu Premislien. obtinebat presentandum et comendandum duxi, presentoque et comendo vestrae S^ti alios Secretarios meos quorum nomina ad Rmum dominum Cardinalem Regni mei protectorem descripsi, et Supplico S^ti vestrae ut istis ipsis Secretariis et servitoribus meis, clementer et prompte de Scolastia Lancicien. et Prepositturis Crac. et Sandomirien. providere dignetur, quod ego S^ti vestrae perpetua observantia et devotione referre et demereri semper curabo. Dmus deus Servet S^tem vram et felicissimam semper et optime salvam et incolumem. Cui me uti patri clementissimo recepus etiam atque comendo. Cracoviae viii^a Julii. Anno dom. M°. D°. XXXI°.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali s. quatuor Coronatorum protectori

Rme in Chro pr et domine amice charme ac honorandme. Inter permutationes Epatuum et Sacerdotiorum morte Rmi domini Joannis Archiepi Gnesnen factarum, Jus patronatus conferendi Decanatum Cracovien, quod Sermae Coniugi nrae ad nomen et persona Rndi domini Joannis Charnkowski Epi premislien concesseramus consentiente ipsa Serma Coniuge nra in Venlem Stanislaum Olesniczki Cantorem Eccae Gnesnen Secretarium nostrum dato Epatu Vladislavien domino Joanni premislien Epo transtulimus, et de novo Sermae Coniugi nrae Jus ipsum patronatus mutata tamen persona et nomine expectantis concessimus. Quare Rmam D. Vestram plurimum rogamus velit hanc ipsam nostram concessionem posteriorem priori facta cassa ac irrita authoritate Sanctissimi domini nri confirmari curare, efficereque Ut illius Sanctitas Jus quod supranominato Joanni Epo premislien ad decanatum Crac predictum ex concessione nra vel Sermae Coniugis nrae ac confirmatione Aplica competebat vacare per translatonem illius ad vladislavien Eccam decernat.

Venlis Joannes Jarnkowski Canonicus Eccae Cathedralis Crac, valitudinarium et etate gravatum se sentiens, recepit sibi in Coadiutorem Joannem Benedicti Doctorem medicine phisicum nostrum et virum doctrina et probitate laudatum ad quod nos et Rndus dnus petrus Epus Crac et Regni nri vicecancellarius, atque eius Capitulum Cracovien consensimus. Rogamus a D. Vra. Rma Ut in hoc quoque negocio per Sanctissimum dnum nostrum confirmando, opera et authoritatem suam interponere velit, Quod simul cum ceteris meritis nos D. Vestre Rme benevolencia et gratificatione nra Regia referre curabimus

Ceterum, saepe solent Romani Pontifices Concessiones suas mutare revocare et irritas pro voluptate sua facere; In quam consuetudinem, Si aliquando presentem Sanctissimum dominum nostrum animum inclinare contingat, R.mam D. vestram rogamus, Ut nominationibus, reservationibus et gratiis ad intercessionem nostram nobis, Serenissime Coniugi, et quibusvis prelatis et Consiliariis nostris concessis, derogari in aliquo non patiatur, Ut et dignitas mea salva et voluntas Sanctissimi domini nostri constans erga nos permaneat. Agnoscimus multa D.s vestre R.me de nobis singularia merita, que tametsi animo gratissimo prosequamur, satisfacere tamen nobis non potuimus nisi et munere aliquo illi misso gratitudinem meam testaremur, quare mittimus in presens D. vestre R.me munusculi loco quadringentos aureos nummos, quos ita grato animo ut a nobis mittuntur, suscipere, et non parvitatem rei, sed benevolentiam spectare velit. Felicissime valeat D. vestra R.ma Deo sitque quam diutissime incolumis et felix. Datum Cracovie die Julii. Anno domini M. D. xxx°. Regni nostri xxv^to.

Sigismundus I.^s Rex Polonie.
Stanislao de Rzeczicza penitentiario Romano.

Venerabilis devote nobis dilecte. Comendasti iam nobis pluries fidem et diligentiam tuam in expediendis curandisque negociis istic apud istam Sanctam sedem nostris et Subditorum ac servitorum nostrorum prestitam, qua re te quoque nobis charum reddidisti, et ut tibi plura committeremus invitasti. Nunc etiam multa negocia tam Episcoporum quam Secretariorum nostrorum per nos ad novos Episcopatus et Sacerdotia promotorum, que tibi curanda et promovenda tam apud Sanctissimum dominum nostrum quam etiam apud R.mum dominum Cardinalem regni nostri protectorem committimus. Nos vero ut tuam fidem et merita gratia et gratitudine regali remuneremus, scripsimus ad Sanctissimum dominum nostrum et R.mum dominum Cardinalem Regni nostri.

protectorem, ut hic in Ecclesiis nris reseruentur tibi Sacerdotia ali-
qua ad summam quingentorum ducatorum. ad quod si fit ita ut re-
pisti diligentem et fidum negocijs curandis Cstabis, gra tibi nra
semper summe adfuturi. Datum Cracouie die viij Julii. Anno
domini M° D.° xxxi°.

Sigismundus Primus Rex Polonie Cardinali S. quatuor coronatorum protectori

Rme in Chro Pr. etc. Cepta est inter Sermum Sigismundum filium
meum et filiam Sermi domini Ferdinandi Romanorum Hunga-
rie et Bohemie Regis tractari coniugalis affinitas, que cum transi-
gi vel concludi sanguinis liberorum nrorum coniunctione obstante
sine auctoritate et dispensatione Sanctissimi domini nri nequeat.
D. vram Rmam plurimum rogamus ut a Ste sua nomine nro
impetrare velit super vinculo agnationis ac etiam super etate Sermi
filii nri cum Illr filia Sermi Romanorum Regis predicti dispen-
sari. Nata est enim puella dicti Sermi domini Romanorum Re-
gis ex nepte nra a fratre germano nro procreata, quam nos
operam D. V. Rme cum ceteris illius de nobis meritis mutua
nra beneuolentia et gratificatione referre semper curabimus. Be-
ne valeat D. Vra Rma et sit semper incolumis et felix.
Datum Cracouie die x Julij. Anno domini M°. D° xxxi°
Regni nostri xxvto.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Doctori Rzeczicza pœnitentiario Romano.

Ven[li]s devote nobis dilecte. Scripsimus ad R[everen]dissimum dominum Sanctorum quatuor Coronatorum Cardinalem et Regni n[ost]ri protectorem ut Ser[enissi]mo filio n[ost]ro Sigismundo et Ill[ustri] Elisabeth Ser[enissi]mi domini Ferdinandi Romanorum Hungariæ et Bohemiæ Regis filiæ qui sibi tertio consanguinitatis gradu iunguntur suntq[ue] adhuc in minori ætate constituti dispensationem Ap[osto]licam apud Sanctissimum dominum nostrum impetret, quo invicem contrahere et connubio iungi sibi possint, nam etsi ad dispensationem hanc faciend[am] tractatum est utrinq[ue] inter nos et Ser[enissi]mum dominum Ro[manorum] Regem concludi tamen nihil potuit nisi dispensatio predicta afferatur. Quare D[evotioni] t[ua]e committimus ut sollicite et diligenter apud R[everendissi]mum D. Cardinalem protectorem nomine n[ost]ro agat, quo h[uius]m[od]i dispensatio tam super consanguinitate q[ua]m etiam super ætate et concedatur per Sanctissimum d[omi]num n[ost]rum et celeriter expediatur, pro qua impetranda aget etiam istic Or[ator] Ser[enissi]mi D. Ferdinandi Romanorum Regis, cum quo tua D. mutuam habeat intelligentiam, factura pro gr[ati]a n[ost]ra. Datum Cracoviæ die mensis Julii Anno domini M°. D°. xxxi° Regni nostri anno xxv[to].

Andreas Krziczki Eps Ploczen. Petro Tomiczki Epo Cracouiensi Regni Poloniae vicecancellario.

Rme in Chro pr. domine benefactor colendissime. Arbitror non solum non ignotum, sed etiam multo gratissimum fuisse vestrae Rmae D. antiquum illum Concionatorem Varsouien. Magistrum hominem et probum et deuotum, qui cum meo subsidio, tum etiam Vestrae Rmae D. et aliorum Elemosinis adiutus, nouo Eccam satis egregie construxit in Villa Kleczkowo, benequae illam dotauit, et pro erigenda illic mansionaria, Aduocatiam in Villa Regia Lanczino ei exemit, consentientibus in eam rem possessoribus ipsius Aduocatiae, ad quod et Regiae Mtis consensum expedire debuerat, sed morte preuentus infectum negocium reliquit consensu ipso non expedito pro eximenda, et perpetuo libertati Eccae ascribenda ipsa aduocatia, quae tantum tres mansos habere dr. Itaque plebanus eiusdem Eccae confugit ad vestram Rmam D. cui et ipse Magr Stanislaus moriturus mandata extrema dedit, vt et in suis et Eccaeis necessitatibus ad illius patrocinium recurreret. Comendo eum vestrae Rmae D. et oro illam plurimum vt pro sua innata virtute et perpetuo in rem Eccam ac cultum diuinum studio, dignetur ipsi plebano eiusque Eccae patrocinium suum exhibere, et consensum ipsum apud Regiam Mtem super eandem Aduocatiam, ac incorporationem eius iuribus Eccaeis expedire, Accedet hoc Vrae Rmae D. ad cumulum multorum eius de re Eccaa meritorum. Quam ... diutissime nobis seruet sospitem et semper felicem. Poltouij die xiiii Julii. Anno domini Mo. Do. xxxio.

Andreas Cricius Episcopus Plocen. Petro Tomicio Epo Cracovien. Regni Vicecancellario.

Rme in Christo pr, et domine benefactor colendmi. Proficiscitur Romam in negotiis suis D. Glinski Canonicus Ecclesie mee Fr. D. Castellani Czirnen. vir probus, et ingenio doctrinaqz non aspernenda. Supplico Rme D. vestre, dignetur illi lras oportunas concedere, eiusqz simul et mea negociola, que illi commisi Rmo domino protectori comendare, quod ille una mecum Rme D. vestre serviciis suis demereri curabit.

Mi Rme domine post plagam et eventum illum infelicem Ecclesie mee curavi per hoc omne tempus totis viribus et studio quo potui, Ecclam ipsam quamprimum restaurare, ac quesito primum architecto idoneo, contigit Germanus quidam homo senex, et qui plerasqz hic Ecclas et testudines construxit, ab omnibusqz apud quos laboravit mirifice comendatus, ei itaqz totam structuram comittere non dubitavi. Cum autem ad hoc usqz tempus eo processum esset in labore, ut supra mille et sexingentos flor. procurator iam expenderit, profectus fueram hisce diebus illuc ad laborem ipsum conspiciendum, inveni parietem unum qui corruerat, egregie quidem eductum et restitutum, sed cum diligencius cum Apotecario nro conspicerem, inveni columnas rimulis quibusdam tenuibus fatiscere, et ceperat nobis tum res esse quodam modo suspecta, ipseqz faber causam reddere non potuit. Post meum tandem discessum totus ipse novus paries corruit, meqz ingenti dano et perturbacione affecit, culpam alii impingunt fabro, alii fundamento rimis profundissimis cavernato, autumant alii locum inauspicatum, quod iam sexto Eccla ipsa partim per hostes, partim per fulgura sit exusta, et semper quoquomodo sarcita, alii denique vel divinam aliquam significacionem institucioni nre contrariam, vel

. o metiendos(?) Cleri:

presagium aliquod dirum arbitrantur, Nam et Cometes terrificus hic aliquot iam noctibus apparet. Ego stupefactus quid videam, quid faciam, quo me vertam prorsus nescio, damnum quidem magnum cepi sed damno non adeo moveor, maiorem dolorem capio, quod quid mihi potissimum factu sit non reperio, imo difficillime ab aliquo reperiri potest; presertim cum multa extent exempla ubique de huiusmodi noue structure ruinis, non alia forte caussa, quam ignorantia nature loci. Hanc meam adversitatem et dispendium communicare volui Rmae D. Vestre unico secundum deum fortunarum et rationum mearum refugio, quam mihi condoliturum non dubito

Eodem ipso die, quo triste hoc nunctium accepi, reddidit mihi literas vestre D. Rmae meus Kohitgniczski quibus mihi scribere dignetur quantum usque hucusque laboret in impetranda mihi Curia Piothrcomii(?), quantos competitores habeam, Ut illi meas arcas, ~~meas arcas~~ numeratas, et suam obiiciant indigentiam. Ego mi Rme Domine arbitratus sum rem hanc parvi esse momenti, minimamque inter micas, que cadebant de mensa dominorum promotorum. Alioquin ne hiscere quidem de illa Ut de aliis in animum meum induxissem, optabamque id fieri sine ulla vestre Rmae D. aut alicuius alterius molestia, gratularer vero mihi admodum hunc successum Ut cum ex hoc Epatu antecessores mei Ut hic dicunt Poloni alij se quoquomodo subducebant, alii in ere alieno, alii in cordolio defuncti sunt. Ego quatuor annis duntaxat hic existens tanto super ere alieno persoluto, tantisque sumptibus in itinera factis, tantas tamen iam arcas ~~mijde~~ Myde possidere, similque cum Curia et Arce quas restauro, totam Piotrcomiensem Curiam subito erigere possim, quam Dnus olim Erasmus Epus Vladislaviensis(?) nonnullis annis hic agens, et arcam illic habens comodissimam Curie sue ascriptam, edificare Ut apprime cupiebat, et alibi edificavit non potuit et quod magis mirum est, neque isti possunt Ut autumant, qui in viciniam promoti et pro magnis Cresis adhuc in minoribus proventibus semper sunt habiti, tantum abest ut nunc in

notat Mathiam Dzie: rzgk(?) Epm Cuiavien: hominem parum et preciosum(?).

maioribus illos in Jros egentis esse conuersos credibile sit, delectareq3 non vulgariter his tantis de Opibus meis preconijs, nisi intelligerem hec verius Aulicis de me iocnlis, vt in secundis fieri solet de homine intra bistam suam latente quam serio fieri, de quibus omnibus sit nomen domini benedictum. Cuius diuinam bonitatem precor vt quomodocunq3 se res mee habeant, saltem mihi gracia vna cum sanitate v. Rme D. seruet semper saluam et incolumem Cui me et seruicia mea etiam atq3 etiam diligentissime commendo. Ex Arce mea Lobomien die xiiii Augusti Anno domini M°. D°. xxxi°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Regni Vicecancell. Mauricio Epo Varmiensi

Rme in Chro pr et domine fr et amice honoran. Magna me molestia affecerunt ludi illi quos Elbingi Bachanalium tempore ad representandos mores et vitam Summarum Eccliarum personarum carpendam celebratos mihi vestra Rma D. perscripsit, verum rursus consilium D. vestre Rme, quo vt ei malo succurreret vsa est, magnopere me consolatur, oportunius enim neq3 magis comodum nihil excogitari ad hoc potuit, quam quod vra Rma D. referendo hoc ad publicum Senatus istius prussie auditorium prestitit. Jn penia quorum cum receperunt Consules Elbingen penas scepeti tunos ab authoribus delicti eius, confido ego illos prestitutos esse, quod si minus prestaret, hoc mihi videtur factu comodissimum vt D. vra Rma lris suis hanc rem ad Mtis Regie cognicionem referat, quod vbi erit, nihil morabor ego, quod reliquum est procurare vt fiat ad Cives illos Elbingen dentur mandata Mtis Regie necessaria.

De rebus Gedanen Ciuitatis labefactatis iam ante et ab Illmo domino in prussia Duce et ab aliis multa intellexit Mtas sua Cui rei vt consulat, constituit mittere illuc Nuncium suum cum

oportunis instructionibus et mandatis ad primores et Consulatum
illius Civitatis Lublin d. vestre Rme domino Jacobo Reisz Sicut
postulavit immunitatem a bellica expeditione impetravi, quam cum litteris
d. vestre Rme mitto

PRopter egritudinem domini Castellani Gedanen, et propter nimiam
absentiam d. palatini Posnanien, decrevit Mtas Regia preficere Castro
illi aliquem Custodem vigilantem et industrium hominem, qui illic
et assiduus et bene munitus preesse et in tuto arcem servare possit.

Quod vero tam liberaliter mecum egit d. vestra Rma in caussa
Scribe et servitoris mei Alberti Kyerzski plurimas illi ago et
habeo gras, reputo enim id ab sincero illius erga me affectu et
singulari benevolentia proficisci, quod quanto magis mecum cogitans
agnosco, tanto chariorem michi benevolentiam et amicicia d. vestre
Rme efficio, In qua illi vicissim respondere me posse non tam liben-
ter quam necessario opto, et omni data occasione curabo ut hec que mea
caussa facit, illi omni studio et amicis officiis referam. Comen-
do me amori et benevolencie fraterne d. vestre Rme quam sana
salvam et felicem semper esse vehementer opto. Datum Cracovie
die xxva Julii. Anno domini Millesimo Quingentesimo xxxio.

Responsum a Sigismundo primo rege Poloniae
Datum Vmbessero oratori Ducum Pomeraniae.

Sacra Regia Maiestas domini Vestri Nunciacionem de beneuolentia et affectu erga Maiestatem suam Illustris D. Pomeraniae Ducis Nepotis sui charissimi gratissimo animo suscipit, Excusacionem vero de non recognito hucusque feudo Serenissimo filio Maiestatis suae iam prope duos annos Regi Coronato, In eam partem accipit et admittit, et a D. Vestra nomine Illustris suae est declaratum. Cum enim ea sit adhuc regnandi filii Maiestatis suae racio, Vt nihil preter sacrum Regale nomen etati hac imbecilli in sua potestate habeat, Sed Ius omne dominii et Imperii Maiestas sua Serenissima tanquam pater tam in Regno quam in reliquis dominijs sola manu teneat, non magni id referre putat Maiestas sua quod tempore felicis Coronacionis Serenissimi filii sui recognicio feudi ratione Terras Bitzkow cum opido et Ciuitatis Louemburgen ab Illustri sua non fuerit facta et prestita, tunc demum enim id satis tempestiue facturam Illustrem suam Maiestas sua cognoscit, cum potestas Imperandi tam in Regno quam in aliis dominiis Serenissimo filio Maiestatis suae erit tradita. Verum utcunque res est vigilantia ista Illustritatis suae et Illustris Principis D. Phillipi eius Nepotis de feudali officio prestando est Maiestati suae maiorem in modum grata et accepta pro qua Illustritati suae tanquam Nepoti suo charissimo plurimas agit et habet gratias.

Quam etiam diligentiam si videtur D. Vestrae expedire, literis suis Maiestas sua testari volet, Vt presentibus et futuris officium Illustris suae cognitum et perspectum esse possit.

De predonibus autem et eorum receptatoribus quod Illustris sua dudum postulavit et nunc per D. Vestram postulat, Maiestas sua operam se pollicetur daturam, Vt e regno Maiestatis suae penitus exterminentur

et prehensi vel conuicti de crimine dignis pro se quibusque penis afficiantur. Nam et de Matthia Thuczenski de Wedel quem Illtas Sua receptatorem raptorum et noxiorum hominum esse declaravit, inquiri iam ex officio Mtas Sua fecit, et amplius etiam con illum agere non destitisset nisi summis illius precibus permota, ad purgandam famam et honorem suum illum admittere equum iudicasset. Affirmat enim claris testimonijs et apertissimis documentis se comprobaturum esse quod nihil eorum que illi impingantur unquam admisisset. Quare declarabit D. Vra Illr Sue Mtem suam assignasse eidem Mathie Thuczenski diem et terminum in Conventu regni sui proxime celebrando ad respondendum tam infami de se accusationi. Quo tempore quoniam necesse erit aliquem instituere con illum Actorem, D. Vra rogatam habebit Illr suam, Ut ad conventum proxime in regno celebrandum eorum aliquem mittere velit, qui hoc quod de illo habet exploratum palam illi obijciat. Nos enim tum si convincetur de crimine, nihil morabimur pena quam meritus erit, illum afficere.

Ceterum quod ad lustrandos recensendosque limites inter Regnum Mtis sue et dominia Illr domini Ducis attinet, Mtas sua Serma ad postulacionem Illr sue captato oportuno tempore suos Commissarios qui id obeant, designare et mittere non gravatim dignabitur. In qua re agens dominus Capitaneus maioris Polonie, habebit a Mte sua plenam instructionem et mandatum

Soleiman Thurcarum Imperator Sigismundo primo Regi Poloniae.

NOmen Omnipotentis dei est maximum quod inuocare in inicijs iustum et magnificum habetur cum magna ac honorata potencia verbi diuini ingentis et maximi, per gratiam eius et ipsius prophetę qui est sigillum omnium sanctorum patrum viam iustam premonstrancium et aliorum omnium amicorum fidelium, tam omnipotentis dei, quam superiorum nostrorum qui sunt Machmet Mustapha, super quem gratia clemencię diuinę sit, nam illius miracula sunt manifesta, et quatuor familiarium suorum amicorum nominatorum, Abubeke, Omer, Oszman, Halay, quorum nomine creator omnipotens sit semper benedictus et nomine etiam omnium spirituum iustorum, et animarum beatificatarum. Cum auxilio diuino et istorum omnium

Ego Sultanus Soleymanus Caesar Caesarum dei gratia, magnus et inuictissimus Imperator Constantinopolitanus, Rex Regum, donator Sceptrorum, et largitor Coronarum, vmbraculum terrę cum auxilio diuino dominator maioris et inferioris maris, Maioris et minoris Asię, Africę et Europę, Sirię, Arabię, Judeę, Cananeę et Gallileę, Phenicię, Alexandrię, Aegipti, et Magni Alkairi, Ethiopię, Medię, Libię, et Lamechę, Indiae et rubri maris et Regni Jerusalem, Samarię cum eius Ciuitate et maris Tiberiadis, Damasci, Halepi et magnę Antiochię, Mesopotamię, Caldeae, et magnę Babilonis cum maiori et minori Armenia, Parthię, Persię, Hiberię, Georgianę, cum mari Caspio, Tauricię, Capadocię, Trapesunty, Caesareae, Pamphilię, Cilicię et Tarsię, Carmanię, Amasię, Paphlagonię, Lidię, Frigię, Bithinię et magnę Ciuitatis Niceę, Nicomedię, magnę Calcedoniae, et totius magnę Anatolię, Graecię et Italię, Tracię, et magnę Romanię

Thessaliæ, Peloponesi, Corinthi, Cheronesi, Albaniæ, Bossinæ, Bulgariæ, Moldaniæ, Valachiæ, Scythiæ, Thartariæ et multarum aliarum infinitarum prouinciarum Regnorum et Imperiorum vi armorum et virtute bellica quesitorum cum Ense nostro fulmineo vel verius diuino partorum, a predecessoribus nostris Imperatoribus Sulthano Machmeth Sach et Auo nostro Sulthano Baiazet Sach, et a filio ex ipso procreato Sultano Selim Sach nostro beatissimo patre, cum quorum reliquijs excelsa et immensa clementia beatitudinis diuinæ et cum animabus eorum sit in sempiternum amen.

Sigismunde qui es progeniæ et generationis professionibus Jesu, maior inter principes Christianos, et in magna Polonia excellentissimus Rex, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ etc. Notum sit vobis, quod cum hoc tempore in Excelsa Aula meæ Cesareæ Maiestatis subiecti et obedientes principes et Magistratus locorum suorum constituti essent, vt ex illa participarent, Comparuit in conspectu meæ Cesareæ Maiestatis fidelis homo Joannes Noxius et Nunctius missus tuæ Maiestatis, questusque est, quod ex Valachiæ partibus nonnulla regni et dominij tuæ Maiestatis loca fuerint intercepta et subiugata, simul nunctians à vobis fuisse missos plures Nunctios ad dictum Voiewodam de Bogdania percunctatum causam eius pessimi facti, responsumque illinc fuisse ex mandato et ex consensu meæ Cesareæ Maiestatis factum esse, que omnia ita vt erant illinc ad vos nunctiata declarari et notificari Excelsæ Aulæ nostræ fecistis. Affirmantes etiam in presens illa que dudum pactis inter nos confirmauimus, non debere aliquo pacto in contrarium rumpi vel destrui, quin etiam confirmari magis semper, credentes insuper Vaiwodam de Bogdania ad id potissimum factum, et rem inconuenientem motu et voluntate propria inductum esse quod procul dubio certissimum est, quoniam hinc a nobis de hac re nihil est illi significatum vel commissum vel mandatum, Et proinde subito et hora ipsa presente missum est ad prenominatum Voiewodam, excelsæ

et efficacissimum mandatum meum, Ut ex locis territorij et dominij tui Ser.tis quoadusque se in illa immiscet, extendit vel illa occupauit et subiugauit manus retrahat, et eiusmodi loca restituat et consignet vobis et parti vestre, Utque nullo modo hec que continentur in Capi: tulis inter nos receptis, contrarietate vel difficultate interposita cuiusuis nomine violentur, siue ille sit Voiewoda Bogdanie siue Valachie, Nam ambo isti, Serui, Subditi, et Tributarij mei sunt, eo: rumque prouincie computantur inter alia dominia nostra, et in nu: mero prouinciarum Bossne et Samandrie habentur, nec dissimi: les sunt prouincijs meis proprijs, sicut et subditi eorum sunt ad similitudinem subditorum meorum. Cum autem ita sit, quod propter hec pacta que inter nos pepigimus et profitemur, per meam Ce: saream Ser.tem non fuit mandatum dicto Voiewode, Ut dominia et Territorium vestrum damnificet vel depopuletur, nec id omnino ex commissione nostra habuerit, quin etiam sit vobis per Nuncium ad nos missum ex parte nostra innunciatum et manifestum, dictum Voiewodam non esse sui juris, nec a nobis separatum, minime etiam fuit iustum mitti a vobis ad illum Oratorem, est in hoc qui: dem erratum et ita sit, Nihilominus tamen ipse Valachusque sunt serui et Tributarii mei, et a potentia atque excelsa Aula mea est ipsis asperre mandatum et prohibitum, ne quispiam illorum audeat mittere a se, vel ad se admittere aliquos Oratores in quemcumque lo: cum nomine suo missos, sed multo magis non possint certiores facere, nec creare alicubi Oratores, neque nominare Nuncios; nec etiam possit ullus homo ab externis partibus Oratoris nomine venire ad illos. Verum si quid negocii aliquis illorum ubicunque habeat, per Oratores suos potenti, clementi, et honorate Aule mee Cesaree Ser.tis significabit, que omni tempore in negocijs illorum erit patens, aperta et secura. Quamobrem ex illo tempore sicut et antea est mandatum omnibus hijs et quibuscunque alijs, Ut omnes qui Oratorio munere fungerentur castigarent eadem vero Regno Hun: garie quod est unum ex maioribus professionis Jesu et Joannis Regis

Hungarie est datum expressum mandatum, et Commissio similis et
expressa est illi facta, Ita etiam provincie magni Han Tartarice noia:
to Sadoth Giraihan digno Imperatori est Commissum, qui et ipse
ab Excelsa et magna Aula nra sperat et fruitur gratioso auxilio
Nam dominia que possidet, auxilio meo quesita et illi data sunt, ipse
vero vicissim tam ad gratiam Excelse mee Cesaree Mtis, quam ad
confederatos et amicos nros se refert, et ita apud se profitetur, per
que cum ita sint, confirmantur etiam et approbantur semper et
in omne tempus que inter nos recepta et in Capitulis scripta sunt,
Denotatur etiam et declaratur per hoc, quod Provincia dominium et
Imperium Tartaricum ita se habet Ut si in numero provinciarum
mee Cesaree Mtis esset. Atque ita non opus est vobis separatim
cum illis aliud tractare, quin etiam magis convenit Ut quemad:
modum preteritis temporibus vos unicum pertulistis, et mutuo vo:
biscum egistis, ita et deinceps inter vos sit, et in contrarium nulla
difficultatem facietis Verum etiam persuadebitis vobis dictum Han
non esse per se nec separatum principem. Super quibus omni:
bus missum est illi excelsum mandatum meum, effectusque predicto:
rum declaratus. Insuper Ut sciatis Abugai Han, misit vnum
ex principibus suis ordinem declarando se esse amicum mee Cesaree
Mtis et offerendo se ad mandata nra, factumque est, quod filia Abu:
gai Han Imperatoris alterius Tartarie supradicto Sadi Kiray
Han nupsit, et facta est Affinitas Unde et ipse sponsus se remisit
ad obsequium Celsitudinis Aule sublimis mee Cesaree Mtis, ita
et vos quod continetur in professione inter nos recepta cum illis
profitebamini et Capitula confirmabitis, et ultra benevolentiam
amorem et confidentiam veterem amice recipiatis et ratificabitis
semper, Et hoc ita sit vobis notum. Datum in magna hono:
rata et sublimi Aula Constantinopolitana currentibus annis pro:
phete nri, Noningentesimo tricesimo sexto in fine Lune Romaxan
et Currentibus annis Messie Jesu Anno domini M°. D°. xxx°
die xv^a Maij

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Regni Vicecancell.
Luce de Gorca Castell° Posnamien Capitaneo maioris Poloniae generali

Magce domine, domine et Fr honorandissime. Conturbauit me plurimum dnus Jwienski Succamerarius Callissien, Nepos meus sermonibus nouis, quos mihi vestre Magcie nomine retulit; que enim in Magam vram a quocunque fiunt, vel dicuntur indigne, in me dicta vel facta esse reputo, quippe qui vtriusque fortune successus semper mihi cum Magca vestra communes agnoscere consueui. Et habeo equidem hoc nomine Magce vestre magnas gras, quod hec que illius dignitatem grauant, mihi inter ceteros suos amicos communicare voluerit, Ad que etsi ego coniunctim propter absentiam Maitis Regie, cum ceteris amicis amicis consilio adesse Magce vestre non potuerim, priuatim tamen mee mentis sententiam Dno Jwienski declarari, qua cum aliorum iudicio et sua in primis Sententia coniuncta ita vti velit Magca vestra, Vt et illius dignitas et sermonis ac hominis vanitas postulare videbuntur, Ego enim ex officio et debito meo quantum in me erit nunquam Magce vestre in hoc et in aliis consilio et facultate mea deesse volo

Rediit nuper Oczieski Nunctius Maitis Regie a Thurco, qui retulit molestum illi admodum esse Voiewode Moldauiensis factum ad quem celerem Nunctium ab eodem Thurco missum esse dixit cum aspero et seuero huiusmodi mandato, Vt quamprimum occupata omnia Maiti Regie restituat et damna resarciat, quod si prestare nollet se in auxilium Regie Maiti contra illum adfuturum cum vniuerso suorum et Thartarorum Exercitu. Adhuc est incertum quid facturus est Voiewoda, Sed vtcunque est, cum primum Maitas Regia huc reddierit ex venatione sua tametsi milites mercenarii sint iam suscepti et conducti, Consultabitur de tota rone belli gerendi vel dimittendi, de quibus posthac ego Magam vram certiorem facere curabo

Iste Lucas de Gorka Castellus Posnamien. subornauerat quosdam, ad occidendum Andream Zabrzewski Causidicum, regis et regine Aulicum, propter bona quedam in Polonia maiore per Zabrzewski empta. hoc periculo incensus Ipse Zabrzewski obiecit eidem Castello: quod consius esset direptionis Mercatorum Posnamien, quos Germani predones ad Medzirzec dispoliarunt. et quod de hac preda Castellus ipse fuisset particeps. Et verum esse id plerique dicebant. Nam iste Castellus auarissimus erat, et cum Judeis subministrata eis pecunia vsuras infames exercebat.
De hac proditione sunt litere suprascripte.

Cuius me amori et beneuolencie fraterne interea commendo, filicissi:
mamque illam esse, et cum suis omnibus recte sanam, letam ac inco:
lumem vehementer desidero. Datum

Petrus Tomiczki Episcopus Crac: Vicecancellar Ioanni Comiti de Tarnow Palatino Russie: Et Exercituum Regni Polonie Capit° generali.

Mag^ce domine fr et consanguinee charissime ac honorandissime. Nuncti:
us de re bene gesta in Pokuczie et profligatis Valachis allatus in:
genti gaudio et mirifica leticia nos omnes cum Regia Mte perfu:
dit. Post grauem enim Valachi hostis iniuriam qua animus omni:
um nostrum exacerbauerat, nihil iucundius vel magis optatum no:
bis, reipub. vero vtilius contingere hoc tempore potuit quam quod
ad primum congressum cum hostibus bene successit militibus nris
que auspicia fortunata, tum primum Clemencie diuine, deinde
fortune Mtis Regie, postremo prouidencie Mag^e vestre et fortitudi:
ni militum sibi commissorum attribui et accepta per nos referri
debebantur. Egimus in templis ante omnia omnipotenti deo quas
potuimus ob concessam victoriam maximas gras, fortune Mtis
Regie gratulati sumus, Virtutem autem et militarem disciplina
M. vestre singulari commendacione et laudibus verissimis extulimus
de qua ego insigni laude M. vestre fraterne et amico animo gra:
tulor, Deumque oro, Vt eandem fortunam et prosperitatem qua ex:
plis rebus M. vestre concessit, in his que restant vsque ad exitum

belli concedere dignetur, Vt et Mtis Regie commodit. atqz dignitate viriliter tutari et suum nomen debellatis hostibus memorabile et magnum apud posteros efficere valeat. Ex lris litis Regie Magtas vestra intelliget quid agere vel vitare deinceps in belli gerendi rationibus debeat, Nam paucis condicionibus ex primo consilio dnorum prescriptis, cetera ~~contra~~ omnia prudencie et virtuti M. vestre Mtas sua committere dignata est. Commendo me amori et benevolencie fraterne Mag. vestre, quam sospitem sanam et ex omni parte fortunatam esse vehementer desidero. Datum Cracovie die xv.a Augusti. Anno domini M.o D.o xxxi.o

Petrus Tomiczki Eps Crac: regni Vicecancell Luce de Gorca Castellano Posnamien: Capit.o Maioris polonie generali.

MAGce domine, domine et Fr honorandissime. Cum hinc absoluti erant Serenissimorum Romanorum et Hungarie Regum Oratores, secesseram paululum in rus animi relaxandi gra, Vbi cum agerem venit huc me absente Zaczewski adducto etiam secum Mathia Thuczenski, De quo quid Mtas Regia statuerit, ex lris litis sue Regie M. vestra perspiciet. Quod vero ad Zalerzewski attinet, cum ego huc redii, ille ad me veniens, questus est se apud Magciam vram iniuste delatum et accusatum esse, Cum autem ego corripuissem illum et dixissem, quo consilio vel qua audacia Mag. vestre nomen multis et inhonestis sermonibus traduceret, dixit constantissime se longe aliter habere, quam ad vram M. fuerit perlata, Et aliud nihil ab eo expiscari potui, qui enim adversum me non semel deliquit, non mihi tantum fidit Vt consilia sua communicare mihi velit et audeat. Quod autem scribit Maga vra se illius istuc redditum expectare, dubito ne non frustra id opinetur, Nam ego de reddito istuc suo, nihil hactenus exploratum habere potui.

Puto iam audisse M. V(est)ram dominum Palatinum Russie cum militibus Regni prospere successisse, quod Sczt et terram Pokuczie recuperave:rint et multos ex hostibus partim ceperit, partim trucidarint, alteros in fugam egerint, quod ego M. V(est)re iterare nolo, presentibus hoc saltem refe:rre volo, quod nudius tercius D(omi)nus Hieronymus Soffraniecz cum captivis Valachis huc applicuit, qui refert Voiwodam Moldavie congregasse Exercitum ex Domesticis suis ad numerum xxx^a mil:lium, quem et si ipse nesciat ad oppugnandum vel ad se tuendum conversurum esse, Ego tamen coniicio illum non alia causa ad exercitum comparandum adductum esse quam quod a M(aiesta)te nostri Exerci:tus sibi plurimum metuat. Adduci enim ut credam non possum illum animo persequendi belli arma sumere, quando iam ex capti:vis Valachis cognovimus Turci mandatum ad illum pervenisse ut receptam M(aiesta)tis Regie terram omni cunctatione procul restituat. Imo etiam magis opinor illum brevi Or(ato)res suos huc ad Regiam M(aiesta)tem missurum esse. Sed quid ille contendet vel nostri facturi sint, posthac quando melius mihi de his constabit M(agnificenti)am vestram certio:rem facere non negligam. Cuius me amori et benevolencie fraterne integre ex corde commendo, et eam felicissimam esse atque cum omni:bus suis recte salvam et incolumem vehementer desydero. Dat(um) Cracovie xx^a die Augusti Anno domini M^o. D^o. xxxi^o.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell
Joanni comiti de Tarnow Palatino Russie
Exercituum regni Polonie Duci generali.

1 M Agce domine fr et consanguinee charissime ac Honoran. Prima auspicia victorie fuerunt quidem nobis omnibus grata, sed posterioris magni et memorandi conflictus victoria tanto iocundior et Mti Regie et omnibus hic in Aula agentibus extitit, quanto maio:
vim, ad rem ~~in frac~~ debilitandas hostium vires attulisse indicatur. Mihi quidem partim propter publicum et Mtis Regie bonum, partim propter auctam M. vestre gloriam summe voluptati fuit tam optatum de parta contra malignum hostem ista insigni victoria nunctium. pro qua nihil moratus sum ego cum cetu meorum sacerdotum laudibus nomen omnipotentis dei celebrare, egique pro virili mea divine Mti amplissimas gras, quod et regni periculum tam preclara strage hostium facta depellere, et Magam vram amicum et consanguineum meum charissimum, in tam excelsum laudis et glorie gradum provehere dignata sit. In qua ut illam dnus Omnipos pro virtute et meritis cumulare deinceps dignetur non minus opto, quam si ipsi mihi aliquod magnum emolumentum contingere deberet, quo studio nihil dubito et ceteros Regni Proceres, atque omnium ordinum homines merita et virtutem Mag. vestre prosequuturos esse quibus ad exultacionem ubique ipsius victorie felicitas grata et iocunda ubique extitit. faxit omnipotens deus ut vel iste fortunatus successus bello finem faciat vel si hostis pergit esse contumax belli infortunium in caput ipsius opera vestre Mag. et militum istorum virtute transfundatur

(Filius Mag. vestre iam et sacris iniciatus est et Prepositure Eccle Crac mee dignitate ornatus. Jam in templo aliquocies talari veste et superpelicio indutus incessit quod illi auspicium fortunet deus

et tanta illum virtute et optimis moribus cumulet, vt nec sua sponte familiaris proximum amicorum vnquam illi deerit, ad maximos dignitatum gradus proueheri et extolli valeat, quod ad me attinet, pro coniunctione que mihi cum illo et cum Mag^a vestra intercedit nihil permittam, quo illius honorem et commoda vel tueri vel augere me posse intelligam. Nam et nunc quibus opus habebat carere illum non sum passus, et in posterum non patiar, modo ille mihi familiaritate et consuetudine sua celerius ad se meminisse facultatem prebeat. Commendo me amori et beneuolencie fraterne Mag^e vestre, quam cum toto Exercitu sospitem, saluam, et fortunatissimam esse ex toto affectu desidero. Datum

SIgismundus primus Rex Poloniae Consiliariis ac optimatibus suis.

MAg^ce syncere nobis dilecte. Non preterit Sin^tem tuam, quo temerario ausu quibusue insidiis Valachus hostis noster contra federa et iusiurandum suum prouinciam Regni nostri Pokuczie inuaserit et indefensam propter non speratam eius perfidiam occupauerit, qua iniuria nos prouocati, cum suasu Consiliariorum nostrorum ad eripiendam prouinciam ab hoste nostram paulo ante Exercitum misissemus, factum est ope diuina, et fortuna nostra, quod Capitaneus Exercitus nostri Mag^cus Joannes Comes de Tharnow palatinus Russie generalis, partim Strategemate, partim sua militumque bellica virtute primo aduentu Valachos hostes nostros e Sedibus dicte Prouincie parua strage facta euicit. Ad quem casum excitatus perfidus hostis, etsi valida manu atque pergrandibus copiis comparatis recens denuo aduersus nostros aciem instruxisset, dei tamen Omnipotentis auxilio cui fraus et iniusticia ipsius erat cognita et ductu Capitanei atque fortitudine militum nostrorum iterum de illo summus insignem Victoriam consequuti, ita quod is ipse hostis noster vulneribus

duobus susceptis et vexillo suo potissimo, atque tormentis bellicis circiter quinquaginta amissis, coactus sit cum legionibus suis fuga sibi consulere, de quibus pars magna caesi, pars in captivitatem ducti sunt. Quo optatissimo Nuntio, cum nos maiorem in modum sumus consolati, letitiae eius nostrae, et publici tanti gaudii participem quoque S. tuam facere voluimus, quam pro sua erga nos fide et officio Senatorio in hoc nobis congratulaturam esse et divinae Maiestati supplicaturam confidimus, ut, quam victoriam nobis et Christiano subiectionis nostrae populo de perfidis Scismaticis tribuere incepit, misericorditer prosequi ad gloriam nominis sui dignetur. Bene valeat S. tua. Datum Cracoviae

Augusti. Anno domini M°. D°. XXXI° Regni nostri anno XXV^to.

Sigismundus primus Rex Poloniae Consiliariis Terrarum Prussiae.

Comicia eis indicuntur.

Generose fidelis dilecte. Molestum est nobis, quod negocium Monetarium habemus in terris istis non est ita determinatum Ut citra querelam et pressuram hominum suum progressum habere possit. Nam propter illud communis populus, praesertim in Civitatibus tumultuatur, querens se nimium premi et gravari propter invectam novam monetam, et constitutam novam marcam, causans precia rerum omnium propterea ascendisse. Volentes itaque nos huic tantae difficultati et rebus Subditorum nostrorum oportune prospicere et querimoniis illorum, qua saepius fatigamur, causam ulteriorem praecidere, deliberavimus mittere Nuncium nostrum ad Conventum qui in terris istis proxime celebrabitur, qui declaret quanto studio et desiderio nos teneamur Ut submoveatur in totum id, quo se plus nimio queritur gravari communis populus, et inveniatur modus, quo a tantis dificultatibus et gravaminibus sublevetur. Quamvis vero is ipse Conventus statutum tempus celebrationis suae, festum Vigiliae Sancti Michaëlis habere consueverit, quia tamen nos decrevimus insinuare Illustri domino in Prussia Duci Nepoti nostro charissimo, ut ad illum Nuncios quoque suos mitteret, qui propter temporis angustiam tam cito in eodem Conventu constitui non possent, necessarium visum est nobis prorogare tempus celebrandi eiusdem Conventus, et iam prorogamus praesentibus. Volumusque ut is ipse Conventus pro die festo Sanctorum Apostolorum Simonis et Iudae proxime futuro celebretur. Omnesque contentos Actiones, et causae Iudiciariae, quae pro festo Sancti Michaëlis predicto transigi debuerunt, in eodem Conventu ad festum Sanctorum Simonis et Iudae celebrando transigantur.

Quia etiam certo edocti sumus in opido Graudenz ubi pro hac vice cecidit ipsius Conventus celebratio, esse pestis seviciam, trans-ferendum duximus eundem Conventum ad Mariemburgum, illicque eum pro die Sanctorum Simonis et Jude predicto volumus cele-brari. Quare hortamur Tuam F.tem ut ad eum ipsum Conven-tum illo proficiscatur, In quo cum nro ac domini Prussie Ducis Nunctijs, ceterisque terrarum istarum Consiliarijs, tam de nego-cio Monetario, iam tandem determinando, quam etiam de contribucione statuenda et alijs occurrentibus necessitatibus consulat, et ut debi-to modo pro bono ac tranquillo statu terrarum istarum consicia-tur, operam suam impendat, pro fide ac debito suo et gracia nra erga tua F. factura. Datum Cracovie die festo Exal-tacionis Sancte Crucis. Anno domini M°. D°. xxxi° Regni nri anno xxv^to.

Legatio a Sigismundo primo rege Poloniae ad Conuentum terrarum Prussiae missa.

In primis dicetis dominis Consiliariis illarum terrarum sa-
lutem et gratiam Regiam.

Declarabitis Consiliariis illis tam Spiritualibus et Secularibus quam etia
~~[illegible]~~ Ciuitatum Nunciis, et etiam Illr domini in Prussia etc.
Ducis Oratoribus, quod Sacra Mtas Regia cum Consiliarijs suae
Mtis molesto fert animo, quod hactenus, post tot Conuentus, tot
decreta et mandata, tam in hoc Regno quam in illis suae Mtis dominijs
habita et publicata, difficultates de monete et marce constitutione
nondum cessauerit, sed subinde alia ex alia nascitur. Ut plane ul-
terius suae Mti huiusmodi errores audire displiceat et ferre non
liceat.

Deinde quod in illis terris mercatores et alij, monetis abrogatis et
prohibitis, non in paruum mandatorum suae Mtis contemptum
et Subditorum praeiudicium suo libitu utantur,

Item quod rerum omnium pretia augeantur, et ex eo pauperes Mtis
suae Subditi grauantur.

Item quod Mtas sua Subditorum utilitati, tam his difficultatibus,
quam suae Mtis consulere volens, ante proxime preteritum Mariembur-
gen Conuentum Consiliariorum suorum accedente consilio etiam
illis consiliariis et Illr domino Duce in Prussia postulantibus man-
data emiserit, Ut et a solidorum cussione cessaretur, et secundum priora

decreta, omnia obseruarentur, mandantes, verum quum tam sua Mtas quam prefatus Illr dnus Dux in Prussia ab eadem cussione cessauerit, Ciuitates tamen huiusmodi mandata negligentes et obaudientes, non modo non cessauerint verum etiam illa mandata ne publicauerint quidem, atque ita non sine Mtis sue mandatorum contemptu hucusque cum subditorum Mtis sue damno suum lucrum quesierunt et querunt, quam obaudicionem sua Mtas animo ut debuit graui ac dolenti suscepit.

Declaratis his defectibus, exponetis vos illuc per Mtem Regiam destinatos, ut communicato consilio tam illorum consiliariorum in terris Prussie, quam Illr D. Ducis Prussie et tandem huiusmodi ~~[illegible]~~ molestis difficultatibus finis imponatur, quas sua Mtas non nisi indignato animo ulterius ferre posset.

Ad primum igitur de marca sic constituendum Mtas sua censet ut si magna marca non possit absque incommodo pauperum manere, et minor etiam in Mtis sue et aliorum statuum preiudicium permittenda esset, ut ambabus in communi usum abrogatis, censuum marca institueretur viginti grossorum, negotia vero ac negotiationes deinceps per florenos, medias et integras sexagenas transigenda instituerentur, hoc modo videtur et censibus et mercatoribus consultum fore.

Etiam si non satis liquet quid obstaret paruam marcam hoc est quindecim grossorum Ciuitatibus vel in vniuersum etiam permittere instituta marca censuum per expressum.

Nam putant ob id exteris mercatoribus maiorem aduehendi ansam oblatam esse

In summa tamen Mtas Regia vult et mandat, ut tandem huius tragediae finis sit, et quia id sine Illr Domino Duce in Prussia assensu debite terminari non potest, persuadendi sunt Illr sua Dnes ut hijs rebus quae in commune utiles esse videntur, accedant,

Quomodocunque vero marca usualis constituetur, non multum laborat Mtas Regia cum suis Consiliariis, modo ex re subditorum suae Mtis existat. Et non sit in censibus diminutio. Ubi enim idem grossorum numerus permanet, parum de nomine marcarum laborandum erit,

Ad haec omnia sua Mtas praebet consensum suum.

Quod vero attinet abrogatarum et prohibitarum pecuniarum usu, mandat Mtas sua, ut serio transgressores mandatorum suae Mtis castigentur, et sic agat domini Consiliarii ne toties decreta illorum et Mtis suae mandata, impune contemnantur,

De rerum autem precio constituendo Mtas Regia Dnis Consiliariis committit, quibus magis rerum usus illic cognitus est. faciant tamen sic ut non privatis commodis, sed Mtis suae Subditis et pauperum necessitati, sit consultum.

Quod autem nunc rerum penuria sit et in omnibus creverunt precia, idque monetae et marcae novae refertur acceptum, non videtur Mti Regiae sic omnino habere, sed magis in causa credit aliarum nationum inopiam, et annonae penuriam Ubi mercatores summatim ex Regno et dominijs Mtis suae commodis studentes, omnia educunt et hanc in rempublicam difficultatem inducunt,

Nam sine controversia verum probatur et marcam et grossum supra centum Annos usque ad felicis memoriae Illr D. Friderici Duc

Saxonia: et in Prussia Magistri tempora nunc restitutis marcis et grossis, equivalenter similes fuisse.

Quod autem Civitates ad mandata Mtis Regiae in cussione monetae solidorum non cessaverunt, et mandata sue Mtis non publicaverunt, gravi molestoque animo sua Mtas, Sane inobedientiam tulit et fert, nec satis factum est Mti Regiae pretextibus illis sive de privilegiis eorum sive quod in communitates illarum Civitatum non nihil referunt, Et licet sua Mtas non teneatur consilii sui reddere rationem, que solita est optima semper pro regnis et dominiis et subditis suis consulere, et tamen ad tollendam omnem sinistram interpretationem Mtas sua per vos nonnihil illis D. Consiliariis declarari vult.

SACRA Regia Mtas non eo est animo inducta ut subditis suis privilegia sua cupiat imminuere que subinde correspondentibus meritis gratiam suam augere consuevit. Sed cum pro huiusmodi monetae cussione non laboravit et ultro per illarum terrarum Consiliarios sue Mti sit oblata, hocque onus in se non mediocribus sumptibus suscepit, huius Regni et illarum terrarum Prussiae monetam concordarit, non vult durante sue Mtis promisso tempore, illas socios habere sed subditos.

S. R. Mtas sua non parvam iacturam sustinuit in transcendendis sui diminutis et abrogatis in Prussia monetis, quo tempore non anxie laborabant Civitates ut ferrent iacturae onus ubi magis auxilio opus erat, transacto vero nunc abrogationis tempore, non videtur tot officinarum numerus necessarius.

Quod autem denarios minutos cudere sunt permisse Civitates, illud Mtas Regia petitioni consiliariorum suorum annuendo admisit, ut pote quod declaratum fuerit denarios veteres aliomodo in Civitatibus abrogari difficile esse, interim quo novorum non sit copia.

Eadem ratione permissi sunt ad tempus et solidi. Cum autem Sacrae Regiae per Consiliarios illarum terrarum declaratum sit, huiusmodi monetae societatem esse, supplicatumque ut et Regia Maiestas et Illustris dominus Dux in Prussia ab huius monetae cussione cuius satis magna copia esset, cessare dignaretur, annuit sua Maiestas non gravate et hoc idem Civitatibus faciendum mandat et vult omnino habere, ut debitam prestent et ille obedienciam,

De grossis autem i Civitate Gedanen excussis tametsi domini Consiliarii istarum terrarum commemorarint in responso suo ex proxime preterito Mariemburgen Conventu dato admissam esse in Conventu Mariemburgen pro festo domini Stanislai anno domini 1528. vigesimo octavo celebrato Civitatibus cussionem grossorum et solidorum sub urbis insignijs. Ad id tamen Maiestas Regia nunquam consensum dedit, neque illa Civitas unque grossos excussit, neque mediantes etiam si et Maiestas Regia et predecessores Maiestatis sue Regie monetas cusserint, Non licuit igitur Civitati Gedanen sine Maiestatis Regie et omnium Consiliariorum sue Maiestatis assensu cudere grossos sub imaginibus Maiestatis sue, presertim

Posset enim contingere quod ob huiusmodi monete cussionem que sine decreto R. Maiestatis et Conventus Regni qualis instituta est, tocius moneta Prutenica fieret abrogatio, sicut et Lituanice et Swidnizen contigit, et facile est intelligere, que damna et incommoda non modo illis terris sed etiam universis Regnis et Dominijs sue Maiestatis emergere possent,

Hys et alijs de causis et quod sine Maiestati monete cussio ultro oblata est Vult Maiestas sua durante hoc tempore moneta cudende socios non habere, sed vult et mandat, ut interea omnes Civitates malleum reponant,

Neque potest per hoc derogatum videri Privilegijs Civitatum que

Mtas sua huc inducta in hoc solum puncto quiescere vult ad tempus

Si vero denarii et solidi fuerint necessarii, Mtas sua vult de eisdem providere sub signis suae Mtis ut sint receptibiles et in usum hominum facilius perveniant, neque dabitur novi alicuius consilii occasio, Expirato vero tempore assignato, si magis fuerit necessarium de moneta aliqua, sua Mtas per Consiliarios illarum terrarum oportune consulere dignabitur.

Neque necessarium censet Mtas sua metum aliquem pretexere, novit enim sua Mtas qua fide sint subditi suae Mtis erga se, qui metus si etiam futurus foret quod absit, non deerit Mti suae consilium animusque inobedientiam licenciosam mature cohibere et delinquendi finem facere

Hec dicetis, sive ab inicio sive in Actionibus ipsis ubi visum fuerit magis expedire et omnino huc actionem omnem dirigetis, ut huius tragedii finis aliquis habeatur.

Ceterum cum Mtas sua Regia prospiciens periculis que terris istis Prussiae sub hac temporum varietate contingere possent, voluisset ad Conventum Mariemburgen proxime praeteritum videri sibi utile et necessarium, ut aliquid pecuniae ab universis contribueretur, quae in erario reponi, et ad omnem ingruentem necessitatem in promptu habere possit, Domini Consiliarii omnes simul cum Nunctiis Civitatum responderunt, grato animo quidem se ronem praedictam Mtis suae suscipere, deducere tamen ad effectum illam propterea non posse, quod Nunctii Civitatum maiorum, utcumque contribuendi ronem probarent, consentire tamen in illam inconsultis maioribus suis noluerint

Quare cum Mtas sua ad p̄ntem Conventum non dubitet Civitatum maiorum nuncios plena super constitucione proposita haberi mandata, hortatur et monet D. Consiliarios simul cum reliquis Ordinibus, ut eam qua Mtas sua prospicit temporum difficillimorum racionem habere velint, et contributionem in omnes equabilem constituere, qua futuris quibuscumque contingentibus malis se suaque in tuto conservare, et vim inferre volentibus cum dignitate resistere valeant.

Et quia Mtas Regia super Magistrum officine monetarie Gedanen. cum omnibus sociis et laboratoribus eiusdem Officine ob illatam iniuriam Mgro officine Monetarie Mtis sue Thorunen ad Conventum tunc proxime in terris Prussie celebrandum, citare dignata est, Omnes vero Actiones reiecte sunt in p̄ntem Conventum accepta informacione eiusdem Magri officine monetarie Mtis sue, illud quoque negocium secundum Justicie exigentiam transigendum curabitis

ost [illegible]
ras [illegible]

Xa[illegible]
dnus [illegible]
et mi[illegible]
superi[illegible]
tas [illegible]
ma [illegible]
dus [illegible]
Voy[illegible]
ageri [illegible]
ad ill[illegible]
et Tr[illegible]
nsper [illegible]
fideri[illegible]

Red[illegible]
inire [illegible]
llo [illegible]
que et [illegible]
latat[illegible]
poane[illegible]
mei d[illegible]

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Solimannum Turcarum Imperatorem data Ioanni Ociefski

Post nunctiatam salutem, et amicam commendationem, oblatasque fidei lras, Nunctius ita verba faciet.

Excellentissime Caesar, Notum est vestrae Caesareae Mti, quod Serenissimus dnus meus clementissimus, federa quae cum Mte vra habet, firme et integerrime semper tenere et observare consueverit. Id enim et ex superiorum annorum rebus, et presentis anni negociis amplissime Mtas vestra cognoscere potuit. Nam ut vetera et synceritatis testimonia obmittam, anno presenti Mtas domini mei, ne aliquid contra federa cum Mte vestra Caesarea receptum agere videretur, contra Voyewodam Valachum hostem et invasorem bonorum suorum, nihil agere armis voluit, nisi prius Mti vestrae Caesareae iniuriam qua ab illo afficiebatur, denunctiaret. Intelligens enim illum et subiectum et Tributarium Mtis vestrae Caesareae esse, maluit iniuriam aliquamdiu per tollerare, quam bello adversum illum suscepto, in suspicionem rupti federis apud Mtem vestram Caesaream venire.

Credit autem Mtas domini mei, vram Caesaream Mtem memoria tenere, quae per priorem Nunctium de eo ipso Voiewoda Valacho illo declaravit, quod scilicet iureiurando et federibus contemptis quae et se, et Mtem vram Caesaream habere cum Mte domini mei sciebat, hostiliter regnum Mtis suae invaserat. Et provinciam Pokutzie appellatam vi occupaverit, bona subditorum Mtis dni mei diripuerit

Ad quam declaracionem, cum ita Nuncius Mtis suae vicissim nomine
Mtis vestrae Caesareae retulisset, quod illa mandatura Valacho severe
esset Vt omnia recepta et hostiliter invasa Mti suae restitueret, Ex:
pectavit Mtas sua per non modicum tempus eius restitucionis effectum

Sed tandem cum videret Vaydam Valachum post acceptum a Vra
Caesarea Mte mandatum, in sua hostilitate et pertinacia obstinatum
esse, neque mandatis vestrae Caesareae Mtis ulla in re parere, et obse:
qui velle, quin etiam in contemptum Mtis vestrae, plurimis elatis et
contumeliosis verbis in vulgum ea de se iactare, quod integrum sibi foret
vellet necne mandatis Mtis vestrae Caesareae obsequi, cum nihil
amplius, quam ad Tributum solvendum Mti vestrae velit esse obligatus

Mtas domini mei, et iniuriarum suarum pertesa, et querelis subditorum
non tollerandis permota, misso cum nonnullis gentibus et militibus
Capitaneo, Exercituum regni sui, provinciam et terram suam Po:
kuczie recepit et occupatores Valachos ex illa pepulit. Ad quem
casum cum denuo Valachi numerosiores accurrissent, iterum
sunt per milites Mtis suae repulsi. Tercio ipse Vayda provinciam
Mti suae non concedens, cum universa potencia sua et multorum mil:
lium Exercitu Capitaneum et milites Mti suae est adorsus, quem
etiam auxilio dei, et iusticia cooperante idem Capitaneus cum militi:
bus Mtis suae fudit, fugavit, et profligavit, multis ex illis interfe:
ctis, alijs in fugam cum ipso Vayda illorum versis

In quo conflictu licet Mtis suae Capitaneus et milites Vaydae Vala:
chiae omnem commeatum, et tormenta bellica, quae secum multa
[illegible]gabit, ademerint, potuerintque victoria freti illius terram facile
vastare et depopulari, proferre tamen ultra fines pedem prohibiti
sunt, per Mtem domini mei, ne in Mtis suae cum Vra Mte initis
federibus aliquid offenderent. Quare Mtas domini mei, me ad Mtem
Vram Caesaream misit, Vt pertinaciam et rebellionem Vaydae Mol:

damiensis simul et hec quomodo gesta sunt, Mti vestre declararem Utque Mtem vestram certiorem faciam omnia que ex parte Valachi Vaiwode ab dicerentur, ficta et falsa esse, et ut Mtas vestra que perfidiam et fraudes illius bene novit, verbis illius fidem non adhibeat.

Nunc iterum Mtas domini mei, audit Vaydam edictum exercitum colligere, et novum bellum, novasque insidias contra Mtem suam et subditos regni struere, Quod bellum si in apertum certamen deducere volet, Mtas domini mei protestatur apud vram Caesaream Mtem, quod iniurius et hostilitati illius amplius deinceps parcere non poterit. Quando enim Mtis vestre Caesaree parere non vult, non putabit Mtas sua federibus quicquam obesse, si in illo Mtas sua et suas et Mtis vestre Caesaree iniurias vindicabit.

Et quoniam etiam Mtas domini mei facta est certior Voyewoda Transalpinum seu Multanien. Mtis vestre Tributarium affinitatem cum Vayda Valachie contraxisse, et auxilia illi contra Mtem suam promisisse. Mandavit mihi Mtas sua ut hec illius consilia et institutum Mti vestre Caesaree declararem, et simul ab illa peterem. Providere velit, ne quid contra federa que inter Mtem vram Caesaream et Mtem domini mei facta sunt, a Tributario Mtis vestre Caesaree Vayda Multanien. committatur

Ad Imbrahim Bassam

Post dicta Salute nomine regio: Nuncius dicet

Mtas domini mei ex multis aliis amicis officiis perspectam quidem habet Illr vestre propensam erga se voluntatem, in hoc tamen negocio, quod cum Valachio hoste suo in presens habet, operam Illris vestre singularem sua Mtas est experta.

Nuncius enim Mtis sue, qui proxime a Cesarea Mte rediit, retulit Illr vram summo studio et benevolentia apud Cesaream Mtem, Mti sue adfuisse.

Pro qua benevolentia Mtas sua plurimas agit et habet Illr vre gras, Illamque rogat, ut eodem affectu et amore, quod cepit, negocia et iusticiam Mtis sue tutari et promovere velit.

Valachus enim hostis Mtis sue, tametsi per gentes et milites Mtis sue victus et profligatus, ac de terra Mtis sue quam temere occupaverat ignominiose pulsus" amissis etiam tormentis bellicis que secum habuit et precipue suo vexillo, ac omni commeatu, tamen in suo proposito obfirmatus, non cessat bello et iniuriis Mtem suam provocare et confederationem atque affinitatem cum Voievoda Thransalpino seu Multanien propterea dr contrahere velle, ut ab illo auxilia adversus Mtem suam consequatur.

" amissis multis suis subditis quorum multi cesi multi capti,

In quo ne aliquid federibus inter Mtem suam Regiam et Cesaream Mtem initis, detrahatur, et ne etiam Voievoda Multanien dare audeat aliquod subsidium Voyde Valachie contra suam Mtem. Postulat Mtas sua ab Illr vestra ut id apud Cesaream Mtem curare et providere, rebusque et negocia Mtis sue, et nunc et postea sem-

per comendata habere, ac eis pro sua humanitate patrocinari velit. quod vicissim Sutas sua omni benevolentia et mutua gratificatione re-ferre Illr vestre semper curabit.

Sigismundus primus Rex Poloniae Soleimanno Turcorum Imperatori.

Ser.mi &c. Rediens istinc a Ste vra Nuncius nr Nobilis Joannes Ocieski Notarius terre Cracovien. multam nobis amicicie et integre coniunctionis significatione nomine Stis vestrae Caesarea retulit, pro qua nos vicissim agimus et habemus Sti vestre pluri-mas gras. Attulit etiam nobis idem Nuncius nr Lras Stis vra quibus scribit se dedisse seu daturam esse in mandatis Voiewode Va-lachie ut provinciam nram per vim et fraudem contra jusiu-randum et federa nobiscum inita occupatam restitueret, que res etsi nobis quoque erat acceptissima, quia tamen Voiewode Valachie conte-ptu non est sortita effectum, non potuimus nisi graviter illius co-tumaciam ferre, idque licet minime agere, quod si ille fidei sue constitis-set mandatisque vestre Caesaree Stis paruisset, nunquam facturi fuisse-mus, de quibus gestis quoniam speramus Valachum hostem nrum apud Stem vram Caesaream multa vana confictorum esse, misi-mus ad illam hunc Nobilem Jacobum Wylamowski Aulicum nobisque nrum, qui de omnibus ut gesta sunt nomine nro reddet Stem vram certiorem. A qua postulamus, ut in omnibus que nomine nro dixerit, eam fidem illi prestare velit, ac si ipsi coram in persona lo-queremur. Bene valeat Stas vestra serenissima, sitque semper ut optat felicissima. Cracoviae xxii Septembr. Anno domini M° D°. xxxi°. Regni nri anno xxvi°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree de Tanczin Palat° Cracouiensi
Belsen Chelmen Ratnen Crasnostauen
Capitaneo.

Mag^ce synceri nobis dilecte. Credimus non esse incognitum iam tue Sti. de insigni victoria, quam hijs proxime actis diebus, dei omnipotentis auxilio et ductu ac diligentia Capitanei Exercitus nri Mag^ci Joannis Comitis de Tharnow palatini Russie fortitudineque militum nrorum de perfido hoste nro Voiewoda Moldauien, accepimus, qui commisso prelio cum nris vexilis suis potissimus ac tormentis bellicis plus minus quinquaginta amissis actus est in fugam cum vniuersis copiis suis de quibus multi cesi multi in captiuitatem ducti sunt. Quia vero id quod illico post nunciatam nobis eam victoriam futurum suspicabamur facti sumus nunc certiores, quod is ipse hostis reparatis viribus et collectis denuo gentibus Exercitum nostrum quem non ignorat ad paucitatem esse redactum inuadere statuit, quo hanc merito acceptam ignominiam suam diluere, nobisque ornamentum tante tamque insignis et memorande victorie, quod illi dnus deus non tribuat eripere possit. Volentes nos prouidere ne in hoc voti sui fiat compos. Hortamur tuam Sttem mandantes, Vt collecta secum manu hominum qua maiore poterit, ad prefatum Magcum Joannem Comitem de Tharnow et Exercitum nostrum quamprimum proficiscatur, curaturus illic, Vt nobis ac reipub. Regni, bonum ac vtile seruicium vna cum alus militibus et Subditis nris prestare possit, pro debito ac officio suo gloriaque nominis poloni id tua S. factura. Cui nos hanc suis operam et studium prosequende ac retinende victorie nobis a domino deo concesse, glorieque patrie cumulande gratia nra referemus. Bene valeat tua S. Cracouie viii^a. 7bris. Anno domini. M°. D° xxxi°. Regni vero Anno xxv^to.

Threnodia Valachiæ

Andreas Cricius e[pisco]pus Ploc[e]n[sis]

Clarissimo heroi Joanni Comiti de Tarnow Palat[in]o Russie: summo Exercituu[m] regni Polo[niae] Imperatori.

CVM nuper ex dolore dentium paululum domi decumberem, quærenti qui dolori suo dolorem meum leniret, que societas multum iuvat in adversis, obtulit sese Valachia, quæ suas erumnas mecum deplorans, uniusque diei tantum contubernio me demulcens, hanc suam apud me Threnodiam sic ex tempore effusam reliquit, Si sic sapiat domi ut sapuit apud me, et ut fama fert, est quod a nobis ex re communi paulo sit longius prospiciendum, Id quicquid est muneris, tibi Heros clarissime, et me una mitto, ac ex animo commendo.

Trenodia Valachie,
per Andr. Cricium epm plocensem.

Illa ego Romanae memoranda colonia stirpis
Ad Ponti deducta sinus, qua parte timenda
Semper erat Scythico nostrorum ex hoste ruina,
Hactenus hoc tutata solum, mirabile dictu,
Non virtute modo Latia, sed et arte Pelasga
Inter tot populos, tot maxima regna, tot hostes
Exiguo conclusa solo gens parva, peregi
Saecula multa, meo multa et discrimina marte
Incolumis vici, quae mater vincere Roma
Non potuit, toties Scythicis vastata catervis,
Parte alia effusis, totumque prementibus orbem.
Quos ego sustinui, repulique a finibus Histri,
Nec repuli tantum, sed et agmina plurima fudi.
Et postquam miseros vesana licentia Graecos
Impulit in praeceps, Thurcisque subesse coegit
Imperio, quoties vicina potentia tanta
Me quoque tentavit letali extinguere ferro?
Exigua quam saepe manu propellere nobis
Contigit, innumeras et debellare cohortes,
Nec nisi condicto potui succumbere censu.
Ut taceam nostris quantum sit caesus in oris,
Pannoniae quondam rex Carolus Hesperiaeque
Dum nos aggreditur ferro belloque lacessit.
Quid mihi non struxit Matthias gloria Martis,
Cuius erat toto vis formidabilis orbe,
Qui tot multiplici claros ex hoste triumphos
Egit, subiecitque iugo tot regna, tot urbes,

Hic tamen ex nostris vix fugit saucius oris.
Quid memorem Alberti turmas, regnique Poloni
Invictas acies, quanta cum clade suorum
Exactus per me, quanta et dispendia caepit.
Quid reliquos? nunquam bellum qui impune dederunt?
Et licet interdum subiici hinc colla vel illi,
Arte tamen factum, quando hunc contundo per illum
Unde suam, potuit sed vincere nemo,
Nemo fide tuta sibi me servire coegit.
Aut ullum potuit pugnando referre trophaeum.
Me miseram, quo nunc adigor, quo Marte vicissim
Sternor, ut ad templum portantur signa Polonum,
Utque simul captiva trahor, tormenta trahuntur,
Quae quondam e Thurcis, Germanis, atque Polonis
Victrici mihi parta manu, spectacula vulgi
Nunc subeunt, versam testantur et omnia sortem
Quaeque prius tantos Reges, populosque potentes
Vici, Tarnovio heroa nunc vincor ab uno,
Uno inquam, et modicis vincor numerosa catervis.
Adnumerorque tuis aliis Sismunde triumphis,
Tanto maiori fortuna, et laude perhenni,
Quanto aliis minus id potuit contingere, quanto
Plus tibi fraterna poenas pro clade rependo.
Quam sapis inclite Rex, dignos qui rebus agendis,
Praeficis, ante tuae nunquam tam spicula gentis
Confixere meos, quam nunc, at grex fuit idem,
Cum pastore novo, sed grex mutatus et ipse.
Nunc mihi quid superest? tantum si pergis atroci
Milite me miseram, diris et perdere flammis
Quam genus in Thurcas nostrum, nostrosque penates
Mutare, et priscum Moldavi extinguere nomen,
Vicinumque tibi peiori sorte locare.

Maiores quæ damna tui vitare solebant.
Te rogo per superos, tua per clementia corda,
Quæ semper patuere aliis sine crimine victis,
Ærumnas attende meas, communeque revolve
Christigeni populi discrimen, et aspera fata,
Non te permoveant Vaydæ pernicia tui
Non meus insanis nata ac obnoxia factis,
Mercedem accepit dura suam pro talibus ausis,
Me victam merito fateor, victamque sagaci
Et rara virtute Ducis, virtute tuorum,
Sum spoliata meis spoliis, armisque virisque.
Et vastata nimis regio mea tota fatiscit.
Nunc mihi non limosa palus, non invia sylva,
Non artes, solitique doli, non grandia prosunt
Tot promissa, mihi clam succendentia bellum.
Ad te confugio REX invictissime, victas
Et tibi trado manus, miseræ iam parce iacenti
Et plebi innocuæ, si te vesana tyranni
Facta mei lædunt, me lædunt non minus illa:
Atque utinam cures me extricare capistro.
Ut tibi perpetua mea gens pro munere tanto
Serviat obsequiis, semper tua iussa sequatur.
Non tibi nonque mihi, melius succurrere posses,
Aspiris interno ruit ut gens Ungara bello,
Ut parat immani sua tradere colla Tyranno
Dissidiis heu cæca suis, variosque salutis
Nulla est communis, quod sic ulciscitur illum.
Quare age maxime Rex communi intende saluti.
Non ego quæ merear, sed quæ sunt commoda spectes.
Sic tibi succedat multos post filius annos
Fortuna et virtute pari, qua præsit et orbi,

De Insigniis ipsius domini Comitis Tarnouiensis

Signatur Stella Cælesti Julius ingens
Qui Dux Romanæ clarior Vrbis erat.
Te quoque Stella micans inter duo cornua Lunæ
Quod geris antiquæ nobile stemma domus.
Denotat esse Ducem, quo maior nemo sub Arcto,
Et quod stella notat, Martia facta probant

Pingantur hic Insignia

Sigismundus primus Rex Polonie.
Joanni Dantisco Epo Culmen: suo
apud Caesarem Carolum V. oratori.

TAmetsi dubitabamus ne non prius istinc discedat S. tua quam pntes nre
illi adferantur, In omnem tamen euentum scribi facere maluimus
hec que ad cognitionem S. tue necessario nobis pertinere videbantur, vt
si forte Cubicularius nr aduentu istuc suo discessum eius preueni-
at, earum rerum quas ad Caesaream et Romanorum Mtem scri-
bimus, id quod ad negocium concordie inter Serenum dominum Ro-
manorum Regem et Aduersarium eius persuadende, Reliquum
adhuc in spe esse aduertimus; deinde de banno aduersus Illrem do-
minum Ducem Prussie Nepotem nrum ex Iudicio Imperialis Ca-
mere nuper promulgato sicut hec ex lrarum ad illos nrarum ex-
plis, que tua S. cum pntibus mittimus, plene cognoscet. Qua-
re hortamur illam, vt de banno reuocando diligenter cum Caesa-
rea Mte nomine nro agat, et percontetur modis aliquibus an ex
animo et serio, Caesarea et Romanorum Mtes Conuentum de
concordia instituere, pacemque cum Aduersario inire velit, nobisque 13
sententiam et voluntatem illarum perscribat. Nam Rex Joan-
nes nulla rone adduci poterit ad mittendos in Germaniam suos
de pace Ores, nisi prius certior fiat rem serio secum agi debere, et
publice fidei lras Oribus suis sufficienter scriptas ab vtraque
ista Mte habeat, quas tua S. per hunc Cubicularium ad nos
mittere curabit. Nos autem nisi bannum reuocaretur cogeremur
edicto nro prohibere, ne cum exterris comercia in Regno nro ha-
berentur, que res grauem vtrisque externis et domesticis nris
afferre posset incommoditatem.

De Nobili Cornelio Scepero, loco suo istic ad negocia nra consti-

tuendo, S. tua ita faciet, quemadmodum prioribus illi litteris commise-
ramus; Nam in nostris neminem in promptu habemus, quem
ad hoc munus delegare commode possemus. Bene valeat tua
S. Datum Cracoviae

Petrus Tomizki Eps Cracovien: Vicecancell Ioanni Dantisco Epo Culmen: regio apud Caesarem Carolum V. oratori.

Multi iam intercesserunt dies, quod Maiestas Regia suum istuc ad Caesa-
ream Maiestatem, et ad vestram Reverendissimam Dominationem Cubicularium cum litteris mi-
sit, Cuius reditum vehementer miratur in tam longum tempus
distrahi, neque potest non vereri, ne quid adversi reversionem illi-
us impediat. Utcumque tamen est, mittit hunc alterum Maiestas sua
Nuncium ad Serenissimam Romanorum Maiestatem, cui quemadmo-
dum sub hoc tempus se facturam receperat de collocanda Illustrissima
D. Hedvigi filia sua Illustrissimo domino Frederico Comiti Palatino
Rheni respondet et plane iam ad persuasionem Maiestatis suae utcumque
conditionis et facultatum illius principis ignara, assentitur.
Ego quidem qui huic Regiae virtutis et clarissimae puellae bene-
volo, scripseram ad D. vestram Reverendissimam per priorem Cubicularium
ut explorare vellet, et mihi declarare, quae sit istius principis con-
ditio, quae facultas, et qui item ex natura mores. Nanque mores
eius puellae modestissimi, et castissima et honestissima educatio,
videtur postulare ut quoque mansuetissimo et perhumano viro nu-
batur. Cum tamen non redit prior Nuncius, iterum a D. vestra
Reverendissima per praesentes postulo

Hodie hic adventus domini Laski expectatur, qui cum designatis
Collegis suis nomine Regis Joannis Tr. istuc ad Conventum Spi-
ren recta proficiscetur, quibus ut Maiestas domini mei, aliquos suos

Insignes Ortes [adiungat] vehementer laboratur. Mtas tamen sua cum sit igna-
ra, quo animo id Caesarea vel Romanorum Mtas susceptura esset
in ancipiti adhuc de ea re cogitatione heret. Cavet enim plurimum
ne quo facto in suspicionem interversae neutralitatis suae professionis veniat
presertim cum videat Regis Romanorum Mtem nihil penitus consi-
lii sui de rebus concordiae communicare sibi velle, sed de omnibus

> nil sincere egit Rex Ferdinandus

de quibus a Mte sua inquiritur ita rescribere ut primum velit agno-
scere, quid de singulis Mti suae faciendum videretur. Quare cum ita
nodose in hijs ex ista parte agatur, non ab re putaverim ut
Rma D. vestra percontetur a longe, quam gratum id istis Princi-
bus foret, si Ortes istuc mitterentur, et mihi quid sentiret
declararet.

Hinc quid aliud scribi debeat ad D. Vram Rmam in presens nihil
est, nisi quod Mtas Reginalis moleste ferre animo tedium in perse-
verando istic D. vestrae Rmae, et maxime quod D. Vra persuasa
esse videatur sua caussa accidere, quod tanto tempore non revocetur.
Ego sum tutatus apud illam D. V. Rmae causam, et obtinui,
ne quid acerbi illi respondeat, sed optarem etiam a D. Vra Rma
illius animum delinitis et acceptis aliquibus scriptis placari, ut ad
reditum huc suum talem sibi eius gratiam preparet, qualem tot
merita sua exposcere videntur. Commendo me

Petrus Tomiczki eps Crac. viceca[n]cell. Joanni Dantisco Epo Culmen: oratori regio apud Caesarem Carolum V.

Rme in Chro pr et domine, Amice charissime ac Honoranmus. Intelliget D. vra Rma ex Mtis Regie lris, quam felicem victoriam Mti sue et Regno de hostibus perfidis Valachis, Deus omps hoc tempore concedere dignatus est, ob quod omnes Regni Incole exultant et letantur vehementer. Deus omps de sua tanta erga nos clementia, qua nos patriamque nram tuetur, sit benedictus in secula.

Post initas Annales in Regno Hungarie inter Reges dissidens inducias, fuit hic dominus Hieronymus Laski, deinde recta hic ad Sermum Regem Romanorum Pragam profectus erat, Nunc iterum in Hungariam reversus est. Unde scripsit Mti Regie, se humanissime per Sermum Regem Romanorum et susceptum et tractatum esse, cum quo se multa egisse declarat de concordia futura, ad quam concludendam Regem Joannem missurum esse ad Conventum Imperii Spiren. suos Ores affirmat. Significat etiam velle Regem suum Joannem postulare a Mte domini nri Ut illuc quoque Spiram Insignes super concordia tractanda et concludenda mittat Ores. In qua re quid agi conveniat Mti sue plane est incognitum, Presertim cum Sermus Rex Romanorum nulla significatione aperire sue Mti velit, qua mente quove consilio de concordia fuerit, Sicut ex Exemplo lrarum Mtis illius hic alligato, quibus ad lras domini nostri respondet, D. vestra Rma perspiciet. Requirere enim videtur Mtas illius ad Mtem domini nri officium proponendi media concordie, quod semper Mtas domini nostri, Ut invidiam utrinque fugiat, facere devitavit. Mallet si quidem ex ipsorum mutuis oblationibus conditio:

unum honesta suadere media, quam illis utrinque silentibus, aliquas
quae fortasse non placerent conditiones proponere, quare cum isthic
iam esse putem Serenissimum dominum Regem Romanorum, D.
Vram rogo, ut perquirat undecunque melius potest, quo animo
sit Illmus Stas ad concordiam et pacem cum adversario suo ineun-
dam, et secum perpendat deceatne Stem domini nostri ad postula-
tum solius Regis Joannis, cum Serenissimus Rex Romanorum apud
Stem suam id non postulet, Oratores ~~super~~ Spiram super ista concor-
dia tractanda mittere et consilium de hac re ad me suum per-
scribat ut et ipse scire possim, quid Mti Regiae in hoc negocio con-
sulere debeam.

Laboravi diligenter apud Mtem Regiam de revocanda D. Vra
Rma ab isto, ut appellat, exilio suo, sed tamen nihil proficere ha-
ctenus potui, Mtas enim sua non putat sibi integrum hoc tempo-
re istinc D. Vram avocare, quo potissimum de difficillimis et
magni momenti rebus multa sperat suo nomine tractari debere,
ad quam tractationem neminem preter D. Vestram Rmam ita
aptum habere possit, quare ego rogo ab illa, ferre velit equo
et patienti animo reliqui istius parvi temporis moram, et accepto
officio Stem suam sibi devincire curet. Postquam enim Caesarea
Stas relinquet Germaniam, non dubium est Rmam D. Vestram
tum quoque huc ad nos redituram.

Serenissimus Rex Ferdinandus, adiuvare volens Mtem Regiam in
collocanda recte Illma domina Hedwigi filia Mtis suae, interponit
consilia et persuasiones suas apud Mtem suam, ut illam Illustri
domino Frederico Comiti Palatino Rheni despondeat. Cuius
rationis et fortunae cum non sint Mti Regiae cognitae, heret ha-
ctenus in consiliis istis, dispiciens diligenter, quod possit filiae
suae honoratius matrimonium deligere, quare rogo hanc ob rem e-
tiam D. Vram ut disquirat de bonis istius D. Palatini, de co-

dicione successionis, et de numero fratrum, aut alias id genus que scire in primis Sacre Regie, tradere filiam viro volenti, convenit, ut scire possemus in quam condicionem collocari hec honestissima et omni virtute ornatissima puella debeat. Comendo me amori et benevolencie fraternitatis vestre Reverendissime D. quam dominus deus diu servet incolumem et felicem, et ad nos sanam et letam cito reducat. Datum Cracovie die iiii Septembris. Anno domini M.° D.° xxxi.°

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.
Andree Cricio Epo Plocensi

Reverendissime in Christo pater et domine Nepos charissime. Non dubito D. Vram Reverendissimam iam ex literis Sacre Regie, factam esse certiorem de felici parta ex hoste perfido Valacho victoria, qui etsi prostratus est, in copiis multis, dolore tamen commotus ferre non potest quin adhuc cristas erigat et intumescat. Hodie enim huc cum capitaneis D. Nicolaus Szcziemawski Ghorazig miles egregius adveniens Sacre Regie retulit Voiewodam ipsum tumultuarios colligere undique milites ut rursus viribus refectis et exercitu novo comparato, nostros quos presensit esse numero paucos adoriatur; quos procul dubio deus Omnipotens ut ab initio fecit, proteget, et ab omni hostili iniuria tuebitur ac defendet.

Dominus palatinus Siradiensis d. Laski ex Praga a Serenissimo Romanorum Rege in Hungariam rediens, scripsit mihi et domino Castellano Crac. se iturum esse cum domino Sirmien. Spiram ad Conventum Imperii nomine Regis sui, ut de concordia ibi que erunt oportuna agant, et sollicitent. In quibus literis adiunxit Serenissimum Regem Joannem petiturum esse a Sacre domini nostri

Vt suo quoque nomine illuc Insignes aliquos Or(ato)res mittat, quod si futurum est sicut ego spero, necessarium erit Oratoribus legationem aliquam prudentem et bonis persuasionibus refertam conficere, quare D. vram R(everendissi)mam rogo, vt priusquam designentur Or(ato)res concipiat aliquid eiusmodi in eo genere suadende et conciliande pacis, Et scribat quod tam preclaris auditoribus gratum, et ad pacificandi regni Hungarie persuasionem utile et accommodatum esse possit. Nunc enim cum Iudiciis vtimur, omnes ingenii vires intendi a nobis debent, vt quantum in nobis est Christianorum periculo et Regno vicino perenti consulamus. Comendo me amori etc. Datum Cracovie iiii. die Septembris. Anno domini M°. D°. xxxi°.

Sigismundus Rex Polonie
Summo pontifici Clementi vij

SAnctissime et Beatissime in Chro p(at)r et domine domine clementissime. Post humilem mei Regnique et dominiorum meorum comendacionem, ac oscula pedum beatorum. Credo non ignorare S(anctita)tem vestram esse in vicinia mea Valachos populos bellicosos, et in militari disciplina exercitatos, quibus semper Tyranni Voiewode preesse consueuerunt, qui etsi Christianorum principum nomen sibi ab antiquo vsurparunt, nihil tamen minus vnquam prestiterunt quam quod ad officium professionis Christiane pertineret. Nam et qui predecessorum meorum tempore vixerunt, et qui etate mea gentibus predictis imperarunt, continuas insidias et bella Regno et Subditis meis moliebantur. Ita etiam Voiewoda presens, maiorum suorum morem imitatus hyeme proxima preterita, ausu temerario et libidine nephanda concitatus, contra federa et iusiurandum, quod mihi prestitit, Prouinciam Regni mei sibi propinquiorem hostiliter inuasit et indefesam propter insperatam eius perfidiam, occupauit, qua iniuria ego prouocatus, cum suasu consiliariorum meorum ad eripiendam

prouinciam ab illo uicam paulo ante, exercitum misissem, factum
est ope diuina et fortuna mea, quod Capitaneus Exercitus mei par-
tim stratagemate, partim sua militumque bellica virtute, primo ad-
ventu Valachos hostes meos e Sedibus dicte prouincie, non parua
strage facta eiecit, Ad quam casum excitatus perfidus hostis
etsi valida manu atque pregrandibus copiis comparatis, recens
denuo, aduersus milites meos aciem instruxisset, dei tamen omnipo-
tentis auxilio, cui fraus et iniusticia ipsius probe erat cognita, et
ductu Capitanei atque fortitudine militum meorum, iterum de illo
sum insignem victoriam consequutus, Ita quod is ipse hostis meus
vulneribus duobus susceptis, et vexillo suo potissimo atque tormen-
tis bellicis magnis circiter quinquaginta amissis, coactus sit
cum legionibus suis fuga sibi consulere, de quibus pars magna
cesi, pars in Captiuitatem ducti sunt. Quo optatissimo Nuncio
cum ego maiorem in modum sim consolatus, leticie eius mee et pub-
lici tanti gaudii participem quoque Sanctitatem vestram facere volui,
quam pro sua erga me benignitate et amore Paterno in hoc mihi co-
gratulaturam esse confido, et fauore suo me ita in reliquum tem-
pus adiuturam, Vt omnipotens Deus, quam victoriam mihi
et Christiano subiectionis mee populo, de perfidis hostibus tribuere
incepit, misericorditer prosequi ad gloriam nominis sui dignetur.
Dominus deus seruet vestram Sanctitatem nobis et Ecclesie sue diutissime
sospitem et felicem, Cui me vti patri clementissimo, omni stu-
dio etiam atque etiam commendo. Datum Cracouie die iiii
Septembris. Anno domini M° D° xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali S. Quatuor Coronatorum Protectori.

Rme in Christo pr. Vaywoda Moldauiensis et predecessores sui, Vt mos est et iniquitas Tyrannorum, nihil vnquam fideliter, quod tenebantur memoria nostra Regno nostro prestiterunt. Nam eque hij, qui nobis, quam qui predecessoribus nostris iure et federibus christianis alligati erant, non magni apud se estimabant fidem violare. Hic tamen Vaywoda qui in presens sub imperio tenet Valachos perfidia et omnis generis iniqua fraude ceteros superauit. Nam preter omnem expectationem nostram hyeme preterita firmissimis federibus et iureiurando quo nobis tenebatur pessundato hostiliter Regnum nostrum inuasit, et prouinciam nostram suis finibus adiacentem violenter occupauit. Quam nos iniuriam cum ferre diu non possemus, Exercitum mercenariorum selectorum militum comparauimus, quem etsi non multo ante festum Sancti Jacobi ad loca que presidiis hostis firmata erant, admoueri feceramus, iam tamen ternam ex illo consequuti sumus victoriam. Aduentu enim primo nostrorum ad hostium stationes supra decem firma presidia vno die et Stratagemmate capit. Exercitus nostri sunt disturbata, prouinciaque nostra tota, illo die cum multa hostium strage, recuperata. Ad quem suorum casum, cum numerosi hostes rursum accurrissent, sunt per nostros iterum profligati. Tercio ipse Voiewoda perfidus Tyrannus in Octaua Assumptionis beatissime Virginis Marie produxerat secum instructas suas omnes copias et ad locum vbi in statione erant nostri milites vallo et curribus, vt mos est, cincti, omnem vim armatorum et tormentorum bellicorum admouerat. Ibi tum nostri priore victoria animati et ope diuina adiuti, tametsi vix sextam partem hostium

numero suo equarant, commiserunt prelium et cum hostibus pro in:
iuria facientes, ad quinque horas sine intermissione conseruerunt
manus, illosque ad internitionem usque prostrarunt. Nanque propter
multa millia cesorum, Voiewoda ipse dupliri vulnere est affectus
Tormenta bellica magna, quinquaginta, cum Curribus onerarijs,
et toto commeatu sunt adempta. De qua filii victoria cum nos
heri accepto Nuntio mirifice exhilarati essemus, continere non
potuimus, quin eius nostri gaudij Sanctissimum dominum no:
strum et vestram Rmam D. qui bonis nostris ex animo fauere
consueuit, participem faceremus. quam pro sua erga nos et res
nostras beneuolentia et studio in hoc nobis congratulaturam esse
nihil dubitamus, quin etiam speramus illam multo maiorem
ex hijs ipsis et alijs hostibus nostris quibus vndique septi sumus
Victoriam nobis fauere. Nos quidem diuinam clementiam im:
plorare non cessabimus, Vt quam cepit tribuere nobis de perfi:
dis gentibus victoriam, eandem ad gloriam nominis sui feliciter
prosequi dignetur. Valeat felicissime vestra Rma D. Nosque
habeat cum nostris et Subditorum nostrorum negocijs, in fauore et
patrocinio suo commendatos. Datum Cracouie. die 3. 7bris
Anno domini M°. D°. xxxi°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell.
Stanislao de Reszicza Doctori poenitentiario Romano.

Ecclis domine Putamus vos audiuisse quod preterita hieme Voiewoda Valachie abiectis federibus Iureiurandoque violato, et nulla denunctiatione facta, hostiliter in confinia terre Podolie ingressus, prouinciam Pokuczie nuncupatam, in qua quindecim Opida, ville trecente possessionate esse feruntur occupauerit. Quam iniuriam etsi per aliquot menses dissimulando tulerit Mtas Regia, proxime tamen in initio Augusti Exercitu mercenariorum militum selectorum illuc misso et prouinciam hosti eripuit Mtas sua, et ternam est de illo victoriam consequuta, primam quidem et secundam in pauciore hostium numero, Sed terciam Vbi ipse Voiewoda presens erat in multis millibus hominum. Meminisse enim potestis ex anterioribus Bellis contra Valachos gestis, quod preualentibus et numerosis copiis Voyewode stipati esse soleant. Ex qua Victoria, cum Mtas sua cum vniuersis Subditis suis mirifice esset consolata, participem eius sui gaudii Sanctissimum dominum nostrum et Rmum dominum Cardinalem facere per lras voluit, quas Vos Mtis sue nomine, cum primum in manus vras peruenerint presentabitis, et referetis ope diuina et fortuna principis uri religiosissimi, contra omnium opinionem factum esse quod per paucos nostros milites Validissimus Scysmaticorum Exercitus est prostratus, multi cesi, multi capti, ipse Voiewoda vulneratus, Tormenta bellica magna circiter quinquaginta, cum toto comeatu et curribus onerarijs adempta. ob quod factum cum nos poloni omnes hic benediximus Deum, et fortune Mtis Regie gratulamur, Vos etiam idem istic facere et domino deo gras agere conuenit cum ceteris Mtis sue qui istic agunt Subditis. Bene valete. Datum Crac iij 1532

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo quinto Christianorum Cesari

SERmi ac Excellentissime princeps et domine Fr et consanguinee noster charissime ac honoran. Credimus non ignorare Maiestatem vestram Sermam esse in vicinia nostra Valachos populos bellicosos, et in militari disciplina exercitatos, quibus semper Tyranni Voijewode preesse consueverunt, qui, etsi Christianorum principum nomen sibi ab antiquo usurparunt, nihil tamen minus unquam prestiterunt quam quod ad officium professionis Christiane pertineret. Nam et qui predecessorum nostrorum tempore vixerunt, quique etate nostra gentibus predictis imperarunt, continuas insidias et bella Regno et Subditis nostris moliebantur, ita etiam Voiewoda presens, maiorum suorum morem imitatus, hijeme proxime preterita ausu temerario et libidine nephanda concitatus contra federa et iusiurandum quod nobis prestitit, Provinciam Regni nostri sibi propinquiorem hostiliter invasit, et in defensam propter insperatam eius perfidiam occupavit. Qua iniuria nos provocati, cum suasu Consiliariorum nostrorum ad eripiendam provinciam ab illo nostram paulo ante Exercitum misissemus, factum est, ope divina et fortuna nostra, quod Capitaneus nostri Exercitus, partim stratagemate, partim sua militumque bellica virtute, primo adventu Valachos hostes nostros e sedibus dicte Provincie, non parva strage facta eiecerit. Ad quem casum excitatus perfidus hostis, etsi valida manu atque pregrandibus copiis comparatis, recens demum adversus nostros aciem instruxisset, Dei tamen omnipotentis auxilio, cui fraus et iniusticia ipsius probe erat cognita, et Ductu Capit atque fortitudine militum nostrorum iterum de illo summus insignem Victoriam consequuti. Ita quod ipse hostis in vulneribus duobus susceptis et vexillo suo potissimo, atque tormentis bellicis circiter quinquagita

amissis, coactus sit cum legionibus suis fuga sibi consulere. De quibus pars magna cesi, pars in captivitatem ducti sunt. Quo optatissimo nuncio, cum nos maiorem in modum simus consolati, Leticie eius nostre et publici tanti gaudii participem quoque Sacram Maiestatem Vestram facere volumus, quam pro sua erga nos benevolencia et amore fraterno in hoc nobis congratulaturam esse confidimus, et favore suo nos ita in reliquum tempus adiuturam. Ut omnipotens deus, qui victoriam nobis et Christiano subiectionis nostre populo de perfidis hostibus tribuere incepit, misericorditer prosequi ad gloriam nominis sui dignetur. Commendamus nos amori et benevolencie vestre Cesaree Maiestatis, cui omnia felicissima a deo precamur, et ut diu cum summa Imperii et gestorum suorum laude et gloria vivat, vehementer ex corde desideramus. Datum Cracovie

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Dantisco Episcopo Culmensi: suo apud Cesarem Carolum V. oratori.

Reverende in Christo pater, syncere nobis dilecte etc. Voyewoda Moldavien et predecessores sui ut mos est et impietas tyrannorum, nihil unquam fideliter quod tenebantur memoria nostra Regno huic nostro prestiterunt. Nam eque hij qui nobis, quam qui predecessoribus nostris iure et federibus Christianis alligati erant, non magni apud se estimabant fidem violare. Is tamen Voiewoda qui in presens sub imperio tenet Valachos, perfidia et omnis generis iniqua fraude ceteros superavit. Nam preter omnem expectationem nostram hyeme preterita firmissimis federibus et Iureiurando quo nobis tenebatur pessundato, hostiliter regnum nostrum invasit, et provinciam nostram suis finibus

adiacentem que Pokucie nuncupatur violenter occupavit. Quam nos iniuriam cum ferre diu non possemus, Exercitum mercenariorum selectorum militum comparavimus, quem etsi non multo ante festum Sancti Jacobi ad loca que presidiis hostis firmata erant admoveri feceramus, iam tamen ternam ex illo consequuti sumus victoriam. Adventu enim primo nostrorum ad hostium stationes, supra decem firmissima presidia uno die et stratagemmate Magnifici Joannis Comitis de Tharnow Palatini Russie et Capitanei Exercituum Regni nostri generalis sunt disturbata, Provinciaque nostra Pokucie tota, illo die, cum multa hostium strage recuperata, ad ~~quam~~ quem novum casum cum numerosi rursum hostes accurrerant ~~circa~~ Castellum Koosdier, quod obsidione gravi cinxerant, sunt per nostros profligati. Tercio ipse Voievoda Tyrannus perfidus in Octava Assumptionis beatissime virginis Marie produxerat secum instructas suas omnes copias, et ad locum ubi in statione erant nostri milites vallo et curribus ut mos est cincti, omnem vim armatorum et tormentorum bellicorum admoverat, ibi tum nostri priore victoria animati et ope divina adiuti, tametsi vix sextam partem hostium numero suo equarant, commiserunt prelium et cum hostibus pro iniuria facientes ad quinque horas sine intermissione conseruerunt manus, illosque ad internecionem usque prostrarunt. Nanque preter multa millia cesorum, Vayvoda ipse dupliti vulnere est affectus. Thormenta bellica quinquaginta, cum curribus onerariis, et toto commeatu sunt adempta. De qua felici victoria, cum nos heri accepto Nunctio mirifice exhilarati essemus, continere non potuimus quin eius nostri gaudii, Cesaream Maiestatem et Serenissimum dominum Ferdinandum Romanorum ac Hungarie et Bohemie etc Regem participem faceremus. Quare scribimus utrique illorum de hac nostra felici et optata victoria, quam Paternitas Vestra verbis nomine nostro amplioribus tam apud illos quam et apud alios principes et ordines Romani et Germanici Imperii nobis bene volentes exornabit. Et ipsa pro sua erga nos fide, deo qui in Celis est supplicabit ut eam victoriam quam nobis

de perfidis hostibus tribuere incepit misericorditer ubi opus adhuc fuerit prosequi dignetur. Cum autem declarabit p. sua querentibus victoriam hanc ut successit, advertat diligenter quo quis vultu, et qua gratitudine illam excipiet nobisque de his certiorem per litteras suas faciat.

Illustris domini Ludovici Ducis voluntatem de matrimonio cum Illustri filia nostra ineundo, ex litteris tue p. perspeximus esse difficilem et inanem. Nam cum duras condiciones proponat quas nobis prestare integrum non est, facile cognoscimus illi hanc coniunctionem nostram non esse necessariam, quare paternitas tua nihil amplius in ea re cum cum ipso agat ut magis honeste poterit silencio totum negocium pretermittat, pro officio suo et gratia nostra factura. Datum

Tomicius: Dantisco.

Reverende in Christo pater et domine, amice honorandissime. Intelliget D. vestra ex Maiestatis Regie litteris, quam felicem victoriam Maiestati sue et Regno de hostibus perfidis Valachis, Deus Omnipotens hoc tempore concedere dignatus est, ob quod omnes Regni incole exultant et letantur vehementer, deus omnipotens de tanta sua erga nos clemencia qua nos patriamque nostram tuetur, sit benedictus in secula. est supra

Post initas Annales in Regno Hungarie inter Reges dissidentes inducias, fuit hic D. Hieronymus Laski deinde recta hinc ad Serenissimum Regem Romanorum Pragam profectus erat, nunc iterum in Hungariam reversus est, unde scripsit Maiestati Regie se humanissime per Serenissimum Regem Romanorum et susceptum et tractatum esse

Cum quo se multa egisse declarat de concordia futura, ad quam concludendam Regem Joannem missurum esse ad Conuentum Imperii Spirensem suos Or^res affirmat, Significat etiam velle Regem suum Joannem postulare a M^te domini mei, vt illuc quoque Spiram Insignes super concordia tractanda et concludenda mittat Oratores. In qua re quid agi conueniat M^ti sue plane est incognitum, presertim cum Serenissimus Rex Romanorum nulla significatione aperire M^ti sue velit, qua mente, quóue consilio de concordia fuerit, sicut ex exemplo l^rarum M^tis illius hic alligato quibus ad l^ras domini mei respondet d. v^ra R^ma perspiciet. Reyicere enim videtur M^tas illius ad M^tem domini mei, officium proponendi media concordie quod semper M^tas domini mei, vt inuidiam vtrinque fugiat, facere deuitauit, Mallet siquidem ex ipsorum mutuis oblationibus conditionum honesta suadere media, quam illis vtrinque silentibus aliquas que fortasse non placerent condiciones proponere, Quare cum istic iam esse putem Serenissimum dominum Regem Romanorum D. V^ram rogo, vt perquirat vndecunque melius potest, quo animo sit illius M^tas ad concordiam et pacem cum Aduersario suo mecum dam et secum perpendat, deceat ne M^tem domini mei ad postulationem solius Regis Joannis, cum Serenissimus Rex Romanorum apud M^tem suam id non postulet, Or^res Spiram super ista concordia mittere, et consilium de hac re ad me suum perscribat vt et ipse scire possim, quid M^ti Regie in hoc negocio consulere debeam

Laboraui diligenter apud M^tem Regiam de reuocanda D. V^ra R^ma ab isto vt appellat exilio suo, Sed tamen nihil proficere hactenus potui M^tas enim sua non putat sibi integrum hoc tempore istinc D. V^ram auocare, quo potissimum de difficillimis et magni momenti rebus multa sperat suo nomine tractari debere. Ad quam tractationem neminem preter R^mam D. V^ram ita aptum habere posset, Quare ego rogo ab illa ferre velit equo et pacienti animo reliqui istius parui temporis moram et cepto officio M^tem suam

sibi demincere curet. Postquam enim Caesarea Mtas relinquet Germaniam, non dubium est Rmam D. vram, tum quoque huc ad nos redituram

Serenissimus Rex Ferdinandus adiuuare volens Mtem Regiam in collocanda recte Illrma d. Hedwigi filia Mtis sue interponit consilia et persuasiones suas apud Mtem suam vt illam domino Palatino Rheni despondeat, Cuius vires et fortune cum non sint Mti Regie cognite, heret hactenus in consiliis istis dispiciens diligenter, quod possit filie sue honoratius Matrimonium deligere. Quare rogo hanc ob rem etiam D. vram vt disquirat de bonis istius D. Palatini, de condicione successionis et de numero fratrum, aut aliis id genus que scire in primis Mti Regie tradere filiam viro volenti conuenit, vt scire possimus in quam condicionem collocari hec honestissima et omni virtute ornatissima puella. Comendo me amori et beneuolencie semper vestre Rme Dnis quam dnus deus diu seruet incolumem et felicem, et ad nos sanam et letam cito reducat. Datum Cracouie. 3. 7bris. Anno domini M° D° xxxi°.

Descriptio victoriae de Valachis partae in augusto . 1531 .

Vaywoda Moldaviae et predecessores eius, ut perfidorum mos est, nihil unquam longo iam tempore Regibus et Regno Poloniae, quod tenebantur, prestiterunt, quo ipse Voievoda imixus, hyeme preterita, preter omnem expectationem, federibus et iuramento que fecerat neglectis, nullaque hostilitatis denunciatione premissa, Provinciam Regni Poloniae Pokuczie nuncupatam, fide et honore posthabito, occupavit. Quam iniuriam cum Sigismundus Poloniae Rex diutius ferre non posset, Exercitum Selectorum mercenariorum militum ex Regno suo comparavit, et conscribi iussit opera Mag[nifi]ci D. Joannis Comitis de Tharnow Palatini Russiae et Exercituum regni Poloniae Capit. gnalis, quem ille variis in locis, ne hostis certum numerum scire posset, collegerat et disposuerat. Et non multo ante festum Sancti Jacobi, ad loca, que presidiis hostis firmata erant, admoveri iusserat. Constabatque totus ille Exercitus Equitibus, preter 300 pedites, qui machinis et bombardis erant additi. Ex his Equitibus ipse Capitaneus gnalis premisit . 2000 . et aliquot centum Equites, qui preter Valachorum spem et scientiam variis in locis provinciam illam Pokuczie adorirentur. Valachorum ibidem in presidiis erant fortassis . 1400 . bello apti, preter aliam colluviem. Poloni milites mandata Capitanei strenue exequentes, non una ex parte eam Provinciam invaserunt. Confligentes cum hostibus multos trucidarunt et non paucos vivos ceperunt. Inter quos erant plerique ipsius

Valachi familiares et Aulici, Atq in duobus diebus totam illã
prouinciam recuperarunt, preter Castrum quoddam Cwoszhiecz
quod cuidam Nobili polono Thworowski nuncupato, fuerat adem:
ptum. Hoc tamen etiam paulo post obsidentes in ptatem suam redé:
gerunt, et illi quendam Prefectum militum Wlodek nomine pre:
fecerunt, Pauci ex ista Polonorum irruptione Valachorum qui super:
fuerant euasere in Valachiam, Huic victorie Capitaneus
gnalis Comes de Tharnow non interfuit, sed cum potiore Exer:
citus parte rerum euentum non procul prestolabatur, Victorie
vero Nuncium cum quibusdam captiuis Nobilis quidam Juuenis
Spitek de Tharnow Sexomo Polonie Regi Cracouiam apportauit
paulo post appulit etiam ad S. Mtem Regiam Cuosus dominus
Hieronymus Saffraniecz, qui plurimos ex ea victoria captiuos at:
tulit, Hÿq hincinde per Castra Regia habentur distributi.
Post hanc acceptam cladem Voiewoda Valachus peritus omnes
quas potuit suorum copias congessit, et in tres exercitus diuisit
eratq numerus omnium supra viginti millia, cum hys in pro:
uinciam Pokuczie perueniens. 6000. Equitum ad recuperandum Ca:
strum Cwoszhiecz transmisit, De quo certior factus Comes de Thar:
now Capitaneus gnalis mature cum toto suo Exercitu, et hys
qui vltro se adiunxerat, ad succurrendum obsessis, et Castro, affuit,
Hoc videntes Valachi. 19. Augusti preteriti cum Exercitu Polono
manus conseruerunt; In eo conflictu, cum dei adiutorio Poloni
superiores facti Valachorum ista sex millia profligarunt, et in
fugam verterunt, Multi illorum cesi, capti qz plurimi, et preser:
tim de illis, qui ipsius Voiewode Curie inseruiunt. Hanc suo:
rum stragem quum a duobus suis Capit. qui ex prelio profugé:
rant, Voiewoda audiuisset, commotus iussit illis amputari capita,
Sed aliorum precibus victus, cathenis ferreis vinctos custodie ma:
dauit. Ista est Valachorum consuetudo, Vt eos omnes qui
ex pugna euadentes domum reuertuntur, suppliciis grauioribus, q
si in bello cecidissent afficiant. Hinc fit Vt in confligendo multo

aliis nationibus sunt feroces. Accensus itaque Valachus ira pa-
riter et pudore, ipse in persona cum suis omnibus Polonos septos
Castris, ut eorum mos est, curribus et vallis factis, cum multis
magnis bellicis tormentis, que secum duxerat, aggressus est. Cum-
que Poloni sic cincti non excedentes sextam partem numeri, quem
secum habuit Valachus, vim globorum ulterius ferre non pos-
sent, prioribus victoriis animati, et ope diuina adiuti, extra val-
lum, in ordinibus suis prosilientes, prelium commiserunt, et cum
hostibus pro perfidia expostulantes et certantes ad quinque horas
sine intermissione conseruerunt manus, Illosque ad internicionem
usque prostrarunt. Nanque preter multa millia cesorum Voiewoda
ipse fugiens duobus vulneribus acceptis est affectus. Tormenta
bellica magna quinquaginta cum pulueribus, globis, curribus
onerariis et toto comeatu capta, Inter que fuerant quedam ante
triginta annos et quatuor Polonis et superioribus annis, ipsis
Transilvanis Hungaris adempta, Item duo vexilla maiora
et principaliora, Tympana et multa alia aparamenta bellica,
que omnia facta sunt 22. Augusti preteriti. Poloni prosequen-
tes victoriam insecuti sunt fugientes Valachos per miliare Ger-
manicum unum cum dimidiato, trucidantes et plerosque de Nobi-
lioribus viuos capientes. Fuit cesorum ingens numerus et
inter eos multi de primoribus Valachi reperti. Hunc letum
victorie Nuncium attulit Ser^mo^ Polonie Regi quidam Prefe-
ctus militum nomine Szwienczizki 29. Augusti, Cracouia.
Postero die missus a Comite de Tharnow Capitaneo generali qui-
dam Iuuenis Nobilis nomine Sbigneus Szyrnyenski, quosdam
S. Ma^ti^ Regie etiam captiuos attulit. Et inde alius prefectus mi-
litum Jaslowieczki duxit secum magnum captiuorum numerum, Inter quos
est, qui dicitur sermone Valachico Logoffet, quod est apud illos
supremi Cancellarii nomen. Item et poculator seu pincerna, et stru-
ctor mense, cum plerisque aliis ipsius Valachi officialibus, In summa
nihil aliud ex eo conflictu secum quam duobus vulneribus sanciu

corpus asportavit Valachus, qui non immerito perfidie sue sic dedit penas. Hic tantus timor suos in Valachia invasit, ut multi in Hungariam et Moldaviam quottidie cum bonis suis profugiant. Christo Domino sit honor et gloria et omnis graciarum actio, qui Serenissimum Polonie Regem quam diutissime contra Crucis sue hostes vincere et triumphare concedat. Amen.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Alberto Gastolto palat° Vilnensi

Accepi litteras Mag^e vestre quibus de victoria contra Valachos feliciter parta Mti Regie gratulatur, quam gratulacionem, ego nihil dubito ab syncero animi affectu, et integra Mag^e vestre erga Mtem Regiam fide profectam, cum sciam illam et bonum servitorem et Consiliarium esse praecipuum Mtis sue regie fore. Utinam hec bene cepta omnipotens deus et fortuna cumulaciore adaugeat et optato exitu transigat. Nobis certe subditis Mtis sue nihil gracius iucundiusque contingere posset.

Quod Mag^a vestra scribit Valachum per Moscorum Ducem subornatum esse ad insidias Mti Regie parandas, ego quoque idem cum Mag^a vestra sencio, et propterea expedire arbitrarer, ut illa cum dominis Consiliariis diligenter curaret de recipiendis cum Mosco Induciis, ne Mtas Regia duorum hostium inimicicijs distracta, minus quam deberet in defensione terrarum suarum prestare posset

Conventus Regni nusquam est adhuc indictus, sed spero illum brevi pro:
clamari, ad quem ut Mag^a V^ra cum caeteris dominis Consiliarijs
Dr^ues mittant, negotia tam Regni huius quam Ducatus istius postulare vi:
dentur. Nam multa ex illis rebus quae per R^mum dominum Episco:
Sapiha pum Miednicen, et dominum ~~Sapiha~~ palatinum Podlasensem eius regni
Consiliarios erant Nunciata, manent adhuc suspensa, quae tamen ego
confido Mag^am V^ram pro sua prudentia expensuram et perspecturam
Cuius me Amori et Benevolentiae.

[illegible] pro.
[illegible]rijs
[illegible]ar. vi:
[illegible]pisco:
[illegible] regin
[illegible]ie n.igo
[illegible]trrea)

R me m[illegible]

morum[illegible]

dens d[illegible]

clemen[illegible]

perscri[illegible]

toto c[illegible]

Deprec[illegible]

victori[illegible]

Nona [illegible]

Regin[illegible]

firet [illegible]

mmcti[illegible]

mpta [illegible]

mentis[illegible]

ri poss[illegible]

m neq[illegible]

hoc p[illegible]

ipsum [illegible]

remta[illegible]

.xxxi.[illegible]

Stephanus Brodericus Eps Seremien
Petro Tomicio Epo Cracouien &
Regni Polonie Vicecancellario.

Rme in Chro pr et domine domine mihi obseruan^mo. Seruiciorum meorum comendacionem. De felici victoria, quam dominus Deus dignatus est concedere Sacre Regie Mti domino nro communi clementissimo quam D. vestra Rma dignata est mihi literis suis perscribere. Primum ago gras deo Omnipotenti, deinde gratulor ex toto corde sue Sacre Mti et vris d. ac toti isti Nobilissime nacioni. Deprecans diuinam Mtem vt sepe dignetur talibus et longe maioribus victoriis et triumphis vras d. et nos quoque vobiscum exhilarare.

Noua apud nos non sunt alia, nisi que Tranquillus Secretarius Regius ex Constantinopoli hodie reuersus attulit, que partim referet vestre Rme D. Dnus Melchior Secretarius Regius, et nuncius ad istam Sacram Mtem, partim ego qui credo me breui iuxta id quod video esse voluntatem Regie Mtis domini mei clementissimi, apud vras D. futurum, hoc vnum et nunc scribere possum Tranquillum omnia pro voto Mtis Regie expediuisse in negociis non parui momenti. Negocia pacis et omnia ad hoc pertinencia vestre Rme D. vnice comendo, et cum hoc me ipsum ac seruicia mea, que et felix valeat. Ex Cenobio Heremitarum viii Octobr. Anno domini M°. D°. xxxi°.

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Cracouien et
Regni Poloniae Vicecancellario

R^me^ domine. Scripsi alias ad vram R^mam^ Do. longe fore melius et ad componendam concordiam accommodatius, si aduersarius in literis suis minus acerbis vocabulis uteretur. Nunc etiam hoc idem sentio, et manifeste video, neque scio quid prosint ei talia. Nunc etiam iste literae quarum exemplum huc est missum plene erant fellis, illud vero quo magis intollerabile, quod subditi eius Hungari, spreta omni Induciarum obseruatione faciunt, qui et nunc contra foedera, collectis Exercitibus praedantur, qui in ptate eorum numquam fuerunt, nisi forte aliqua ex eis tunc quando nos in Tharnow eramus. Nos tamen omnibus istis non curatis causa boni publici tenemus Principem meum, ne quod aliud commertium rebus suis querat, quod omni temporis momenti in manu habet.

Ioannes Rex Vngarie Dalmatie Croacie Slauonie.
Sigismundo primo Regi Polonie: Affini suo.

S. Ser.mi Princeps affinis et tanquam frater noster charissime atque honorandissime. Que Sertas vestra nobis scripsit intelleximus, illud etiam vidimus, quod aduersarius noster ad Maiestatem vestram scribit, Tam in negocio Castri Hunyad quam in facto depredacionum que fiunt circa Castra Byzegh et Repach per Thurcos, et profecto optaremus vt vel vera refferrentur aduersario nostro vel sue factionis homines ansam et causam non preberent violationi federum et multorum malorum, quod enim ad Castrum Hunyad attinet, Sit certa Sertas vestra nihil ibi innouatum, Sed seruari ea que ante Inducias annales inter prefectos nostros et Castellanos illius Castri sunt conclusa et concordata. Si autem circa Repach et Bizegh per Thurcos aliquid perpetratur contigit illud vicio et culpa factionis eius hominum, qui assueti equos et pecora a Thurcis rapere neque nunc abstinent a simili questu, vnde illi irritati sicut iam sepe prefecti illarum terrarum conquesti sunt, pro equis et capris, fortassis Christianos abducunt, quod quam graue nobis est solus deus scit, videntur enim nobis viscera distrahi cum quid tale audimus. Scripsimus tamen ad potentissimum Imperatorem, vt suos a talibus arceat. Rogamus etiam Maiestatem vestram vt det operam, ne irritentur illi ad male agendum. Nam innumera mala et varias Induciarum violaciones factas per aduersarios, plane per nuncium nostrum significauimus Maiestati vestre, que si huc miserit aliquem prudentem seruitorem suum intelliget nos et vera scribere, et Regnum nostrum ita lacerari per aduersarios ac si nulle essent Inducie, vnde nisi Sertas vestra de remedio cogitauerit, Nos quoque cogemur saltem resistere aduersariis, in hijs que ante Inducias possedimus. Reliquum est Maiestatem

vram optamus Incolumem esse ac felicissime valere. Datum in Clau:
stro fratrum Heremitarum sub Castro Sancti Michaelis fundato. octa:
no die Mensis Octobris. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regno:
rum nostrorum Anno V.

Scriptis hijs supervenit Tranquillus Secretarius nr ex Constantinopoli
qui quales literas attulit, in negocio, pro quo eum miseramus, earum
exemplum voluimus vestre Mti de verbo ad verbum mittere, vt etia
ex hoc intelligeret, malorum si que sunt, causam, non Thurcas sed
Subditos Adversarii nri esse. Illud non satis meminimus, Si vestre
Mti Significavimus, quod potentissimus Thurcarum Imperator su:
perioribus diebus ad nram intercessionem fecit, Non solum enim
restituit aliquot Arces, opida, et villas plenas habitatoribus
in Sirmio, Sed etiam iussit demoliri et a fundamentis exui Ca:
stellum quoddam, quod superiore autumno Zanchiacus Bozneu in
vlteriore ripa Savi fluminis in perniciem Christianorum extruxe:
rat, Vnde infinita mala Subditis Corone Hungarie ad Adversarium
nostrum pertinentibus inferebantur. Restituit preterea eodem te:
pore multa millia captivorum, ex quo etiam vra S. Mtas facile
iudicare potest, quomodo se Thurce gererent, Dummodo ab Adver:
sariis nris assidue non irritarentur, Et quam sit vel damnosa vel vtilis
Christianis nra cum Thurcis amicitia, que hoc etiam boni, hac
proxima legatione Xpianitati peperit, quod Transalpina seu Multania que
in magno erat periculo, ne in formam Provincie et in Zanchia:
chatus suos prefecturas redigeretur, est ab hoc metu liberata, Pru:
dencius nra quidem sentencia Adversarius faceret, si suos a Thurcis
irritandis cohiberet, et si a nobis quoque contumelia afficiendis sibi
aliquantulum temperaret, qui in hijs versamur et laboramus,
que si recte iudicentur Ei quoque et Provincijs eius sunt emolumento
de quibus plura agemus cum vestra Mte per Oratorem quem sumus
ad eandem missuri.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Sigismundo de Erbstein Regenti Austrie.

Mag^ce domine Syncere nobis dilecte. Postulantibus a nobis Ser^mo Romanorum et Bohemie Rege, et Adversario illius M^tis, vt Arces quatuor in Regno Hungarie ab vtraque parte binas in sequestrum et custodiam nostram cum Ill^ri domino Georgio Duce Saxonie Affine nostro recipere non gravaremur, quoadusque annalium Induciarum tempus vtrinque susceptum non efflueret, recepturos quidem nos illas consensimus et recepimus. Sed de stipendio tamen militibus et prefectis Arcium ita convenimus, Vt tam M^tas illius, quam Adversarius suorum Castrorum presidiis et prefectis a nobis assignatis, stipendium in singulos menses numerarent condicione adiecta Vt si non solueretur stipendium Capitaneis liberum esset Arcem tenere vel relinquere. Cui Conuencioni cum scribant prefecti nostri per Ser^mum Romanorum Regem hactenus satisfactum non esse quando neque stipendium est illis numeratum, neque caucio vlla de illo soluendo facta. Necessarium visum est nobis Mag^cam tuam tanquam loco Regis Romanorum M^tis presidentem admonere, Vt de racione soluendi emeriti et futuri stipendii tam prefectis quam militibus, in sequestratis Castris collocatis, in absencia M^tis sue prouideat, ne diuturna solucionis mora aliquid vel damni vel incomodi Castris predictis afferre, et ad condicionem deserendi illas adigere posset. Quare postulamus a tua Mag^cia vt hac admonicione nostra mature lecta, et quod facto opus est curet, et mature quantum in ea erit prestet. Rem non minus gratam nobis quam necessariam facture. Cracovie xxi^a Octobris. Anno M°. D°. xxxi°. Regni nri xxv^to.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell: Zophiae Ducisse Masouie.

Illma Princeps et domina domina Honorandma. Accepi
Illmae D. vestrae lras, cognitoque instituto Illris D. vestrae, de collocan-
da illuc in Matrimonium Illri domina Anna sorore sua, quo et
Serenissimus Rex Romanorum et alii suadent atque optant. Scripsi per-
suasionem et consilium meum ad Illrem suam, ut locum et occasio-
nem nuptiarum quae cum dignitate tocius domus suae essent futu-
rae, non obmitteret. Et deinceps etiam quando id expedire censuero, omnia
faciam et suadebo, quae ad constituendum conciliandumque illud ma-
trimonium commode pertinere arbitrabor. Caeterum ut Illris D. vestrae
desyderio satisfaceremus, curavi, ut lre Mtis domini mei ad Serenissimum
Regem Joannem in negocio Illris D. vestrae scriberentur, quas per
presentem Illmae D. vestrae Nunctium mitto. Et me officiaque et obse-
quia mea illi sicut et matri atque fratribus Illris D. vestrae consueve-
ram, Commendo. Felicissimamque illam esse et diutissime salvam
ac incolumem vehementer desydero. Datum Cracoviae die xxia
Octobris. Anno domini Mo. Do. xxxio

Andreas Cricius Eps Ploceñ
Petro Tomicio Epo Cracouieñ
Regni Poloniae Vicecancello

Rme in domine, Magnopere mihi probatur sententia vestrae Rmae D. de mutuo nro et Sermi Principis iuramento, nam omittere illud est omittere substanciam et vinculum tocius huius actionis, praestare vero simpliciter periculosum esset non nobis solum, sed etiam Sermo parenti, novit enim Vra Rma D. illud Senecae, quod nec regna socios ferre nec taedae sciunt, et quemadmodum plerumque adulti filii negocium suis parentibus exhibere soleant, documento est Absolon et plerique alii. quando autem Mtas sua praestabit iuramentum ad observandum ritum et formam Coronacionis, et nos vicissim adiectis duabus condicionibus praestabimus, res erit mea sententia, ex omni parte salva. Me Rmae D. Vestrae humiliter commendo.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Joachimo Marchioni Brandeburgeñ

Illme Princeps et domine, Affinis nr charissime. Accepimus litteras Illtis vestrae, quibus declarat non fore sibi integrum ut aliquem de suis ad Conventum Regni nri proxime habendum mitteret, qui contra Mathiam Thuczenski de Vedel, de his de quibus est per Vram Illtem et alios criminatus, actionem instituat, cum et loci ab illa ad nos magnum intervallum intercedat, et tempus habendi Conventus illi sit incognitum, subiungens se praestare malle, ut si a nobis ad hanc rem cognoscendam Commissarius designetur Magnus

Lucas de Gorka Castellanus Posn. et Capt maioris poloni' gnalis ad illum aliquem eiusce rei gra mittat hominem. In qua re tametsi nos commoditati Illr vestre consulere optaremus quia tamen decretu quod nobis renocare non licet diximus Vt Matthias Thuczenski de We; del predictus in Conuentu Regni proxime celebrando innocentiam suam de obiectis criminibus purget de quo et Illr dominum Duce pomerania Nepotem nrum et alios qui illum accusant certiores fecimus Illr vra id quod iam factum est boni consulere, et si illi vi; debitur expedire, ad conuentum quem hic Cracoviae pro festo Sancti Nicolai proxime futuro indici fecimus et agere decreuimus contra Matthiam Thuczenski de Wedel aliquos Actores mittere velit Id quod vestrae Illr arbitrio permittimus. quam cum suis omnibus fe; liciter valere optamus. Cracoviae xxii Octobr. Anno domini Mo .. Do .. xxxio. Regni nostri anno xxv to

Illr Princeps et domine Affinis nr charissime. Accepimus lras Illr vestre quibus declarat non fore sibi integrum Vt aliquem de suis ad Conuentum Regni nri proxime habendum mitteret, qui contra Matthiam Thuczenski de Wedel de his de quibus est per vram Illr et alios criminatus actionem instituat; cum et loci ab illa ad nos magnum interuallum intercedat et tempus habendi Conuentus illi sit incognitum, subiungens se praestare malle Vt si a nobis ad hanc rem cognoscendam Commissarius designetur Magcus Lucas de Gorka Castellanus Posnanien et Capitaneus maioris poloni' gnalis ad illum aliquem eiusce rei gra mittat hominem. In qua re tametsi nos commoditati Illr vestre consulere optaremus, quia

Sigismundus Rex Polonie
Andree de Tenczin Palat° Craccouien

Mag.ce syncere nobis dilecte. Accepimus lras S. tue, quibus nos certiores facit de retentis in Crasnistaw mercibus Andree Carcocandille mercatoris Graeci propter transgressionem vectigalis seu Thelonei in Belz non soluti, et simul a nobis rogat Ut aliquem nomine nro istuc ad conspiciendas merces a quibus solui vectigal debeat mitteremus; Nos quod ad transgressionem attinet, ita S. tue committimus Ut illam fraudi esse non permittat Andree Greco predicto. Nam quod nos semel illi per lras nostras in vectigalibus ad intercessionem Imperatoris Turcorum condonavimus, id illi integrum et inviolatum praestare volumus. Caeterum in conspiciendis rebus cum neminem habemus cui plus in ea re quam S. tue fidere debeamus, illi ipsi eam facultatem concedimus, Ut res et merces Andree predicti conspiciat, illasque estimet, tempore suo nobis estimacionis facte et compensacionis racionem redditura. Que bene valeat

Datum

Sigismundus primus Rex Poloniae Barnimo Duci Pomeraniae.

Illx Princeps et domine Nepos charissime. Gratissimum et commendatum est apud nos studium et officium Illr vestre, quod in coercenda oprimendaque furenum predonum, et grassatorum licencia in suis terris diligenter et industrie prestat. Hac enim racione et mali a nocendo absterreri, et boni in libertate societatis humanae, que tuta esse debet, conservari facile poterunt. De nostro etiam Draymen prefecto Nobili Joachimo Czmer non mediocriter contenti sumus quod noxios homines prehendat, sed illud vicissim non sine gravi displicencia in illo ferimus, quod alterum de captis predonibus vzt Michaelem Lopielowski extra illud Drahymen territorium ad terras Illr vestrae recipi permiserit. Cum tamen preter scienciam nram id quod noluissemus de uno contigit, de altero id minime fieri permittimus, ipsa enim Illr vra iudicare potest, quam non conveniat nobis ex multis ronibus maleficos homines deprehensos e regno nro in alterius dominium ad supplicium dare. Quod vero ad alios predonesque infamatos attinet, quibus Illx vra censet nimium et longum nimis publice fidei seu salvi conductus tempus per nos datum esse, statuere nunc aliquid certi non potuimus, cum omnia negocia que iuris sunt ad Conventum Regni nri pro festo Sancti Nicolai proximo hic Cracoviae celebrandum reiecimus. Verum cum hic illi ipsi infamati quibus dies est statutus ad se expurgandum coram nobis comparuerint et nos de illorum castigacione atque aliis rebus publicis simul cum Consiliariis nris agemus, id etiam inter cetera ad illorum consultacionem deferremus, et quicquid de minuendo salvi conductus tempore nobis et iisdem Consiliariis nris tum videbitur, ex quo simul illud et Illti vestrae declarare curabimus. Quam interim bene valere etc.

felicem esse optamus. Datum Cracoviae die xxii. No-
vembris. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni
vero nostri. Anno xxv^to.

SIgismundus Rex Poloniae.
Joachimo Marchioni Brandeburgen

Ill^{is} Princeps et domine, Affinis noster charissime. Accepimus
litteras Ill^{tis} vestrae quibus et nostris prioribus de negocio predonum scriptis
respondet, et de equitatu illo circa fines Regni nostri congregato aliam
rationem explicat quam quod nobis dixerant animo invadendi negoci-
atores homines societatem inivisse. que res est nobis non minus grata
quam id est iucundum, quod ex hac congregatione mercatores ad conventum Do:
minum usum negociantes, nihil damni in rebus suis susceperint.
Coeterum, et illud nobis vehementer in litteris Ill^{tis} vestrae placuit quod
in terris suis se curaturam pollicetur ne quid periculi et damni a pre:
donibus quibusvis mercatoribus intendatur. Quo officio Ill^{tis} vestrae,
nos quoque imitati, etsi antehac predonicam pestem persecuti simus Nunc
tamen tanto diligentius ad abolendam illam, animum adiecimus, et
Capitaneis nostris serio precepimus, Ut de investigandis cuiusvis generis noxiis
raptoribus diligentem in regno nostro curam habeant, ne hominum nego-
cia et honesta quies rapinis violentis perturbetur, ac de Matthia quidem
Tnczenski de Vedel quem Ill^{tas} vestra nobis scripsit predonum recepta:
torem esse, mandaveramus inquiri diligenter, qui dum cognovit
Capitaneum maioris Poloniae domini sui munere ad nos advolavit
et precatus est a nobis enixe Ut illum ad purgationem de tanto crimine
sibi obiecto admittamus, quod cum officio nostro Regali convenire censui:
mus Ut hominem de cuius fama et honore agitur non prius pena affici
mandemus, quam sit claro et aperto testimonio de crimine convictus
statuimus illi purgationis locum et tempus in Conventu generali proxi-

hic in regno nro celebrando. Quia autem Actorem necesse erit contra illum habere, qui illi palam obyciat in quo accusatur, postulamus ab Illr vra ut aliquem eorum ad proximum nri Regni Conventum mittere velit, qui quod dudum de illo praedicarunt, tum in publico contra illum proponant. Ubi nos auditis propositionibus et responsis cum toto Senatu nro id de illo statuemus et decernemus, quod evidenti testimonio promeruisse fuerit comprobatus. Bene valeat Illr vra et sit semper incolumis et felix. Datum

Hieronymus de Lasco Vaiuoda Transiluanie: Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancellario

Rme in Chro pr et domine domine ac amice honorandme. Salutem et servitiorum meorum comendationem, paucis ea que hic habui nova duxi vestrae Rme D. perscribere ut et eorum que fiant esset certior, et meam in se propensionem hoc etiam parvo indicio Vra Rma D. cognosceret.

Dieta Spiren fuit nulla ad quam licet Serenissimus Romanorum Rex agendam advenisset, cum tamen nemo Principum adfuisset. Dempto Palatino Reni electore, qui ex Colenberg Spiram duobus distabat miliaribus ac Epo Spiren cuius sitas quoque discessit, iamque ad hodiernum diem pervenit ad Coniugem suam que in Isbrug est. Unde Vra Rma D. apud se perpendere potest, qua nunc facie sit Germania, cum in hac dieta nihil boni sit constitutum. Helvecii pugnarunt pro religione, victoria apud Romanos mansit, Luterani Ducem Czwinglerum et Bombardas magna suorum strage amiserunt, qui ad vindictam novas colligunt vires. Romani Helvecii auxilia a Caesare et Rege Ferdinando implorant, quibus preter

bona verba nihil concedetur, nam si aliquis horum Principum praesti:
terit auxilia, statim liga verba domini insurgeret, et esset crudelissimum
bellum per totam Germaniam, ita Helvecii soli inter se litem finiet
et erunt eorum malo aliis in exemplum

Dieta alia Ratisbonam ad Epifaniarum festum indicta est, quae etiam
mea et multorum sententia Spirensi erit similis

Rex Daciae Christiernus collecta equitum et peditum manu, ac il:
la in Holandiam deducta, dum ibi classem ad traiciendam habe:
re non potuisset, insoluto insalutatoque milite discessit, exercitus autem
totam illam provinciam convertit in rapinam, quem Caesar ut
pellere armis possit, conscribit exercitum, Principes autem Luthe:
rani, timent ne aliquo stratagemate praeveniantur, et ne Caesar
compositione facta cum illo Christierni exercitu federet in illos, suntque
in armis, et sic tota Germania tumultuat, ad rem principis mei
sunt bona et utilia hec preludia, sed reipub. Christianae afferent pro:
culdubio magnum detrimentum. Modonum dicitur omnino fuisse captum
sed an sit meis presidiis munitum incertum.

Dominus Sigismundus ab Herbestein est hic mecum, tractam cum
homine hec et illa pro concordia longe magis video esse inclinatos ho:
mines paci, quam antehac, Relinquo ac remitto domum maiorem fami:
liae partem nam ex Lincz postis utar, primumque ad Serenissimum Ro:
manorum Regem curram in Isbrug, et demum ad Caesaream Maiestatem
profecto res multum est dificultata tanta horum Principum dista:
ntia, nec caret singulari admiratione hic apud omnes, cur tam repe:
te Rex Ferdinandus se in Isbrug contulit, Ego autem non miror
quia dum Caesar longe ab Italia distet, alter frater ex alto et pro:
pinquo prospiciet Italiam, semper novis factionibus ferventem, verum
distent autem hii fratres quantumvis a se longe, ero brevi apud utrumque
et agam omnia omni sollicitudine, et ut aiunt usque ad sudorem

Duces Bauariae miserunt Oratorem suum ad Principem meum ut intellexi matrimonij caussa, Rex meus omnino cupiet id matrimonium sororis sue deducere ad finem cum Bauaro cuius desiderio Serenissimus dominus noster Poloniae Rex contraibit videbitur sibi crudelis iniuria ut sanguis suus quem in mundo preter hanc virginem nullum alium habet, daretur contra suum desyderium, maxime autem hosti Friderico Palatino qui contra Principem meum egit, scripsit, et loquutus est multa, venit autem ad principem meum hac de re ex Bauaris Gaspar Winczer magni nominis in Germania miles hec etiam ob id scripsi, ut Vra R. P. cogitaret super hac materia

Domini Sigismundi sententia est ut omnino absque multorum dominorum consensu concordia fit Cracouie, Principibus non longe ab illa distantibus. Commendo cum his seruicia mea Vestre Rmae Dni., illamque vehementer rogo, velit me et dominum meum Sacre Regie Maiestati domino nostro clementissimo diligenter commendare. Ex Crembs ultima Octobris. Anno domini M° D° xxxi°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius Hieronymo Laski Palat° Siradien: Vaiuode Transiluanie.

Magnifice domine amice charissime ac honorande. Intelliget Vra Magnificentia ex hoc domino Russoczki gentili suo hostes Regni Valachos, ope diuina et Regie Maiestatis domini nostri fortuna cum fortitudine militum eius commeta fusos, fugatos, et ad internitionem usque profligatos esse. Cesos et captos multos cum tormentis bellicis circiter quinquaginta et commeatu non contemnendo, ob quod nouum faustum, benedicatur deus qui in celis est, et cui nos iam hic in templis, solennes peragimus gratias

Legi l[itte]ras vestre Mag[nificenti]e nuper ad me et Mag[nifi]cum dominum Ca-
stellanum Cracovien[sem] missas, ex quibus plane cognovi diligentem
eiusdem vestre Mag[nificenti]e curam et sollicitudinem quam habet de concilian-
da concordia et pace inter Ser[enissi]mos Romanorum et Hungarie Reges
ac etiam inter M[aies]tem domini n[ost]ri, et Voievodam Moldaviensem. In
quo proposito fortunet v[est]ram Mag[nificenti]am deus, et concedat, ut ex hijs
initijs que nuper Prage fecit felicissimi et omnium bonorum votis
dudum expetiti exitus subsequantur.

Quo animo sit nunc Voievoda hostis n[oste]r post tam magnam stragem
acceptam. D[omi]nus Russoczki referet. Nihilominus tamen v[est]ra Mag[nificenti]a
pro sua erga patriam pietate non pretermittat prosequi id quod ce-
pit, et quod dignitati M[aies]tis Regie et communi paci ac quieti Regni
sui magis conducere posse iudicabit.

Dominus Prepositus fr[ater] vestre Mag[nificenti]e, est hic sed languet ex febre, iam
tamen valet meliuscule. Comendo me amori et benivolencie
vestre Mag[nificenti]e, quam dominus deus quam diutissime servet sospitem
et felicem. Datum Cracovie Sabbato post festum Nativitatis
Beatissime Virginis Marie domine nostre. Anno domini
M°. D°. xxxi°.

Andreas Cricius Eps Ploczen.
Petro Tomicio Epo Craccouien.

Rme in Christo pr. et domine benefactor colendissime. Ago gras vestre Rme D. pro Curia Piotrcouien, de qua etsi iam animum despondeveram, tamen cum tandem nobis cessit, est mihi gratissima, curabo id omni mea servitute quoad vixero Rme D. vestre demereri.

De Legacione in Germaniam scribenda, faciam id et alia omnia que mihi Vestra Rma D. mandare dignetur, cum primum me ex his meis negociis, quibus hic variis non solum Ecclesiasticis, sed etiam secularibus obruor, evoluero, tametsi non videam quamobrem sit necessaria aliquorum insignium Oratorum ad Cesaream Mtem hinc missio, cum sit illic dominus Dantiscus, homo et magni experiencii, et apud Germanos omnes gracia multum valens, cuique Serenissimum Regem Ferdinandum plene confisurum non dubito, et si adiungatur aliquis collega ex dominis Secularibus cui vicissim Serenissimus Rex Joannes confidat ut dnus Marschalcus Regni, vel alter quispiam, ipsi Serenissimo Joanni Regi acceptus, fortassis per illos solos negocium pacis commode confici posset, idque si dnus Lasski aliqua fecit certe pacis preparamenta, alioquin non video quid aliud sperem, nisi quod alias semper evenit ut post longos tractatus infectis rebus discedatur, presertim si est, ut mihi scribit Christophorus Carlowicius ex Saxonia: Principes omnes Germanie domesticas sediciones suas composuisse, et omnes cogitaciones suas eo convertisse ut bellum cum Imperatore Thurcorum gerant. Hec paci faciende res una officit, quod Serenissimus Rex Ferdinandus sperat istis suis tractatibus vel Serenissimum Regem Joannem induci posse ad cedendum Regno vel modum resistendi Thurco inveniendum, que quidem spes si illi

per dnum Laski amputata non sit frustra laborabitur mea senten-
tia. Ut cumque tamen sit, parebo iussis Rmae D. vestrae, omnia me-
liora sperans et optans. Ego hic Rme domine cum Magro Bern-
hardo architecto lucitor de construenda ex integro tota Ecca mea, pre-
cium quod ille petit, et quod mihi pretter id impendendum restabit,
ascendet supra decem millia flor., res quidem ingens, et ultra facul-
tatem meam, sed quia ille pollicetur se opus eximium et singulare
facturum intra tres annos cum dimidio ad summum, concludam cum
illo deo me comitante, etiam si quicquid habeo sit effundendum. Com-
mendo me et servicia mea in graciam Rme D. vestrae. Ex
Ploczko xvi. Septembris. Anno domini M°. D°. xxxi°

Contractus de fabricanda Eccl^a ploczensi

Anno Domini M°. D°. xxxi° die sexta decima Septembris
Rmus in Chro pris et dominus Dnus Andreas dei gra Epus
Plocen in presencia sui Venlis Capituli tunc generaliter congregati, et Magr
Bernhardinus de Gamothis Romanus Architector presentes, talem confes-
sunt inter se fecisse contractum pro muranda Ecca Cathedrali in Castro
Plocen de novo a fundamentis per ipsum Magistrum Bernhardinum
videlicet, quod ipse Magr edificabit novam Eccam totam testudinem
cum capellis, sacristia, loco capitulari, Thesauro et aliis necessariis
vel modo antiquo vel alio quem ipse ostendet, tam longam et latam
prout fuit prior alias, prout Rmo domino Epo placebit. Quam Eccam
elevabit in pavimento per tres gradus, ita quod sit ascensus ad altum,
columnas omnes faciet ex lapide Griseo Cracovien prout in Castro Crac
similiter bases omnes bene elaborate, et Arcus testudinum erunt ex
eodem lapide. Portam magnam pulchre elaboratam cum armis domini
Rmi, et omnes portas, et Arcus ad capellas faciet ex lapide albo

Similiter et fenestras, Turrim als Campanile pulchrum edificabit, prout erit in monstra. Altaria etiam omnia ex lateribus, preter altare magnum quod ex lapide fiet, et quecunque in Ecclesia erunt necessaria murabit, dealbabit etc. preter tectum, et fenestras vitreas ad que non obligabitur, preter consilium Architectoribus dandum. Que omnia perficere in toto suis expensis et omni sua materia tenebitur, dictamque Ecclesiam in toto perfectam ostendere debebit a tempore et die quo laborem fundamenti incipiet ad decursum trium annorum cum medio, parum plus uno, duobus, vel tribus mensibus. Quem laborem incipere debet hoc futuro vere quamprimum glacies resolvetur, providereque circa fundamenta et alia, ut opus fiat firmum, et damnum aliquod seu ruina non sit metuenda. Et si infra tres Annos post completum totum edificium aliquid rueret vel destrueretur, ipse cum suis sociis ad reformandum omnium suis propriis impensis erit obligatus quamprimum per Rmum dominum Episcopum vel suum D. Capitulum avisabitur. Rmus autem dnus Epus debet suis impensis antiquum murum Ecclesie deponere, et omnem materiam que super loco ubi edificandum est, educere, aream purgandam sibi assignando. Que omnis materia antiqua simul et cementum quod est in castro et lateres qui nunc sunt parati erunt dicti Magistri Bernardini pro novo edificio. Dabitque ipse Rmus D. ligna omnia que pro rostowanie erunt necessaria ad Castrum conducta. Item Anno prio quo laborem incipiet dictus Magister Bernhardinus Rmus dnus Epus demittet per flumen viginti sexagenas roborum als klodzini pro fornace, et altero anno simile demittet viginti sexagenas klodzini. Habebit etiam ipse et nemo alter liberam facultatem omnia in fornace laterum faciendi, similiter et laterificio, quousque dictum edificium perficietur. Et si in alio loco inveniet margel ubi fornax pro cemento fieri posset, tunc Rmus dominus impetrare debebit liberam licencia edificandi absque omni censu. Et quia columnas et portas variaque ex lapide per flumen vistulam demittet, Idem Bernardinus, Rmus dominus obtinebit litteras passus a Mte Regia, quod suis Theloneis bra;

sciant sunes, Habebit etiam octo equos rhedarios cum suis fornimentis et duos currus ferratos pro labore quando voluerit. Racione cuius edificii habebit ipse Magr Bernardinus a Rmo domino sex millia florenorum, quemlibet florenum triginta grossos Polonicis computando, cui nunc ante inceptum laborem dabit Rmus d. tria millia flor., et pro festo Circumcisionis domini Anni M° .5.3.3 alia tria millia. Ipse vero dabit caucionem sufficientem de dictarum pecuniarum et sui laboris ac edificii securitate. Habebitque alios duos bonos Magistros, cum quibus se ad laborem huiusmodi tempore et modo prescripto perficiendum obligabit, ita quod uno deficiente alii duo perficere, Et duobus deficientibus, tercius qui superstes erit similiter ad finem complere tenebitur iuxta condiciones predictas. Casu vero quo Rmus D. desineret esse Epus Plocen. ante opus perfectum, tunc tenebitur ipse cum sociis suis et omnia supradicta adimplere Venli Capitulo Plocen., Et si quid adhuc deberetur illi tunc Capitulum ad omnia illi solvenda et satisfacienda erit obligatum et astrictum.

Andreas Cricius Eps Plocensis
Petro Tomiczkio Epo Cracouiensi
Vicecancell.

Rme in Chro pr et domine benefactor colendissime, quemadmodum egi gras vestre Rma D. per quendam Modzelowski, quod mihi victoriam nostrorum significare dignata est, ita et nunc etiam atque etiam ago.

Legatum in Germaniam, quam iterum scribi mihi mandat, scribam mox in Poltowsko rediens, tametsi dubius sim quo tenore scribi debeat personam ignorans, non omnibus enim omnis oro congruit, itaque expediret vt vra Rma D. me tempori de hac re certiorem redderet.

Ego mi Rme domine conclusi de edificio Ecce mee non sicut volui, sed sicut potui, quemadmodum ex hac singrapha Rma D. vestra cognoscet, sumptus hic totus in me recidit. In iubileo parua spes vt ex principijs apparet, in cleri subsidio nulla, quod alioquin esset ad eam rem modicum, non granarer sumptu, si non metuerim alteram iacturam et ignominiam, vt me multi terret eo quod totam pecuniam ante opus perfectum sim Architecto numeraturus cum tamen alr facere non potui cum si hec vela ventis. Supplico Rme D. vestre, vt cum res erit obligationibus confirmanda dignetur mihi consilio et authoritate sua non deesse cui meam seruitutem humiliter comendo. Ex Ploczka xix Septembr.

Andreas Cricius Eps Plocensis
Petro Tomicio Epo Craccoviensi
Vicecancell.

Rme mi domine. Advolarunt huc nuper a domino Duce Prus. sie, Dns Laski cum domino Andrea Posnanien, et peracto tantum apud me prandio rursus avolarunt. Ex domino Laski inter alia que non libenter audivi intellexi ipsum dominum Ducem non esse contentum de absolucione sui in negocio Electionis, venireque ipsum ad Conventum futurum et nobiscum disputare tam in Senatu quam coram Nunctiis terrarum velle, non alium tamen culpare quam Mtem Reginalem et nos spirituales. et cum dominus Laski quereret a me quo illius argumento respondere possimus, quo in hunc modum utitur si locum habeo, cur sedere non debeo, si ob habeo cur non debeo loqui, dixi privilegium eius facile pro nobis responsurum esse, in quo expressum est, quod locum habere debet Mti Regie propinquiorem in Electionibus vero Reges adesse non solent, ideo sequitur illum in Electionibus locum non habere, sed in illis duntaxat Conventibus in quibus adest Mtas Regia. Alioquin oporteret id alr in Privilegio describere. Profecto non carent misterio conatus eiusmodi tam pertinaces. Expediretque paulo diligencius futuris prospicere. Latet enim, nisi me omnia fallunt, latet nescio quis anguis in herba, atque utinam foris tantum. Cetera coram dante domino in Synodo ...

Sigismundus primus Rex Poloniae Joanni Comiti de Tarnow Palat. Russiae exercituum regni Duci generali.

Mag.ce Syncere nobis dilecte. Redditae sunt nobis literae S. tuae simul cum exemplo literarum a domino Laski ad eam scriptarum, quarum argumentum summam nobis ut debuit admirationem attulit, quando haec quae nunc in illis proponuntur videntur nobis prioribus Ser.mi Regis Joannis consiliis e directo contraria esse. Dominus enim Laski cum proxime apud nos esset, secreto nobiscum egit nomine illius Ser.tis, ut quantum possemus Voyewodae Moldaviensi bello et oppressione parceremus, neve Caesarem Thurcarum quem dicebat ipse Laski ad exterminationem Voiewodae Valachiae propensum esse in auxilium vindicandae in ipso Voyewoda perfidiae et temeritatis suae vocemus. Nunc vero rursus de eadem re nobis a Ser.te sua, alia per Crasmum, alia per Laski quae invicem contrarietate pugnant nunciantur. Quandoquidem, ut Mag.ca Tua intellexit, Crasmus ut a bello discedamus, D. vero Laski ut victoriam prosequamur sollicitent. In quibus cum nos videamus, nihil penitus esse quod tuto honesteque per nos amplecti possit, decrevimus expectare reditum Nuncii S. tuae, quem ad Ser.mum Regem Joannem his de rebus misit, qui cum ad illam reversus erit, Nosque vicissim ab illa de iis quae referet certiores facti erimus, tum demum ex re necessarium consilium capiemus. Interea vero de dando responso Crasmo consultabimus, quo absoluto instruemus tum demum S. tuam quid in agere debeat. Cuius erit officii interim sub Induciis promissis omnem belli gerendi rationem continere, et ut a nobis prius subscriptum est, in militibus mercenariis delectum facere, qui pro nostro et reipub. servicio apti et magis utiles viderentur, eisque ad futurum quartale anni servicium

indicere. Nam cum primum Gratias tua nobis perscribet numerum delictorum nos e vestigio providere, Ut illis et emeritum stipendium dissolvatur et pars futuri numeretur. Bene valeat G. tua. Datum Cracoviae xi. Octobris. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nri anno xxv^to^.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Joanni comiti Tarnovien. exercitum polo. ductori generali.

Mag^ce^ domine frater et Consanguinee honorandissime. Nodosum nimium et sub quibusdem involucris tractari mihi videtur negocium Valachicum ex parte Serenissimi Regis Joannis cum tamen et temporis condicio et cum Regni tum Maiestatis Regiae domini nri rationes expeditos et celeres modos transigendi, si bellum sisti debeat magnopere exposcant, Utcumque tamen res in obstensis eiusmodi consiliis herat Maiestati suae expedire videtur cunctacione interposita deliberare, quid sit potissimum consilii capiendum sicut hoc planius ex litteris Maiestatis suae Mag^ca^ vestra cognoscet. Ego equidem non possum adhuc coniectura assequi, quid potissimum in tanta perplexitate consiliorum Valachi et non minus futili quam vana et negligentia eius cunctacione Maiestas sua amplecti et sequi debeat, Sed expecto tamen ut aliquid tempus et occasio pro honore et dignitate Maiestatis Regiae afferat, In quo tempore reliquo quicquid erit scitu dignum non praetermittam ego Mag^cae^ vestrae scribere, Nunc enim preter haec quae Maiestas sua scripsit, aliud quod scribam non habeo. Comendo me amori et benevolenciae fraternae Vestrae, quam sospitem, felicem, et diutissime cum suis omnibus recte salvam esse vehementer ex corde desydero. Datum Cracoviae xi. Octobris Anno domini M°. D°. xxxi°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Leonardo de Felss libero Baroni :
Feliciano de Petsach : Marco Leogoldo etc :
Capitaneis copiarum Ferdinandi regis .

MAgce domine Syncere nobis dilecte . Postulantibus a nobis Sermo Romanorum Hungarie et Bohemie Rege et Adversario illius Mtis Vt Arces quatuor in Regno Hungarie ab vtraque parte binas in Sequestrum et custodiam nostram cum Illri domino Duce Saxonie Affine nro tam diu recipere non gravaremur , quandiu annalium Induciarum tempus vtrinque susceptum non effluxerit , recepturos quidem nos illas consensimus et recepimus . Sed de stipendio tum militibus et Prefectis Arcium ita convenimus Vt tam Mtas illius quam Adversarius suorum Castrorum presidiis et prefectis a nobis assignatis , stipendium in singulos menses numerarent condicione adiecta , Vt si non solveretur stipendium , Capitaneis nris liberum esset Arcem tenere vel relinquere . Cui conventioni cum scribant Prefecti nri per Sermum Romanorum Regem hactenus satisfactum non esse , quod neque stipendium est illis numeratum neque cancio vlla de illo solvendo facta , Necessarium visum est nobis Magcam tuam tanquam loco Regie Romanorum Mtis presidentem admonere Vt de racione solvendi emeriti et futuri stipendii tam prefectis quam militibus in sequestratis Castris collocatis in absencia Mtis sue provideat , ne diuturna solucionis mora aliquid vel damni vel incomodi Castris predictis afferre et ad condicionem deserendi illas adigere possit . Quare postulamus a Magcia tua , Vt hac admonicione nra intellecta , et quod facto opus est curet ; et mature quantum in ea erit prestet , rem non minus nobis gratam quam necessariam factura Datum Cracovie die xx Octobris . Anno domini M° D° xxxi° Regni nri Anno xxvto .

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro kmite de Vissnice Marsalco regni

Mag^ce sincere nobis dilecte, Grauiter et molesto tulimus animo cum Praepositum Scepusien vi et iniuria subditos nros impetere audiuimus. Intelligimus enim illum pro auaricia et libidine sua magis quam ex mandato et voluntate Ser^mi Domini Regis Ferdinandi patrare. Quare scribi ad illum fecimus subsineras lras, quibus illum hortamur ut ab inferendis subditis nris iniuriis desistat, et damna quae intulit sarciat et compenset. Quas lras S. tuae cum pntibus mittimus, et illam hortamur, ut perferri cito illas ad praepositum curet nobisque postmodum quicquid acciderit de omnibus perscribat, et bene valeat S. tua. Datum Cracoviae die xx Nouembris. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nri xxv^to.

Sigismundus Rex Poloniae
Praeposito Scepusiensi

Ven^lis deuote nobis dilecte. Declaratum est nobis a multis et Mag^cus Petrus Kmitha de Vissnicze Marsalcus Regni nri et Captus nr Scepusien, lris ad nos datis testatus est D. tuam nimis pro imperio subditos nros exercere ad multa illos indigna adigendo praeterque ius, equitatem, Cautoritatis et honoris etiam nri. Ut de bonae vicinitatis legibus taceamus, nulla ratione habita, illis liberam ultro citroque commeandi facultatem intercipiendo, sed quod etiam maiorem proferre iniuriam certo ad nos delatum est D. tuam in via publica quosdam subditos nros interceptos, in Arce Scepusien contra ius et libertatem publicam in modum captiuorum detinere neque illos dimittere prius velle, quam se vitamque suam estimatoriae pecuniaria ex arbitrio illius constituta redimant. Qui

quidem res cum non solum ad iniuriam et grave incommodum subditorum nrorum Verum etiam ad ignominiam et contemptum nrum pertineat non possumus nisi gravi et molesto illas ferre animo, maxime qui intelligamus id D. tuam preter scitum et voluntatem Sermi Domini Regis Ferdinandi sua tantummodo audacia et licenciosa cupiditate patrare. Quare hortamur D. tuam ut desinat ab eiusmodi insolenti et iniuriosa subditorum nrorum non solum persecucione sed iam et intollerabili etiam atque violenta oppressione, et ut illis qui sunt damna et iniuria occone illius passi, omnia resarciat et compenset. Alioqui enim nos querelis subditorum nrorum et damnis permoti, ferre diucius dissimulanter tam crebras iniurias non poterimus, et licet inuiti, iure tamen racom cogemur quo pacto subditi nri et hec que amiserunt recuperent, et deinceps contra vim cuiusque tuti et securi esse possit. Datum Cracovie die xx. Nouembris. Anno domini M°. D°. xxxi°. Regni nri Anno xxv.

SIgismundus primus Rex Poloniæ Carolo V.to Christianorum Imperatori.

SERmo ac Excellentissime Princeps et domine frater et consanguinee nr charissime ac honoran. Declaravit nobis Illr dnus Georgius Marchio Brandeburgen nepos ex sorore nr charissimus, quam claris argumentis et privatim et publice de iure suo ad Ducatu Opolien et Ratiborigen bono veterique donatoe et Privilegiis, item et reliquis legitimis adminiculis firmato, docuerit, quodque super eo iure, et ante, quorumcunque virorum non ex affectu indicatum Iudicium suscipere voluerit, et nunc in Conventu Augusten proxime preterito omnem caussam suam ad arbitrium Sermi et excellentissime Mtis vestre et Illrissimorum Principum Electorum, et aliorum

Sacri Romani Imperij ordinum detulerit, quid denique in gratiam Ser.mi
Domini Regis Ferdinandi et Illr. D. Ducis Opolien, et ut bona pax et
concordia servetur non amplius pro hoc ipso iure suo, dari sibi a Ser.mo
Rege Ferdinando postulaverit, quam ducenta millia aureorum Hungarica
lium tametsi Ducatus praenominatus duplo amplius estimari possi
intelligat praeter pecuniam etiam numerata Clenodia Civitates et
districtus atque Castra partim ipsius domini Ducis propria, partim illi
pignori obligata, quae omnia extra Ius feudi censeri et esse ad se
iure oportuno per successionem devolvi debere, ipse dominus Marchio
probat. Ea tamen a se proposita et oblata sibi non processisse, neque a
Mte vra Ser.ma suscepta esse Non tam id quidem ut ipse autumat
Ser.mi D. Regis Ferdinandi voluntate quam suorum quorundam
malevolorum persuasione et opera, Ex quibus tametsi datam sibi occa:
sionem conquerendi et liberius etiam expostulandi D. Marchio putet.
Quia tamen suis rebus gratiam Ser.me Mtis vestrae, et Ser.mi D.
Regis Ferdinandi preferre studet, Malint in hac re adhuc patrocinio
et intercessione nra uti, quam in molestiam et perturbationem ali:
quam extremam se conycere. Quare nos et postulatione eius et vincu:
lo quod ex propinquitate et necessitudine nobis cum illo intercedit
permoti commendavimus causam illius per lras Ser.mo domino Fer:
dinando Regi, quam etiam Ser.me Mti vestrae plurimum ex animo
commendamus, Ab illaque quantum maxime possumus rogamus, Ut
Ser.mo Domino Regi Ferdinando fri suo charissimo persuadere digne:
tur, quod id quod postulat D. Marchio pro iure suo Mtas sua, illi
gratiose concedere et in effectu tradere dignetur. Exigunt enim hoc illius
et fratrum, quorum tres in Aula Mtatum Vrarum Amisit merita
quae predecessoribus Hungariae Regibus et Ser.me Mti vestrae cum
tota domo Austriae officiose praestitit Ut et Ser.ma Mtas vra et Ser.mus
Rex Ferdinandus illum in gratia et iure quod sibi ad prenominatos
Ducatus competit conservare et tueri dignetur. Nos autem magno:
pere optaremus, Ut dnus Marchio intelligat commendationem nram magis
sibi et causae suae apud Ser.mam Mtem vram et Ser.mum dominum

Regem Ferdinandum prodesse posse quam inuidorum suorum obtrectationem obesse. Ita si quidem hec res nobis cure est, Vt nihil sit preterea quod magis commendatum esse Mti vestre a nobis hoc tempore cupiamus, quam si a Serenissima Mte vestra ita impetrauerimus Vt Illro domino Marchioni et cause sue prodesse possit. Nostram vicissim sedulitatem et officia, In eum modum componemus Vt illa ad omnem Mtis vestre voluntatem presto semper esse possint. Ceterum rogamus a Serenissima Mte Vra, Vt super his respondere nobis dignetur. Commendamus nos et officia nra amori et beniuolentie Serenissime Mtis vestre quam dnus deus pro omnium Christianorum singulari solacio et commodo diutissime seruet sanam, saluam, et semper felicissimam. Datum Cracouie xxvi. Nouembris. Anno domini M.o D.o xxxi. Regni nri anno xxv.to

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Vngarie Bohemie regi.

SAcra Regia Mtas et domine Affinis nr charissime. Declarauit nobis Illr Dominus Georgius Marchio Brandeburgen nepos ex sorore nr charissimus, quam claris argumentis ac priuatim et publice de iure suo ad ducatum Opolien et Ratiborien dono veterique donatione et priuilegiis. Item et reliquis legitimis adminiculis firmato docuerit, quodque super eo, et ante, quorumcunque virorum non ex affectu iudicantium iudicium, suscipere voluerit, et nunc in Comitiis Augusten proxime celebratis omnem causam suam ad arbitrium Cesaree Mtis et Illmorum Principum Electorum ac aliorum Sacri Romani Imperii ordinum detulerit, quod denique in gratiam Mtis vestre Serenissime et Illr D. Ducis Opolien, Item etiam Vt bona pax et concordia seruetur non amplius pro hoc ipso iure suo dari

sibi a Mte vestra Sexma postulaverit quam Ducenta millia aureorum
Hungaricalium tametsi Ducatus prenominatus duplo amplius estimari
posse intelligat, preter pecuniam etiam numerata Clinodia Civita:
tes et districtus atque Castra partim ipsius domini Ducis propria, par:
tim illi pignori obligata, que omnia extra ius feudi censeri et esse adsi:
que optimo iure per successionem devolui deberi ipse dominus Mar:
chio probat, Ea tamen a se proposita et oblata sibi non processisse
neque a Mte vra Sexma suscepta esse, Non tam id quidem vt ipse an:
tumat voluntati Mtis vestre Sexmi, quam suorum quorundam ma:
levolorum persuasione et opera, Ex quo tametsi datam sibi occasionem
conquerendi et liberius etiam expostulandi putet, Quia tamen rebus
suis gratiam Mtis vestre preferre studet, Maluit in hac re adhuc patro:
cinium et intercessionem nram implorare, quam in molestiam et
perturbationem extremam se conycere, quare nos et eiusmodi do:
mini Marchionis postulatis, et necessitudine ac propinquitate que nobis
cum illo intercedit, permoti, plurimum et ex affectu Mtem Vram
Sexmam rogamus Vt perspectis iuris et equitatis sui rebus, placi:
tam et Benevolam se illi prebere, ideoque quod dari sibi in iuris redem:
ptionem postulat non denegare velit, ipsumque D. Marchionem pro
amplissimis meritis que maiores sui multis rebus, et ipse cum fri:
bus, quorum tres in Aula Cesarea et vestre Mtis amisit, et
predecessoribus Hungarie Regibus et Mti vestre cum tota domo
Austria, fidelibus officiis suis prestitit, in Regia sua clemencia
et equitate conservare vra causa dignetur Vt ipse intelligat commen:
dacoem nram magis sibi apud Mtem vram prodesse posse, quam
obtrectationem malevolorum obesse ita si quidem Hec res nobis cure
est, Vt nihil sit preterea quod magis commendatum esse Mti vestre
a nobis cupiremus, Nam si id a Mte vra impetramus, nra
vicissim officia ita accomodabimus, Vt illis ad omnem occasionem
Quantum in nobis est Mti vestre Sexme presto esse possimus, Cuius
nos semper amori et benevolentie fraterne commendamus, Atque feli:

cissimam esse et gaudentissime cum Ser.ma Coniuge sua et libe-
ris incolumem vehementer optamus. Datum Cracouie xxviii
Nouembris. Anno domini M° D°. xxxi°.

Responsum a rege Duci Prussie datum.

DVO erant Ill.r Princeps, que coram Sacra M.te Regia Ill.s D. vestra
copiosis verbis et rationibus exponi fecit, Unum de facultate Regis elige-
di; Alterum de periculo quod terris Prussie creato per Caesarea
M.tem nouo Magistro imminet

Est supra

Quod ad Electionem Regum attinet, optat in primis M.tas sua Regia,
persuasum habere velit Ill.ma D. V.ra M.tem suam cupere illi cum
in ea re, tum in omnibus aliis comodare et gratificari, non solum
necessitudinis causa, sed etiam quod illam erga se et regnum suum ita
integro animo propensam esse cognoscit.

Sed et dominos Consiliarios M.tis sue certo credat Ill.ma D. vestra
eius esse affectus et obseruancie erga illam ut nihil non facturi
simus eius causa quicquid per nos officii prestari posse videatur.

Verum quia negocium hoc, ut insolitum est, et prorsus aduersus iura
huius regni, iuribus etiam Caesareis M.tas sua neque subest, neque regit
ita de illo sine toto Senatu et communi omnium consensu nihil M-
tas sua nobiscum, qui ut Ill.ma D. vestra videt, pauci sumus, consti-
tuere potest. Preter opinionem enim, et praeter solitum accidit, quod

tam multi Senatores absint, alii egritudine, alii aliis negociis districti.

Quare postulat Mtas sua ab Illi D. Vra boni consulere dignetur, quod in presens nequeat cum illa certi aliquid de hac re statuere vel etiam respondere, cum id sibi neque licere neque integrum esse putet.

Equidem si res ageretur tantum de persona Illis D. vestre, que et Mti sue, et dominis Consiliariis omnibus est acceptissima, minus haberet negocii et difficultatis, verum cum vergat in exemplum et posteritatem adversus iura et consuetudinem Regni quam nonnihil ardua et difficilis sit. Illma D. Vra pro sua prudencia satis considerare potest.

Quoniam vero exigente domestici ordinis necessitate constituit Stas sua Conventum regni sui generalem primo quoque competenti tempore indicere et agere, ac in eo iura publica et consuetudines recensere, ac formam et modum eligendi Regis iuxta consuetudinem dudum observatam statuere et prescribere dignabitur, tum Mtas sua huius petitionis Illme D. Vestre debitam habere rationem, Sperans quod illa vicissim pro sua erga Mtem eius observancia et amore debito nihil ab illa exigere conabitur quod iuribus huius Regni et existimationi Mtis sue officere posse videretur.

De novo Magistro creato, res quidem facta est preter omnem spem et expectationem Mtis sue. Sed cum Cesarea Mtas magis forte impulsu alio, rerum quam sua sponte sic fecerit, Stas sua quod oportunum sit nihil hactenus praetermisit, Nam et mandavit Revdo Rndo Domino Clirico Culmensi, Ut in eam rem oculos haberet intentos, ageretque cum Cesarea Mte, ac premoneret, que opus essent: et insuper in Conventibus particularibus huius regni Stas sua rem ipsam omnibus Regnicolis declarari fecit.

[N]unc etiam M[aies]tas sua consulit diligenter cum Senatu et Regnico-
lis suis, ut delectus fiat maior ac et diligentiores solito, quibus in om-
nem partem hostibus regni commode resisti possit. Nihilque dubitet
Ill[ustrissi]ma D. V[est]ra M[aies]tem suam more maiorum suorum et terras Prus-
siae et Ill[ustrissimam] D. V[est]ram pro virili sua defensuram esse, neque passu-
ram ut racione ipsarum terrarum aliquid difficultatis et momenti
subeat.

Vestra etiam Ill[ustrissi]ma D. id quod pro solercia et vigilancia sua
facit non cesset et conatus Adversariorum [...] vestigare et do-
mi delectus et Apparatus oportunos habere. Data Piotrcoviae
die Innocentum Anno domini M. D. XXXI. Regni
nostri XXV[to]

SIgismundus primus Rex Poloniae
Abbati Tynieccensi.

Religiose devote nobis dilecte. Pluries iam diu accepimus D. tuam
vel naturae facilitate vel negligencia commodi suorum fratrum, bona
Monasterii sui quae administracioni suae commissa sunt non equis per-
mutacionibus, perpetuis vel ad longum tempus alienacionibus et
aliis in usum vel usumfructum temporariis quidem sed noxiis
tamen concessionibus et inscripcionibus distrahere. Quae res etsi non
mediocriter semper nobis displicuit, nunc tamen maxime nobis
molesta et gravis existit, cum audiamus D. tuam licenter nimis
per quosdam contractus iuris secularis nescimus quam decretos,
Bona Monasterii sui certis personis ad vitam obligare vel in-
scribere velle, quae bona quoniam a predecessoribus nostris mo-

nasterio data esse scimus non vt per momentaneos Abbates pro
libidine distrahantur. sed ut ex illis victus religiosis ac deo mancipa
tis personis, quique assidue in templo dei pro bono ac tranquil-
lo statu nro ac reipub. regni nri orant subministretur. D. tuam
hortamur. illique serio et severe mandamus, ne deinceps in bonis
Monasterii sui aliquas alienationes permutationes vel quascunque
concessiones irrequisitis nobis facere presumat. Nam non modo illud
quod erit sine consensu nro factum, irritum et inane decernemus
sed etiam de movenda tua D. veluti inutili Administratore
consilium capiemus. Aliter non factura D. tua pro gratia nra
Datum Cracovie xii Decembris. Anno domini M° D°.
xxxi°. Regni nri anno xxv^to.

Annus domini .1532.

Conventus in eum annum indictus fuit Cracoviae ad diem Sancti Nicolai.

Litere Comiciorum regni

Sigismundus Primus Rex Polonie Consiliariis Regni Polonie

Rmi in Chro pr: sincere nobis dilecte.
Mag.ce sincere nobis dilecte. Credimus S. tuam non ignorare, nos à bello cum Valacho hoste nrô non discessisse, et post acceptam de eo insignem victoriam hucusq Exercitum magno impendio alere, illud ipsum, ita, cum nostris, tum publicis rationibus postulantibus, cum etenim hostem graui clade fractum et comminutum, non solu nihil de priore temeritate et hostili aduersum nos animo deposuisse sed multo adhuc magis ira commoueri, et inani ferocia intumescere atq attolli sentiamus, necessarium et vtile censuimus, curaj et prouidenciam nostram eo intendere, ne iste foelicis victorie euentus qui nobis est letus ac iocundus, et qui eciam, vt nobis certo persuademus, tue S. atq aliis subditis nris non mediocre attulit consolationem, fraude et hostilitate illius aboleatur et euanescat. Quas res, cum et copiis, et opibus nris, alia presertim sollicitudine de Tartaro anniuersario hoste nobis imminente, cum quo neq fedus, neq vlla certa pacta hucusq habemus, vix teneri posse speremus, nisi comuni consilio, et ope subditorum nrorum adiuuemur, Conuentum Regni generalem hic Cracouie celebrandum duximus, locum non ad commoditatem nostram magis, qz ad publice necessitatis oportunitatem eligentes, quippe qd prospiciamus et hosti tanto maiore metum et pauorem incuti posse, quanto proximiores nos cum congregatione subditorum, sibi adesse cognoscet, et nobis commo:

ditatem hic quam alibi ullo in loco magis presto futuram intelli-
gamus, ut si certamine repetito ulcisci cladem hostis, quem-
admodum minatur, voluerit, omnia ad exercitum necessaria
mature suppeditemus, accedit ad hec non minoris momenti
consideratio, quod in ea Urbe Oratores Regum et Principum
quos de rebus ad Christianam rempublicam pertinentibus
mitti ad nos speramus honorificentius hospitio recipi, et lau-
tius pro dignitate nostra tractari poterunt, Quibus ratio-
nibus et necessitate regni communi permoti propositoque nostro
de agendo Piotrcovie in loco consueto Conventum mutato
suasu Consiliariorum nostrorum presentium, et absencium, Con-
ventum ipsum generalem ad diem Sancti Nicolai proxime
futurum hic Cracovie indicimus et denunciamus quem
particularis in   feria   terrestris in
     feria   de more precedent Quare
hortamur S. tuam ut primum ad Conventum particularem
in   et communem terrestrem in
     ubi de eligendis idoneis et cum plena facultate
nunctiis operam faciet, demum ad generalem Crac. ad tem-
pus designatum venire non moretur, ut una nobiscum et
cum aliis Consiliariis nostris pro fide et prudentia sua tam
de oportuna et celeri defensione quam etiam de aliis que opus
sunt, consulere et exequi possit. Et ne bene valeat. Datum
Cracovie 22 8bris. 1531. Regni nostri 25.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Consiliariis minoribus.

GEnerose fidelis dilecte. Non dubitamus quin sciat f. sua nos et bellum contra Valachum hostem nostrum hactenus sustinere, et cum Thartaro gravi altero et pertinaci hoste nullum certum federis aut pactionem habere. Que utreque res cum singule multum ponderis et difficultatis in se habeant, simul ita coniuncte duplicatam nobis curam et sollicitudinem de se exhibent. Nam et de Thartaro a finibus nris arcendo, seu in Sedibus suis continendo, et de Valacho bello persequendo eodem tempore, ut cogitemus occasio rei bene gerende, et foelicis victorie nre, eventus postulant. Quia res bello bene geste si volumus fortuna uti, pacem nobis equiorem dabunt, contra si pretermittemus hoc tempus quo magis dare quam accipere pacem videri possumus. vereamur ne hec que recens leticia segnicie ac intermissione belli antiquetur et evanescat. Que nos ita revolvent etsi Conventum generalem Regni ad habendam communem consultacionem loco consueto Piotrkouie indicere cupiebamus. Racionibus tamen belli gerendi permoti que et non longe nos ab exercitu abesse et in loco tam commodo esse suadent, unde ad omnem necessitatem vel auxilia facilius mitti, vel instrumenta bellica ad Castra suppeditari possint. Conventum ipsum Regni generalem hic Cracouie pro festo Sancti Nicolai proxime futuro, accedente ad id Consiliariorum nrorum sententia et assensu indicendum duximus, et indicimus Quem particularis in feria et communis terrestris in feria de more precedent. Quare hortamur f. tuam ut constituta prius in ipso particulari Conventu

et communi terrestri in Urbe de eligendis cum plena potestate iunctis hominibus idoneis operam suam faciet. Demum ad generalem huc Cracoviam pro tempore designato venire non negligat, nobiscum hic et ad aliis Consiliariis meis super negotiis impendentibus consultura, pro fide sua et gratia mea. Datum Cracoviae die Sancti Severini Anno domini M° D° XXXI°. Regni mei anno XXV^to

Sigismundus primus Rex Poloniae Capitaneis arcium regiarum.

Magnifice sincere nobis dilecte. Exigentibus variis negociis Regni, ac discriminibus, quae ipsi Regno et dominiis meis impendent, Statuimus Conventum generalem Regni hic Cracoviae pro festo Sancti Nicolai proximo. Quem particularis in feria

et generalis terrestris in Colo feria tercia proxima post festum Sanctae Katherinae de more praecedent. Itaque mandamus tuae S. ut istos Conventus proclamari ac publicari faciat in omnibus foris et congregacionibus populi Civitatum et Oppidorum Capitaneatus sui, literasque meas quas ad officiales et nonnullos Nobiles scripsimus ad eosque perferri quam primum et quam diligentissime faciat, sic ut ad omnes deferantur. Quae autem super scripcionem non habent, eas hiis quos insigniores noverit intitulatas transmittat. pro officio suo, et gratia mea. Datum Cracoviae die undecim millium Virginum Anno domini M° D° XXX° I. Regni nostri XXV^to

Sigismundus primus Rex Polonie
Communitati aequestrium.

Generose fidelis dilecte. Volentes consulere variis discriminibus, que Regno nro in presens impendent, cum a Voievoda Moldaviensi, tum a Thartaris, cum quibus nullum foedus, nullam certam pacem habemus, de consilio Prelatorum et Procerum Consiliariorum nrorum, ac de rei necessitate et racione, Conventum Regni generalem hic Cracovie, pro festo Sancti Nicolai proximo, celebrandum instituimus. quem particularis in feria de more precedet. hortamur itaque tuam f. ut ad eundem particularem Conventum in proficiscatur, auditisque illic ex nunctio nro necessitatibus reipublice, quo illis in Conventu generali debito modo consuli et provideri possit, operam faciat, ut Nunctii viri graves et ad res tractandas idonei, ad ipsum generalem Conventum, cum plena et non limitata potestate eligantur. Factura pro fide sua et gratia nostra. Datum Cracovie, die Sancti Severini. Anno domini M° D° XXXI°. Regni vero nri Anno XXV°

Sigismundus .I.[5] Rex Polonie
Capitaneis Arcium Masouie

Generose fidelis dilecte. Putamus non esse incognitum tue f. q nos à bello cum Valacho hoste nrō hactenus non discessimus, et cum Thartaro graui altero et anniuersario hoste nrō, nullum certum foedus aut pactionem habemus. Quare volentes his et aliis communibus necessitatibus oportuno modo prouidere. Conuentum Regni nostri generalem hic Cracouie ad diem Sancti Nicolai proximum indiximus, in quo et omnia que ad validiorem solidioremqz et expedicionem prouisionem eiusdem Regni nri et bonum Statum istius Ducatus nri Masouie attinent melius perpendi et constitui possint, indiximus eciam et indicimus Conuentum eiusdem Ducatus nri in Ciuitate nra Varschewien ad diem S. Katherine proximum et particularem in   sabbato proximo ante festum Sancte Elizabeth. Itaqz mandamus tue f. vt istos Conuentus in foris et congregacionibus populi Ciuitatum et Oppidorum et in aliis locis Capitaneatus sui in quibus fuerit   et consuli diligenter publicari et proclamari faciat et mandari vl vniuersi et singli Dignitarij et officiales et quicumqz Nobilitatis nomine censentur in
pro die predicto vicȝt.

conueniant et inde ad Conuentum Varschewien Nuncios cum plena potestate eligant et mittant qui illic cum Consiliariis ipsius Ducatus nri Masouie de rebus necessariis et de hijs que per Nunctium nrm proponentur consulat pro debito suo et gratia nra non aliter factura Dat

Legatio ad Conuentus particulares

P ost dictam et nunciatam gratiam Mtis Regiæ tam Dignita:
tis quam Proceribus Regni et oblatas fidei lrãs dicendum

Q uod Mtas Regia, vt Imperii sui laudabilem ad posteros
relinqueret memoriam, ante omnia post regiminis in hoc Re:
gno susceptum munus summo studio, summaque vigilancia, se:
per curauit, vt gloriam bene gubernandi regni à maioribus
suis acceptam tueri et conseruare, illamque in vtroque, bellorum
et pacis, tempore, Illustribus militaris discipline et consilii
domestici gestis amplificare posset.

C uius rei fructum cum non tam ab industria sua, quam ex
consilio subditorum querendum iudicaret: Q uicquid vel
ad pacem, vel ad bellum preteritis annis pertinebat in comu:
nem omnium consultacionem prędecessorum suorum vestigia
imitata referre, neque puduit, neque contempsit. quin etiam
dubie et secunde fortune euentus, communes sibi, cum sub:
ditis suis reputauit

H oc autem si illo tempore Mtas sua fecit cum et res minus in
se periculi et etas plus viuacitatis viriumque corporis obti:
nebant, multo nunc magis faciendum sibi arbitratur, quando
et corporis vires ad imbecillitatem inclinari, et Regni sui
rationes in summas angustias perturbacionemque periculosam
redactas esse aduertat.

V alachus namque hostis non contentus vna per fraudem Mti

sue illata contumelia et insigni recens clade accepta nihilo
magis perculsus, nouas denuo insidias aduersum Mtem suam
struere, et illam altero belli certamine lacessere velle nuncia:
tur, non tam id fortasse faciens, vt sibi prodesset quam vt glo-
rie Mtis sue, cui inuidet, noceret.

Item et alius anniuersarius hostis Thartarus continue e re:
gno predam appetens, nunc maxime de se et imperato suo in
Regnum impetu Mtem suam facit sollicitam, quod et donatiuum
seu stipendium a Mte sua petitum non obtinuit, et non paruo
tempore rapinam in dominiis Mtis sue intermisit.

Quare videns Mtas sua tot se cum Regno suo periculis ob:
iectam et implicitam esse, consideransque illa non tantum sua
in agendo industria, vel celeritate in conficiendo, sed omnium
etiam ope atque auxilio in prosequendo sustinendoque, consilio ve:
ro in prouidendo multum egere, vt de illis tam Consiliario:
rum quam reliquorum subditorum suorum omnium, consilium ca:
capiat, Conuentum Regni generalem intra hoc hybernum
tempus celebrare Cracouie ad diem Sancti Nicolai proxime
futurum decreuit.

Et tametsi quidem instituerat prius Mtas sua ipsum gene:
ralem futurum Conuentum Piotrkouie in loco consueto age:
cum tamen intellexit hostem suum Voievodam Moldauie
minari et iactare cladem se acceptam modis omnibus vlcisci
velle: Denique certior esset facta venturos ad se esse, multos
Regum et Principum Oratores, ad tractandum secum de plu:
rimis, magnique momenti negotiis ad rempublicam Christianam
et communem omnium vtilitatem pertinentibus, communicato pri:
us consilio, cum precipuis regni tam presentibus quam absentibus
senatoribus Senatoribus, Cracouie illum indixit et denunciauit,

vt illic in commodiore et omnium abundantissimo loco firmata, Oratores Regum ac Principum ad se venturos honorificentius excipere, lautiusq; pro dignitate sua tractare et hostilibus dolis eis atq; impressionibus facilius occurrere, item exercitui ob loci propinquitatem de rebus necessariis maturius providere possit.

Hortari itaq; Mtem suam earum dominationes, vt tam super defensione Regni recte constituenda, quam etiam super aliis reipublice necessitatibus id quod expediret, inter se colloquantur, et in medium conferant, atq; nuncios viros graves prudentes ac rerum peritos, cum plenissima potestate e medio omnium electos, ad generalem Conventum mittant, Qui vna cum Mte sua vniversoq; Senatu id providere, consulere, statuereq; possint, qd ad servandam in tantis discriminibus Regni rempublicam pertinere videbitur.

Mtem vero suam vicissim curaturam et provisuram esse, vt illi nuncii, qui maiore loci intervallo a Cracovia distant gratiosius expensis q; alias provideantur, et ne tam ipsi terrarum Nunctii quam etiam domini Consiliarii ad Conventum Crac venturi aliquid incommoditatis in hospitiis et quibusuis rebus habeant vtq; hoc illorum obsequium, cumulata sua ipsis gratia referat.

Quoniam vero iter sit ad locum Conventus futuri longius, et res tractande celeritate indigere videntur, impense deniq; sint nimium graves optare et hortari Mtem suam vt nunctiiq; pauciores numero qui mitti ad Conventum generalem debent eligantur

Hec ita summatim scripta Nunctius copiosius explicare poterit, oracionem suam non ad verborum interpretacionem sed ad totius scripti sentenciam accommodans

Gener
Statu
edit,
licen
casua
statu
vitati
probi
metu
boni
mun
ipsi.
Stat
ad t
excr
q om
prox
Fonu
Capi
nobi
dispo
iuxta
de i
Capi
kriti

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis Terrarum regni Polonie.

De vindicandis homicidiis.

Generose fidelis dilecte. Cum aduertissemus quod propter intermissionem Statuti contra homicidas in Conventu Petrconien anno dni 1510. editi, multa passim homicidia magis consulto ac dedita opera per licentiam et temeritatem que ex impunitate proficiscitur, quam ex ullo casuali eventu, per nobiles in regno nostro committerentur: in perturbationem status et pacis communis regni nostri, ac publice honestatis nostre quam autoritatis vilipendium: volentes ea ipsa homicidia, in quibus equi ac probi facti, et necessitudinis interdum nullus respectus versatur: metu ac severitate poene refrenare et sistere: id quod ratio publici boni ac officii nostri regii postulat ac requirit: ad instantem petitionem nunciorum omnium terrarum, ac de consilio universi Senatus ipsius regni nostri, in Conventu Cracoviensi preterito congregati, Statutum predictum in Conventu Petrconien preterito editum: ad trium annorum decursum innovavimus. prorogavimus. et in executionem debitam ponendum esse decrevimus. ita videlicet quod omnia homicidia, a die inchoati ipsius Conventus Cracovien proxime acti, per homines Nobiles possessionatos ac impossessionatos commissa, et postea ad trium annorum decursum committenda, que Capitaneus loci cum Castellano, vel Judice, aut Succamerario nobis detulerit: debeant per nos iuxta eiusdem Statuti Petrconien dispositionem puniri. Quapropter nos cupientes huiusmodi Statutum iuxta ipsius et iustitie tenorem exequi, Mandamus tue Fti ut de ipsis homicidiis nobilium possessionatorum et impossessionatorum Capitaneatus sui, a die inchoati Conventus Crac proxime preteriti patratis, et in subsequentia tempora, ad decursum trium annorum

patrandis diligenter inquirat eorumque authores et patratores, ipsa
tua. F.tas una cum Castellano vel Iudice aut Succamer° nobis
absque omni cunctatione et comminatione deferre omnino curet et de:
ferat pro gr[ati]a n[ost]ra, et sub poena contra negligentes Capitaneos
statuta non aliter factura. Dat. Cracoviae feria quarta
Pasche. Anno domini 1532. Regni n[ost]ri 26.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Luce de gorca Castell° Posnaniensi: Et
Capitaneo maioris Polonie generali.

In magnam me adduxerunt perturbacionem verba domini Sebastiani Opalieniczki Custodis Posnanien. que apud me hodie nomine vre Mgcie fecit. Nam cum id quod cupit modo Mgcia vra, et ego cupivi semper, utile fore animadverteram prestare tamen id propter fidem in contrarium datam turpe nimis et ab integritate mea alienum iudicem, tota mente distrahor, et mirifice doleo Mgciam vram idno sensisse cum res adhuc in integro fuerat, et ego fide nondum eram apud magni nominis homines alligatus, quibus nedum negare promissa, sed et animi diversam sentenciam declarare, nephas ac perniciosum esse duco. Quare cum id quod semel factum est, infectum fieri salvo honore et dignitate mea non potest Mgcia vra boni consulet que ego domino Opalieniczki respondi, et que ille Mgcie vre recepit se copiose perscripturum Commendo me

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Duci Minsterbergen: Capit° Slesiae.

Illris Princeps et domine affinis nr charme. Abbates Monasteriorum Diocesis Vratislavien ratione prime sue per predecessores vros fundationis, nobis quodamodo devocione addicti declararunt nobis, magna se et quietem suam premi et impediri incommoditate, quod crebro Nobiles istius provintie cui Illtas vra preest illorum Monasteria diu noctuqz ingrediantur, et invitis illis omnia que lubet agant atqz pro imperio auferant, nulla prorsus

vel illorum quietis vel sui officii ratione habita, quod qm nos illorum causa non mediocriter in commiserationem adducit, non possumus non molesto ferre animo. Quare Mtem vram rogamus velit pro sua in religionem pietate dictos Abbates et Monasteria illorum à vi et oppressioe diligentius tueri et non permittere vt religiose persone in diuinis officiis petulantium importunitate perturbentur. Quare et deo gratum Mtas vra prestabit obsequium et religiosorum congregationem sibi faciet deuinctissimam que bene et feliciter valeat Dat Cracovie die iija Januarii Anno domini M. D. XXXij Regni nostri Anno XXv

Sigismundus primus Rex Polo^e Regi Ferdinando.

Serme Princeps et domine etc Declararunt nobis Abbates Monasteriorum in Dioecesi Vratislauiensi, que est Dicionis Mtis vre Serme consistentium, data ad se esse mandata Mtis vre Serme vt pro certa summa aureorum Mti vre Serme numeranda cautionem fideiussoriã prestarent, à qua cautione cum et professionem suam et offitium longe alienissimum arbitrentur. Quippe quod ad solum dei obsequium et sacrificiorum sedulam procuratione à primis fundatoribus essent in Monasteria recepti, Supplicarunt nobis, vt illos intercessione nra ad Mtem vram Sermam subleuaremus, ne onus quod suo ordini non conuenit illis imponere velit, in quo nos non tam illorum partibus quam predecessorum nrorum Ducum Polonie qui fundationis illius authores extiterant recordatione permoti Mtem vram fraterne et impense rogamus vt perspecta Abbatum predictorum causa et religionis instituto pspectis

etiam illorum tenuibus facultatibus illos in pristina libertate et Priuilegiorum vsu conseruare, nihilqz eiusmodi illis mandare velit quod vel illorum quietem, vel exiles facultates grauari et impedire possit. Factura Mtas vrã Serma rem sua pietate et laudabili equitate dignam, nobis autem longe gratissimam quam proculdubio deus iusta mercede Mti vre refferet, et nos offitiose mereri curabimus. Cuius nos amori et beniuolencie fraterne commendamus et illam felicissimam semper esse atqz semper saluam et incolumem ex animo optamus Datu Cracouie tercia Januarii Anno domini ... D... XXXij° Regni nri Anno XXv^to

Sigismundus primus Rex Polonie
Ottoni · Henrico · Philippo Ducib Bauarie.

Illris^mi Principes et domini consanguinei nri charmi: Meminimus probe que superioribus diebus Orator Illum vraz de negocio dotali nobiscum egit, et que nos illi tum desuspendendo ipso negocio ad Conuentum generalem Regni nri responderamus, ea ratione quod futurum sperabamus aliquem ex Senatoribus nris qui nos de eo ipso negocio vti se haberet, plane edocere posset, verum cum in presenti Conuentu res ad Senatum nostrum per nos relata ac diligentissime examinata esset, non solum nemo extitit, qui eius rei vllam haberet cognicionem, sed etiam omnes sibi persuadent dotem ipsam dudum exolutam, qz et tanti temporis diuturnitas et nulla in exigendo eo debito facta legatio, que cuiqz constaret, satis esset argumento. Quare plurimum rogamus Illes vras vti amicos et consanguineos nros charmos animu

non inducant, ad exigendum rem tanto tempore et silentio antiquatam et incognitam bonique consulant, quod neque debitum ipsum recognoscere possumus cuius apud nos nullum extet vestigium, neque si maxime esset liquidum, propter tamen ingentia bella quibus assidue distinemur in reprimendis infidelibus non solum a regno meo, sed etiam a tota republica Christiana sufficere ad tot diversa impendia facienda, nequaquam possemus, ut interim non attingamus nos et regnum meum pro eo quod non hereditario nomine, sed libera electione in liberum regnum successimus, ad exoluenda debita presertim adeo vetusta iure non teneri. Speramus autem Illtes vras has meas rationes equi bonique facturas neque aliter interpretaturos esse meum in se animum quam uti est integerrimus, quibus non secus quam filiis meis, omnibus in rebus comodare et gratifficari semper optamus idque per omnem occasionem re ipsa pro virili mea prestare curabimus felicissime valeant Illtes vre et nos diligant Dt Crac die viij Ianuarii Anno M. D. XXXii Regni mei Anno XXvto

Sigismundus Rex Poloe.
Gdanensibus.

Famati fideles nobis dilecti. Cum hic in Conventu proxime celebrato apud nos essent Nuncii Illris Principis d. Alberti in Prussia Ducis Nepotis mei charmi inter cetera magni momenti negotia que nomine Illis sue in consultacionem eius Conventus retulerunt, proposuerunt etiam postulationem Sermi Regis Datie quam medio eiusdem Illris D. Ducis ad nos referri in hunc modum voluit, ut scilicet pro mea benivolencia quam cum regibus vicinis habere convenit et simul ob publice quietis rationes serio et amice curaremus,

quo ille contra hostis sui Cristierni Regis conatus et impressiones bellicas, quas nunc aduersum illum moliri classe non modica preparata cepit aliquibus Ciuitatis istius vrae auxiliis subleuari possit. In qua re tametsi nos ignoremus quid vobis per foedera, quid item per facultates vras ea in re facere liceat, quia tamen perspicimus commodis Ciuitatis istius hoc plurimum expedire vt eorum Principum et Regum beniuolenciam in quorum prouinciis magna et expedita negocia habere soletis, officiis vris conseruetis, vos serio hortamur vt de facultatibus vris Serenis^mo Regi Datie in subsidium quanta maxime potestis nauium et militum auxilia ac aliorum bellicorum opum preparamenta submimstretis, pro quibus ille vltra fauorem regium cautionem se vobis eiusmodi daturum pollicetur, vt finito bello et impetu Cristierni depulso, vos impensarum vestrarum plenam possitis habere satisfactionem. Facturae F. vrae rem non minus nobis gratam quam Ciuitati isti nostrae vtilem. Datum Crac die XIX^a Januarii Anno domini M^o. D. XXXij Regni vero nostri anno XXVi^to

Ioannes Rex Vngariae.
Sigismundo regi Poloniae.

Ex^me Princeps et domine, affinis et tanquam Pr nr charissime. Cum fidelis nr Spectabilis et Mgcus Jeronimus de Lasko Palatinus Syradien. Vaivoda nr Transsiluanus, ex Germania recta in Poloniam sit profectus, non dubitamus eum vestram Mtem accessisse, ab eo igr vra Mtas intelligere potuit, quo pacto fuerit per Regem Ferdinandum aduersarium nrm retentus ne ad Caesaream Mtem ire potuisset. Que nos omnia licet aliam speciem habeant, non possumus tamen in aliam partem interpretari, nisi quod Rex Ferdinandus, nondum a solitis artibus

suis desistens, querit omnes vias, et modos, sicut hactenus sem:
per ab inicio fecit, quibus nos adhuc circumuenire possit. Nos
certe de quo deum testem facimus. Syncere cum eo procedimus
et nihil aliud querimus nisi penes bonum publicum tocius Chri:
stianitatis, eciam bonum ipsius. et fuimus parati, quod et
de facto fecimus, mittere ad fratrem eius excellentissimum
Carolum Imperatorem, Oratores nros, et cum auctoritate
Mtis vrę, eius eciam ipsius, Cuius nobis frater Germa:
nus Capitalem hostem, nullo nro demerito se fecit, et quem
nunc suspectum habere poteramus. medio et auctoritate vti,
in Controuersiis istis mutuis componendis. Quod nisi fal:
limur non solum Imperatori ipsi, sed eciam hosti nro, decorum
et honorificum futurum erat, sed quando aliter est ei visum
et non solum commodis nris simul ac suis, sed eciam honori
ac dignitati fratris vult obstare, Agat ipse quicquid vult.
Nos certe cum dei auxilio, in quo vno totam spem nostram
posuimus, rebus nris deesse nolumus, fortasse adhuc veniet
tempus quando aduersarius nr, recordabitur huius occasionis
nunc pretermissę, Mtas vra cuius medio, omnia ab inicio
vsque ad hanc horam acta sunt, dignabitur vnacum suis sapie:
tissimis Consiliariis, nobis esse testis, coram deo, et hominibus,
nos nihil in hoc negocio pacis pretermisisse, quod a nobis fie:
ri potuit, vel debuit, vsque ad hanc nostram humiliacionem.
vt non dubitauerimus, pro bono publico Christianitatis et
pro salute inimicorum nrorum ad eos eciam deprecandos
mittere, non curata eciam suspicione, si qua inde oriri potu:
isset, apud nros Thurcos amicos, et nunc eciam parati sumus, ad pa:
cem, Cum aduersario nro faciendam, sed non videmus quo:
modo sit conueniens. Nos ad Ciuitatem Pathavien, pro hoc mit:
tere, Tum ob temporis breuitatem, tum quod adhuc dubitamus
an sit futura ista Dieta Ratisbonen ad quam Caesarea
Mtas pollicetur se esse venturam. Tum eciam quod non possumus

nobis persuadere qum adversarius nr in alio elaboret, nisi in eo in quo hactenus semper laboravit, vt videlicet per istas dilaciones adducat nos in maius aliquod discrimen. Si tamen in veritate volunt pacem, nos ad eam parati sumus. Sed ita, vt in Regno vre Mtis, tractatus fiat, et quocumqz in loco Mti vre libuerit. Rogamus tamen vram Mtem, vt ob maiorem commoditatem isti tractatus fiant, vel Cracoviae, vel non longe à Cracovia, et vram Mtem cum hiis optime valere desyderamus. Et nos omniaqz nra commendata habere velit. ex Regia Ciuitate nra Segesuar decimo septimo die Mensis Januarii Anno domini M° D° XXXij° Regnorum vero nrorum Anno sexto

Prælati Proceres nobiles ordinum Vngarie.
Consiliariis et statibus regni Poloniæ.

Rmi, Rndi, Illres, Spectabiles, Magnifici Nobiles, Egregii, pruden, ac Circumspecti domini et amici nobis obseruanmi atqz honoran. Salutem et obsequiorum nrorum commendacionem Tametsi non dubitemus. D. vris optime constare Regnum istud nostrum dum adhuc florebat omnibus Regnis et provinciis Circumuicinis non paruo vsui atqz emolumento fuisse et nonsolum D. vris et huic Regno vro inclyto verum eciam toti Christianitati ad reprimendos et propulsandos impiorum hostium Conatus et hostilitates, Nos tanqz ante murale et fidele propugnaculum quoddam fuisse. et cum effusione sanguinis nri et infinitis cedibus nostrorum reipublice Chriane fidelissime et constantissime vsqz ad haec tempora seruiuisse, verum quo iam res nostre deducta sunt, id adeo toti pene orbi notum est, vt ea refferre vacaneum existimemus. Siquidem dum aliorum commodis studemus, dum negligenciam et impo:

lenciam Principum nrorum fecimus, dumqz frustra per tot se:
cula auxilia à republica Christiana, imploramus, eo miseri:
arum redacti sumus, vt is qui à tot et tantis cladibus super:
fuimus, nichil iam preter sanguinem superfit, itaqz ne
adhuc nobis et Christianitati pro qua etiam Sanguinem et
vitam que iam sola restat, modo prodesse possimus, effun:
dere non dubitamus defuisse videamur, indiximus vni:
uersalem Dietam in festo Beati Gregorii Pape proxime
affuture. In Berenbyda in Conuentu Vesprimien celebran
vbi tractaturi sumus et conclusuri de conseruacione huius
afflicti et iam iam (nisi mature prouideatur) ruentis re:
gni mei, quod eque nobis ac. d. vris proderit, igr ro:
gamus. D. vras tanqz bonos dominos vicinos et amicos
nros vt pro suo in religionem Christianam studio et be:
niuolencia erga nos vra, Denique pro euitandis vltimis
periculis que non secus. D. vris, ac nobis iam minet
velint mittere Oratores suos ad dictum locum, et diem, qui
nobis in persona. D. vrarum rebus meis afflictis et
attritis consilio et auxilio esse possint, pro quo facto. D.
vre à deo optimo Maximo dignam mercedem recipiet
Nos vero eisdem omni vicissitudine officiorum promereri
studebimus, alioquin si viderimus nos ab omnibus Princi:
pibus et Regnis ac Prouinciis destitutos cogemur eam
quam poterimus viam conseruandi Regni querere et in:
uenire antequa ad internitionem vsqz pereamus, Easdē
felicissime valere optamus, Dat ex Kenesse in fe:
sto Epiphaniarum domini anni eiusdem M. D. XXXII

Responsum a rege Sigismundo primo datum oratoribus Alberti Ducis Prussie: de suffragio eligendi regis.

Quod legatio Illmi domini Ducis Prussie inprimis continebat, de facultate eligendi Regis super eo negocio, expendens Mtas Regia vnacum vniuersis Consiliariis suis, singularem in se, et Regnum suum propensionem eius Illtis: proindeque cupiens illi hac in re ex animo gratifficari revoluit Mtas sua vti se facturam receperat, cum Iura et Priuilegia, tum vero acta et consuetudines regni veteres, comperitque adeo diligenter cautum et obseruatum esse omni tempore: ne quis alius excellencioris ordinis preter Consiliarios Regni Ius eligendi Regis haberet vt etiam et Duces Masouie, qui Principes erant indigene, regni et vetustissimi generis: vt denique et filii Regii, domini naturales huius Regni, post obitum Pris neque locum, neque vocem eligendi Regis habere potuerint: Sed et Mgri Prussie, qui Omagia Regibus et Regno Polonie prestabant, non solum vt Principes, sed etiam vt Consiliarii regni, qui pari modo loca in Senatu habebant hoc ipm Ius electionis obtinere, non potuerunt, proinde cum Illmus dominus Dux Prussie vt prudens Princeps, satis intelligat nihil esse perniciosius, in omni republica, quam aliquid aduersus leges et instituta vetera, perpetua serie et vsu approbata, committere, neque aliunde grauiores casus et perturbaciones oriri, boni consulere dignetur eius Illtas, quod Mtas Regia et vniuersi Consiliarii regni, qui eius Illti integerrimo animo afficiuntur, non possunt eam rem vt insolitam, et institutis Regni aduersam concedere, presertim cum id in omnibus Conuentibus exigant vniuersi regnicole, vt

nichil aduersus Iura et morem regni veterem statuatur: neqȝ mirum aut indignum videri debet eius Illti ꝙ habens locū suum in Consiliis, terrarum Comiciis, et Conuentibus generalibus, ad Electionem Regis non pertineat, cum itidem non pertinebant antecessores eius Illtis, ac Duces Masouie et hic fuit vsus in hoc regno ab inicio receptus et obseruatus: Sed et in Germania, vbi vigent leges Cesaree, non omnes Principes Ius habent eligendi Caesaris, qui locū suum habent in Conuentibus publicis. Similiter in regno Bohemie, et alibi, quod notius est, ꝙ explicari sit opus, alioquin nisi res esset aduersus Iura et instituta Regni: que Mtas sua nollet, vlla in parte turbari et labefactari, libētissimo animo Mtas sua et Consiliarij vniuersi gratificarentur eius Illti, propter hanc illius erga Mtem Regiā et Regnum eius, quam omnes cognoscunt propensionem et obseruanciam, neqȝ vllo pacto sibi aliter eius Illtas persuadere digneture.

Ceterum quod Illtas sua postulauit de expendenda apologia qua vellet criminationes, aduersariorum suorum diluere Mtas sua vna cum Consiliariis suis illam excuciens diligentissime, comperit quidem in ea pleraqȝ que facerent nō nihil ad excusationem eius Illtis: tamen considerans Mtas sua Regiā indignum esse magnis Principibus, presertim de dicionibus et rebus magni momenti, scriptis, cum aduersariis suis certare, quod ad professores literarum pertinet considerans eciam Mtas sua nihil posse scribi aduersum aliquem, tam exacte, vt humanum ingenium rursus nō inueniat, quod vicissim rescribat: aut confutet: neqȝ huiusmōi certacionem vllum habere modum, aut finem, omnium cōsultissimū putat Mtas sua, ab edenda in totum, ea ipsa, Apologiā supersedere, ne aduersarii et argumentū latius re:

scribendi accipiant et instructiores reddantur aduersus eius Illmam, cognitis tam ad vnguem Iuribus et transactionibus istis omnibus. Alioquin si consultius videretur eius Illmi ip: sam Appologiam edere, q3 vel sugillationes aduersariorum contemnere, vl aliis rationibus dignitatem suam tueri, nō aduersabitur quidem Mtas sua eius Illmis sententie, sed hoc videretur imprimis Mti sue necessariū, ita omnia discu: tere, et in compendium redigere, vt postbac eius Illmas suis: ipsius telis ab aduersariis suis impeti non possit. et ne, quibus rationibus, coram Cesarea Mte, et aliis Catho: licis Principibus dignitatem et institutum suum tueri vel: let, illi magis suo ipsius Testimonio detraheret et officeret Videretur itaq3 Mti sue Regie, vt si quid esset edendū tantum ederetur ea que citra periculum essent communiz Iurium vulgo editorum. et que auribus Cesaree Mtis, & aliorum Catholicorum virorum non viderentur indigna, qua: lia sunt que ab vniuersali Ecclesia non dissident. quod totū Mtas sua prudentie et bone deliberationi eius Illmis et suorum Consiliariorum committit. Rogans Mtas sua et obtestans eius Illmam quod et alias sepe fecit vt eius Illmas hec que non solū apud summum Pontificem sed eciam apud Cesaream Mtem ac alios Principes et viros Catholicos, non bene audiunt, & que communi negocio, et Statui eius Illmis recte firmando & pacando plurimum officiunt emendare ac reficere dignaretur Sic enim non dubitat Mtas sua facile omnia cum debita dig: nitate et fauore hominū sisti ac pacari posse.

DE mittendo autem procuratore ad declinandum forum Camere Imperialis, licet Mtas Regia censebat a principio expedire cause Illmi domini Ducis, vt ita faceret, quia tamen eius Illmas censet ex certis et legittimis causis eiusmodi comparitionem non modo non necessariam esse, sed eciam damnosam, Mtas

Regia subscribit eius Illtis sententie, arbitrioqz illius id fa:
cile permittit.

Vt delectus fierent in terris Prussie ad dubitam aliquam et
insperatam necessitatem, commiserat anno superiore Mtas
Regia et committere nunc quoque dignabitur, et ita providere
vt Illtris D. Dux nihil periculi aut nocumenti ratione
terrarum et Dominii sui subire possit

De constituendo in terris Prussie equali auri et argenti pon:
dere quo Illmus Dux postulabat, referet Mtas Regia
ad proximum earundem terrarum Conventum, in quo ade:
runt eciam Consiliarii et Oratores ipsius domini Ducis,
ibiqz de eo ipso pondere id quod magis vtile esse videbitur
communi omnium consilio et consensu statui poterit, nam in
presens absqz ordinibus et Consiliariis terrarum Prussie nil
hic Mtas sua statuere voluit, neqz commode potuit

Quod ad Solidos et denarios non cudendos attinet, vtraqz
Civitates terrarum Prussie Mti Regie subiecte, habeat
Ius ex Privilegiis suis cudende monete omnis generis cui
derogari non facile potest, tamen Mtas sua quantum fi:
eri poterit cussionem et solidorum et denariorum minutorum
prohibere curabit.

Quod vero postulat eius Illtas et censet de non euehendo
passim frumento in alienas terras ex terris Prussie, nisi
sub certa mensura et modo, probat quidem Mtas Regia
sententiam et consilium domini Ducis, quia tamen diffi:
cile est hoc tempore modum huic rei statuere propter No:
bilitatem Regni, cuius precipui thesauri sunt fruges,
quas colligunt in bonis suis labore suo quas quotannis re:

dere curant quoquo modo possunt, unde non facile paterentur cō:
tra libertates suas imponi modum exactionis illarum, rem et deli:
berationem hanc in aliud tempus Mtas sua differendam duxit

De limitibus et differenciis inter terras Masovie et Prussie ad
anno superiore negocium perfici non potuit propterea quod Comi:
ssarii domini Ducis ad diem statutum in loco differenciarum
non comparuerant, designabit eius Mtas eosdem vel alios Co:
missarios mandabitque illis Mtas sua ut operam omnem ad:
hibeant, quo estate futura tandem omnes differentie super
istis limitibus componantur.

Postremum erat de postulatis Sermi domini Regis Dacie Mtas
Regia propensionem et benivolenciam hanc in se quam illius
Mtas significauit gratissimo accepit animo, cupitque vicissim
Mtas sua, et bonam valetudinem et optimos quosque successus
illius Mtis semper audire. Dolet vero ex animo Mtas sua
eas difficultates et impedimenta illius Mtis, per hostes eius
exhiberi, et licet Mtas sua satis habeat negotii cum hostibus
suis infidelibus et Scysmaticis, timeatque eciam impeticiones
aliquas in Prussia, propter quod velit Mtas sua delectus
illic haberi semper paratos, ut tamen non deesset Mtas sua
postulationi et necessitati Sermi domini Dacie Regis, scri:
bere dignabitur diligenter Ciuibus et subditis suis Gda:
nensibus, ut cum multum ipsorum referat qui negocia exer:
ceant in Regno Dacie nauigentque ultro citroque cum mercibus
suis, curarent quo iter per Mare sit peruium et securum, quod
bello durante fieri nequit, rationemque aliquam caperent de
ferendo subsidio ipsi Sermo Regi Dacie, et illius Mti pro
sua virili adesse curarent.

Hec sunt que Sacra Regia Mtas ad legationem et postulata

Illmi domini Ducis Prussie respondere et prestare potuit, erit demum virtutis et prudencie Illtis sue hec eo animo suscipere quo illam Mtas sua Regia integerrime complectitur Datum Crac. 28. Januarii Anno domini 1532

Sigismundus Rex Polonie
Ferdinando Regi Vngarie

S

Erme Te Probamus vehementer quod et Cesarea Mtas animum induxerit ad componendam pacem inter Mtem vraz ac eius adversarium, et vra Mtas non recuset, vt enim inicio sensimus ita eciamnum aliter iudicare non possumus nisi plurimum expedire reipublice Chriane, vt bellum istud sistatur, quare quod hactenus nunquam facere recusavimus neque vlli opere aut impense parsimus, idem et nunc facturi sumus non gravatim, licetque terminus quem Mtas Cesarea prefixit prius preterierit quam lre eius Mtis Cesaree et vre Mtis Regie fuerent nobis reddite, ad locum tn designatum Oratores meos libenter mittemus, dummodo sciamus quod hactenus nos latet, adversarium quoque Mtis vre velle mittere, verum vtcumque erit Mtas vra non desit huic negocio conficiendo antequam tempus Induciarum labatur pro communi bono reipublice Christiane, nos vero quicquid de voluntate adversarii eius intellexerimus, e vestigio illam certiorem faciemus, cuius fraterno amori nos commendamus, et valere illam cum suis omnibus felicissime desideramus Datum Cracovie die penultima mensis Januarij Anno domini M°. D. XXXij
Regni nri anno XXVito

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Regi Vngarie et Bohemie

Serme P. Q3 gratum sit nobis officium et beniuolencia vre Mtis, quam erga nos exhibet cum in rebus aliis, tum in ea opera quam prestare non grauatur de collocanda in Matrimonium Illma filia mea primogenita, iam et alias Mti vre declarauimus, et nunc quas maiores possumus illi gras agimus. Verum quod requirit a nobis Mtas vra vt illam de pactis Dotalibus de parafarnalibus et aliis id genus condicionibus certiorem faciamus, talia quoniam inter tractatus de Connubiis postremo loco habentur, apud eos qui coniunctionem et affinitatem pluris estimant q3 pecuniam, decentius arbitramur id negocii ad tractatus mutuos cum Oratoribus Illmi Principis domini Comitis Palatini Rheni de cuius voluntate nihil adhuc certi habemus, suspendere quos cum eius Illtas ad nos mittere dignabitur, tum demum simul omnia que ad conficiendum recte hoc Matrimonium pertinebunt, transigere cum illis curabimus, neq3 ex parte nra quicq3 recusabimus, quod ad stabiliendam hanc inter nos affinitatem modo et honestate debita expedire videbitur felicissime valeat Mtas vra et nos diligat Cracouie penultima Januarii Anno domini M°. D. XXXij

Petrus Tomicski Eps Crac. Vicecancell.
Luce de gorca Castellº Posnaniensi: Capitº
Maioris polo^e^ generali

Cum huc primum venisset filius Mgcie vre D. Andreas sollicite egit de capiendo a communibus meis amicis contra Zakrzewsky consilio, et postqz inter nos qui hic fuimus conclusum esset, vt factum illius ad auditorium Mtis Regie publicum referretur, solus ipse filius Mgcie vre luculenta et modesta oratione negocium Mti sue exposuit. Cuius verbis et conquestione tametsi Mtas Regia commota aduersum Zakrzewski erat, noluit tamen (nam nobis etiam idem videbatur) sum absqz presencia vre Mgcie defensionem illius audire, sed rem omnem ad Conuentum regni publicum reiecit, diemqz xii a die midies Conuentus purgationi asignauit, ad quod tempus Mgcia vra hec que ad conuincendum hostem et aduersarium suum opportuna et necessaria videbuntur comparabit, et instruet vt eius sui mali facti penitere illum possit de quibus omnibus D. Andreas vram Mgciam plene informabit

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Vngarie Bohemie regi

Serme Princeps etc. Agentibus nobis hic mense preterito Conuentum Regni mei publicum omnium ordinum cetus grauiter nobiscum expostulauit, quod maleficia et iniurias predonum qui in Slesia fouentur, et exinde subditos plerosqz meos cedibus et damnis afficiunt, tam pacienter tolleremus, vt magis illorum videamur parcere malicie qz compati subditorum meorum damnis et oppressioni. De qua re

etsi nos, id quod verum erat, illis respondecimus, quod scit cum Mte vra non semel egissemus vt et predonum auda: cia in Slesia cohiberetur, et subditorum nrorum damna sar: cirentur, illis tamen cum non satis visum esset, de his nos cum Mte vra egisse, et vtiqz satisfactionem vel securitate in Slesia nullam prestitisse, iterum atqz iterum a nobis co: tenderunt, vt Statum Regni de non inferendo bello, vel ini: micitiis non denunciandis diu editu, relaxaremus, et vi vi a se deinceps cuius repellere potestatem faceremus. Quod cum nobis non videretur ad tranquillitatem et mutue vi: cineqz amicicie rationes pertinere, assentiri in hoc peticioni illorum noluimus, sed nos curaturos esse cum Mte vra Serma recepimus, vt simul et Berkae ac Misskae aliorumqz predonum licencia in Slesia intercipiatur et damna illata subditis nris compensentur. Quare rogamus a Mte vra Serma, velit pro mutua subditorum nrorum necessi: tate et bone vicinitatis tranquillitate serio et mature ta[..] providere vt predones predicti, et alii quiuis viarum ob: sessores in Slesia et aliis dominiis Mtis vre receptum no habeant et subditis nris, negocia illic habentibus tuta et libera efficiantur comeandi itinera, Deniqz vt de rebus ablatis et iniuriis quibusuis illatis, iusticia petentibus ministretur, ne subditi nri nimiis iniuriis lacessiti aliquid vicissim contra subditos Mtis vre admittere cogantur, quod neqz nobis, neqz Mti vre Serme gratum vel como: dum videri possit. Ceterum etiam a Mte vra rogamus vt finium terminos quos inter Slesiam et maiorem Polonia Mtis vre, et nri Commissarii vtrinqz statuerunt et fir: marunt, teneri et custodiri mandet, nam subditi nri cre: bro ad nos defferunt, Henricum Corsbok et Ra: themberk reiecta Mtis vre et nrorum Commissariorum ordinatione et definicione, finium signa, et metas, manu

violenta turbare et dissipere. Facturum id Maiestas vestra Serenissima pro officio, se Christiano Principe, digno, et pro mutua nostra benevolencia subditorum suorum tranquillitate. Cuius benevolencie et amori fraterno nos plurimum commendamus et ex animo optamus, vt ipsa sit semper felicissima omnique in laude diu viuat, atque recta sua et suorum valetudine fruatur. Datum Cracouie die xx^a Februarii Anno domini M^o . D. XXXij Regni nostri XXVi^to

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Vngarie Bohemie regi

Serenissime Princeps etc. Quum essemus multocies, nomine Nobilis et Generosi Apel Fyczthom subditi Maiestatis vestre Serenissime impense rogati vt permitteremus illi in Auditorio tocius Conuentus ac omnium ordinum Regni nostri casus suos exponere, eius et amicorum suorum peticione commoti, admisimus illi publice que cuperet exponere. Qui tametsi multa verba in medium attulit miserias et calamitatem suam deplorans, prolixa tamen oracio sua hec in summa continebat, quod se diceret apud Maiestatem vestram iniuste de quibusdam rebus per inimicos suos accusatum, ad eorumque instanciam bonis omnibus que ampla in Bohemia possidebat, iniuste et non cognita causa exutum, petens a nobis humiliter et enixe, vt eius misertis calamitatis, eum in graciam Maiestatis vestre Serenissime intercessione nostra reduceremus. Quod cum nos pro nostro officio et pietate Christiana nobis conuenire iudicaremus vt miserabiles et afflictos homines auxilio subleuemus, scientes presertim illum Serenissimis Principibus et dominis bone memorie Vladislao fratri et

Ludovico Nepoti nostro Hungarie et Bohemie Regibus fideliter seruiuisse, facturos nos pro illo intercessionem nostram ad Maiestatem vestram recepimus Quare ab illa plurimum rogamus velit pie et clementer in ipsum Apel Ficzthom respicere, et ad bona que per iniustam delacionem vt ipse affirmat sunt illi ablata illum restituere. Nam ille se offert imprimis ad purgacionem Maiestati vestre Serenissime de omnibus de quibus est accusatus. Deinde eciam ad respondendum cuilibet de se conquerenti modo vt secundum iura Regni Bohemie secum agatur, et a Maiestate vestra Serenissima publica fides Salui Conductus illi concedatur Quod vt faciat Maiestas vestra Serenissima iterum atque iterum ab illa rogamus et illius amori et beneuolencie fraterne nos commendamus cupimusque ex animo vt et diutissime valeat et sit semper cum suis omnibus incolumis et foelicissima Datum Crac die XX Februarii Anno domini M. D. XXXII°

Statibus et ordinibus Bohemie

Sigismundus Rex Polonie.

Spectabiles et Magnifici Strenui Generosi et Nobiles Sincere nobis et grate dilecti. Adueniens huc ad nos Generosus Joannes Crussina quondam seruitor et Aulicus noster declarauit nobis Quonam preter meritum suum fuerit istic in Regno Bohemie carceri mancipatus et in bonis facultatibusque suis comminutus Cuius illius miserabilis et infelicis casus cum nos non mediocriter permoueat, partim propter illius Generosam et Nobilem progeniem, partim vero propter singularia merita que ipse et fratres eius nobis, Serenissimoque fratri domino Regi Vladislao et item Serenissimo et charissimo Nepoti nostro Regi Ludouico officiose prestiterunt

postulamus à S. V^ris^ vt deposita suis seueritate, illius condicionis et innocentie, equam et piam habere velint rationem, idq^z^ efficere ne ipse Crussina cum fratribus et cognatis suis in fama et bona existimacione sua et item bonis et facultatibus quibusuis detrimentum paci: atur facture S. V^ré^ rem non minus piam quam no: bis gratissimam Quas bene valere optamus Datt

Ferdinando Romanorũ Vngarie Bohemie regi.
Sigismundus primus Rex Poloniæ.

SEr^me^ Princeps et domine frater et consanguinee n^r^ charissime ac honoran. Nobilis Venceslaus Pro: czek subditus M^tis^ V^ré^ Ser^me^ et Aulicus n^r^, iam multocies supplicauit M^ti^ V^ré^, et nos pro illo intercessi^q^ vt successionis sue in iura et debita fratris defuncti ra: cionem habere, et illum pro authoritate et iusticia sua Re: gia in illa tueri et defendere ita vellet, vt neq^z^ illi am: plius de iusticia sua apud M^tem^ V^ram^ agendi neq^z^ no: bis pro illo intercedendi occasio prebeatur, quod tamen hacte: nus neq^z^ preces illius neq^z^ intercessio n^ra^ efficere potuerunt negociis fortasse maioribus M^tem^ V^ram^ destinentibus Quare nunc iterum presentibus M^tem^ V^ram^ ex animo rogamus vt tandem in hanc illius iusticiam et causam gratiose inspicere, quantumq^z^ iusticia et equitas postulat sibi adiudicando tribuere velit, vt et ipse sentiat et nos cognoscamus intercessionem à nobis factam aliquo lo: co apud M^tem^ V^ram^ fuisse, in quo M^tas^ V^ra^ rem equitate sua Regia dignam et nobis singulariter grata prestabit quam vicissim officiis n^ris^ et pari beniuolencia

referre illi semper curabimus Commendamus nos amori et be:
neuolencie fraterne Illtis vrę Sermę Quam et foelicis:
simam esse et in multos annos cum suis omnibus recte saluam
et incolumem vehementer optamus. Datę Cracouię v.ta
Marcii Anno domini M. D. XXXI.o
Regni vero nostri anno XXV.to

Sigismundus Rex Poloniæ Marchioni Brandeburgensi.

Illustr Princeps et domine affinis nr̄ charme. Recepimus literas Illtis vrę quibus et nris prioribus de negocio prędonum scriptis respondet et de equitatu illo circa fines Regni nostri congregato aliam rationem explicat qm̄ q̄ nobis dicti erant animo inuadendi negociatores homines societatem inimis: se. Que res est nobis non minus grata qm̄ id est iucundū quod ex hac congregationeq Mercatores ad communem homi: num vsum negociantes, nihil damni in rebus suis susceperint Coeterum et illud nobis vehementer in literis Illtis vrę placuit quod in terris suis se curaturam pollicetur, nequid periculi et damni à prędonibus quibusuis Mercatoribus intendatur Quo officio Illtis vrę nos quoqz inuitati, etsi antehac ad prędonicā pestem persecuti simus, nunc tamen tanto diligencius abolen: dam illam animum adiecimus et Capitaneis nris serio prę: cepimus vt de inuestigandis cuiusuis generis noxiis rap: toribus diligentem in regno nrō curam habeant ne homi: num negocia et honesta quies rapinis violentis perturbet. ac de Mathia quidem Thuczenski de Vedel quem Illtas vra nobis scripsit prędonum receptatorem esse mandaueramus nuper inquiri diligenter, qui dum cognouit Capitaneū nem maioris Polonię domini sue imminere ad nos aduola: uit, et precatus est à nobis enixe, vt illum ad purgationē

de tanto crimine sibi obiecto admittamus Quod cum officio nro Regali conuenire censuimus, vt hominem de cuius fama et honore agitur non prius pena affici mandemus q3 sit claro et aperto testimonio de crimine conuictus, Statuimus illi purgacionis locum et tempus in Conuentu generali proxime hic in Regno nro celebrando Quia autem actorem necesse erit contra illum habere, qui illi palam obiiciat in quo accusatur postulamus abs Illte vra, vt aliquem eorum ad proximum regni nri Conuentum mittere velit qui quod dudum de illo predicarunt, tum in publico contra illum proponant, vbi nos auditis proposicionibus et responsis cum toto Senatu nro id de illo statuemus et decernemus quod euidenti testimonio promeruisse fuerit comprobatus bene valeat vra Illtas et sit semper incolumis et foelix

Sigismundus I. Rex Poloniae Ferdinando Ro. Vng. Bohemie regi

Crebro iam ad Mtem vram de predone quodam Misska subdito illmis de Slesia scripsimus, vt illum Mtas vra vel Iuris cautione, vel ex Regali sua authoritate ab miserandis subditis meis iniuriis et apertis Mercatorum despoliationibus continere mandaret, Quod quoniam Mtas vra hactenus vel facere distulit vel officiales sui iussis eius no paruerint, ipse Misschka ad predonice artis audaciam incendii in subditos nros conficiendi maleficium adiunxit, proximis enim diebus dicitur loci cuiusdam hereditarii Mgci Luce de Gorka Castellani et Capitanei Posnanien Consiliariiq3 nri, sincere dilecti, edifficia concremasse, quorum etsi non mediocris est iactura, audacia tamen eiusmodi istius persone vilis, longe est nobis grauissima. Quare Mtem iterum pntibus litteris rogamus velit tandem Capito suo

in Ducatu Slesie committere, vt hanc grassandi licentiam in illo latrone coerceat et de perpetratis tot intollerabilibus spoliis et rapinis pena, quam meretur, afficiat, faciet nobis Mtas vra rem gratissimam, et ad conseruandam vicinorum subditorum nrorum amicitiam, Summopere vtilem et necessariam Quam nos vicissim omni beniuolencia, et officiis amicis referre Mti vre semper curabimus, Cuius amori et beniuolencie nos commendamus, optamusque vehementer, vt deus omnipotens illam diu sanam et semper foelicissimam, cum tota inclyta domo sua seruet et tueatur. Datum Cracouie

Sigismundus I. Rex Polonie.
Georgio Duci Saxonie.

Ill. Princeps Dne Accepimus literas Illtas vre quibus declarat nobis iniuriam Joannis Schlegel Ciuis Saganen subditi sui, qua se ipse subditus ob mandata contraria ad Magistratum Ciuitatis nre Posnanien, per nos in causa ipsius data affici queritur, Nos etsi memoria quidem retinemus quod primo mandato nro exequutionem sentencie per nos late Ciuibus nris ac Mgratui Posnanien commiseramus, aliud tamen mandatum nrm ad Mgratum ipsum Posnanien dari propterea fecimus, vt cum pars que in die longiori non comparuit, et sentencie nre minime satisfecit, legalia absencie sue impedimenta allegasset, ad nos integer cause Status remitteretur. Cuius remissionis et aduocationis cause cum sit per dictum Mgratum Posnanien assignatus partibus terminus ad primum diem, post festum Sancti Martini proxime futurum Illtas vra mandare subdito non grauabitur vt ad ipsam diem se sistat in presentia nra habiturus tum in causa sua eam quam iusticia et equitas suadebunt sentenciam.

Caeterum de repressaliarum minis in literis Illtis vrae scriptis non attinet respondere. Nam vt iustis causam daturi non sumus, ita à violentis scimus et possumus nros semper tueri subditos. Illud tamen preterire silentio apud Illtem vram nolumus, q in simili et alia magis ardua scribendi occasio: ne nos illi hoc quod ad nos de repressaliis scripsit, nunquam scripsissemus. et molestum est nobis, q vra Illtas eiusmoi minis parum decentibus nobiscum agit, cum sibi de nobis persuadere possit, quod nos vniuique hominum iusticiam ministrare solemus, et nemini iniuriam facimus. Cupimus autem vt Ill. vra sit recte salua et semper foelicissima. Dat Cracouie XIII Augusti Ano domini M D XXXII Regni nri anno XXVI

Carolo duci Minsterbergen capit^o Slesie.
Sigismundus primus Rex Polonie.

Illris Princeps affinis nr charme. Pluries iam egimus per literas et nunctios nros apud Illtem vram vt Generoso Hieronimo Rosdrazewski Castellano Rogosnen qui se cum seruitoribus suis grauem à subditis Illtis vrae iniuriam accepisse queritur, debitam iusticiam ministrare sed hucusque tn nihil nisi silencium ea in re ab Illte vrae obtinere potuimus non sine magno Castellani predicti preiudicio et molestia nra, is hunc enim vsque diem à nobis efflagitare non cessat vt illum auxilio et authoritate nra ita subleuemus quo pro iniuria et contumelia illata sibi per subditos Illtis vre satisfieri possit. Quare nos et subditum nrm ab iniuria et nos à molestia tandem liberare cupientes, postulamus denuo presentibus ab Illte vra, velit diligencius quàm hactenus fecit, hanc rem

inspicere et subdito nro cum subditis suis iusticiam ministrare ne cogamur nos preter consuetudinem nram aliis quam amicis rationibus et modis vindicande iniurie potestatem subdito et Castellano nro facere bene valeat Illtas vra et sit semper incolumis et felix. Dat Cracovie die ultima Januarii Anno domini M. D. XXXII Regni anno XXVIto

Sigismundus primus Rex Polonie Ludouico Gritti.

Magce sincere nobis dilecte. Accepimus litteras S. tue quibus suam erga nos et totam rempublicam Christianam propensionem testatur et explicat, que cum sit nobis ut debet magnopere grata, pro illa simul et pro officiis que in promouendis istic negociis nris sedulo et cum affectu prestat illi magnas agimus et habemus gracias. Quod vero nobis persuadet et consulit S. tua de mittendo istuc nuncio nro et captiuis Valachis isti Sermo Imperatori in munus dandis, consilium hoc non grauatim amplexi et exequuti fuissemus, si non prius quam Stis tue litere sunt nobis reddite, nuncium nrm isthuc misissemus, cuius reditum in horas expectamus, et miramur que causa sit tam tardi eius ad nos reditus, utcumque tamen et nos prius miserimus istuc nuncium et littere Stis tue posterius sunt nobis reddite, consilium quod nobis perscripsit S. tua animo sincero retinebimus et ubi occasio postulauerit pro commoditate nra illo utemur. Interea tamen postulamus a S. tua ut pro suo vetere erga nos affectu negocia nra et Sermo Imperatori et Illri domino Imbraimbasse, et magnatibus istis omnibus promoueat, et operetur ne calumniis Valachi hostis nri fides aliqua adhibeatur. Nam ut intelliget ex hoc Illt. Imbrahimbassche nuncio nihil ille nunciare aduersum nos solet, nisi quod prorsus falsum et ab omni veritate alienum esse noscitur

Caeterum quod de Ducatu Baren. Serme Coniugis nre hereditate nos submonuit S. tua meminisse volumus ut si quempiam ex meis istuc mittemus, illi cum Sermo Imperatore agere comittamus, ne quid Status Barenses periculi vel detrimenti experiri possit, Interea tamen rogamus Stem tuam, ut pro sua industria negocium hoc cum apud istam Caesaream Mtem, tum apud reliquos insignes istos rerum prefectos curare et promouere nosqz de omnibus que ad commodum et utilitatem nram spectare videbuntur certiores facere velit, nos vicissim beneuolencia et gratificatione nra S. tue id referre semper curabimus Quod reliquum est pro nouis rebus que exinde nobis perscripsit agimusqz S. tue gras quam saluam et foelicem semper esse ex animo optamus Datt Cracouie ij Februarii Anno domini M° D XXXii Regni nri anno XXvi°

Sigismundo primo Regi Polonie Imbrahim Bassa

MAgnus et excelsus, excelsus verbo supra verbum adiumento apud deum sigillum per deum in Prophetiam Arx et Turris assecute fidei et capud eius quemadmodum Samurud lapis summus in prophetis tu es qui appellaris Machmet Mustapha benedicto dei super te sit cum multis miraculis que ex diuina concessione peregisti deniqz et super tuos quatuor sodales Abubeker, omer, Osman, hali quorum omnium et animabus illorum deus ante omnes sanctos misereatur

Sultan magnus Imperator qui premonstrat viam populo et est Corona et Thronus Nabuchodonosor umbra dei in terris, Nigri Albiqz Maris, Romanie, Anatolie, Ca:

Caramanię, Adzanię, Helesponti, Medię et aliarum omnium dominus quę omnes prouincię sunt quęsitę potencia, fame, et ignito ense quarumque terrarum dominus erat Baiezeth, Sultanus eius filius, Sultan Selim eius quoque filius Sultanus Suleiman nunc est.

Eius magni Imperatoris ego sum magnus Vexillifer et omnibus subditis eius Caesareę Maiestatis impero, sumque supremus Capitaneus ex nomine Imbraimbascha

Vos vero estis magnus dominus religionis Messię, Princeps Regni Polonię, Sigismundus Rex, vobis honorem deferendo notum facimus quod hoc tempore Petrus Voievoda Moldanię suum hominem ad nos cum literis misit, Nunctians quod in regno vestro terra et Ciuitates Moldanię vastate depopulateque sint, et quod subditis eius bona, facultates, armenta, ablata sunt et iniuria illis illata Quamobrem id nobis significans, postulauit vt illi vicissim faciamus terram vestram inuadendi depopulandique potestatem

Hoc tempore predictus Imperator noster auxilio dei amicicia et coniunctionem vobiscum retinet, et vos non ignoratis terram Moldanię non alicuius esse alterius, quam potentissimi Imperatoris nostri, et Petrus Voievoda, quemadmodum ceteri per Imperatorem quibusuis loci prefecti, in hac prouincia est ipsius seruus, et subditi eius praetatis tributum soluunt vt nonsecus sit terram Moldanię contrectare quam in terra ipsiusmet potentissimi Imperatoris propriam manum extendere Quamobrem cum non expediebat hec ea ratione facere, non denunctiando ea Caesari nostro potentissimo, ne iracundia commoueretur, nos nomine nostro vobis literas misimus, necessarium arbitrantes, vt milites vestri qui irruptiones

in Moldaniam fecerant, subditis Vaiwode armenta et reliquas res ablatas restituant et vris militibus in finibus Moldanie collocatis serio precipiatur, vt deinceps a vastanda prouincia Moldauia abstineant, et coniunctionem Caesaris nri potentissimi vobiscum initam venerantes operentur, ne serui et Tributarii Caesaris in Moldauia collocati iniuria afficiantur, quicquid vero in ea re deinceps statuetis, nobis per lras vras significetis, et hoc notum esse vobis volumus Dat Mense Meliobewel hoc est Nouembri Anno a morte Machometi D . CCCC . XXXVIII°

Dani ktore daie Voiewoda Valaski Czessarzowi Thureczkiemu i Bassam iego niektorim a posila ie abo przes Canczlierza, abo Hethmana wielikiego, nati czassi, ati rzeczi iako nizei vipisano

Pierwscha na Swiati Krzi Czessarzowi, to iest. Sto a dwadziescia tissiecz aspr ktore vczinia 10000 florenos in auro, przithim tess daie 12000 flor in auro
Item dwanascie Sorokow Soboli, it 12 Schub Rissich dobrich, it 9 futr popieliczich dobrich grzibietowich It dwanascie futr popieliczich brzusskowich, It 12 Valachow dobrich, czalich niessadniomich inochodnikoff

Imbraimbaschi

Czteri Soroki Soboli, it czteri konie inochodniki 30000 aspr czo vczini 600 flor in auro it czteri Schubi Rissie

Aiaschbassi takiesch

Druga dan na Matka boza posledniа, czissz poslowie na wierzchu pisani nossa Czessarzowi
It czteri konie dobre inochodniki, it octo Sorokow Soboli dobrich

It octo Sebub Rissich it 12 Sokolow it octo fulr dobrich popieliezich grzibietowich

Ibraimbaschi

Czteri konie dobre, it dwa Sorochi Soboli it 2. Soboli it .2. Sebubie Rissie. Aiasbassi takiesch

Sigismundus Rex Poloniae Imbrahim Basse.

Sigismundus etc. Illustris et Mgce domine, amice sincere nobis dilecte. Reddite sunt nobis litere Illtis vre, quibus declarat, quod cum nuper istuc venisset ad se nunctius Voiewode Valachie, illique nunciasset, multa damna per subditos nros terre Valachie illata esse, et armenta illinc plurima abacta, resque non modicas per vim ablatas: illa pro sua erga nos veteri et amica propensione, ad Serenissimum Imperatorem suum deferri non est passa, vt nos prius de illis, prout fecit, certiores faceret, persuadens insuper nobis, vt terre Valachie, quam Sermo Caesari Tributariam esse scribit, nihil iniurie vel violencie inferri per subditos nros deinceps patiamur, et vt propter conseruanda foedera per nos cum Caesarea ista Mte inita, omnia que essent per subditos nros ablata Valachis restitui mandaremus. Nos primum omnium Illti vre magnas agimus et habemus gratias pro hac amica propensionis sue erga nos declaratione, et pro isto officiorum genere quo negocia et omnes actiones nras istic in Aula Caesaree Mtis commode et vtiliter prosequi et promouere non cessat. Quod vicissim omni beniuolencia et gratificatione nra Illti vre refferre et compensare per omnem occasionem curabimus. Deinde quod ad Voiewodam Moldauien attinet, nichil miramur eum tam vanis, iniquis

et falsis criminationibus contra nos uti, cum non est veritus
iusiurandum suum et foedera quę nobiscum habuit, turpissi:
me, et hostiliter humani et diuini Iuris honestate contempta
violare. Nam ante decursum hunc annum cum nos aliis bel:
lis et negociis aduertisset occupatos, nihilq3 prorsus de hos:
tilitate sua suspicantes nosceret, non denunciatis nobis
inimiciciis, neq3 ulla causa belli data, clandestino impetu
in fines regni nri irruit, et prouinciam nram hereditaria
et longo tempore, sine controuersia possessam, vi occupauit.
Quam illius hostilitatem, etsi tum repente nos vindicare
facere potuissemus, federum tamen ratione quę cum Ce:
sarea Mte pepigimus moniti aliquantisper abstinendu
censuimus, ut interea Valachi audaciam et furorem
Coesareę isti Mti denunciaremus, sicuti id per priorem
Nuncium preter omnem cunctacionem fecimus. Quando
autem post reditum nunctii nri aduertimus Voiewoda
illum non solum mandatis Coesaris obtemperare nolle
sed multo eciam magis pertinacia et hostilitate se attollere,
permisimus tum demum subditis nris, terram inique oc:
cupatam recuperare, qua recuperata voluimus illos, fi:
nes Valachie ingredi. Verum cum ille non pateretur
ęquo animo prouinciam nram esse sibi per nostros erepta
aliquot Turmas militum et hominum suorum denuo ad
inuadendam illam misit qui per nros viriliter excepti,
multi eorum in acie ceciderunt, reliqui in fugam versi,
nec multo post iterum hoc suorum casu prouocatus, cum
validissimo suorum subditorum et instructo exercitu cuq3
Tormentis bellicis, et omni apparatu, impetum in nros
fecit hostilem, et cum auxilio dei, qui vindex est peierato:
rum, et iustorum adiutor per milites nros longe numero
impares, fusus prostratusq3 et in fugam versus esset, nosq3
victoria politi in Valachiam Coesareę Mtis tributaria

illum persequi voluimus, ille vt quiescentes nros, et penitus ab armis ad pacem per nos reuocatos, insperatos opprimeret, colle: cticias Thurcorum Bialogrodensium et Tartarorum suorum copias, in fines regni nri misit, qui plurima damna subditis nris intulerunt, multosqz ex vtroqz sexu homines crudeliter occiderunt, plerosqz in seruitutem abduxerunt. Qua tanta iniuria et hostilitate prouocati subditi nri, ferre illam vlte: rius non potuerunt, sed vicissim par pari referentes excur: sionem in terram Valachie et damna subditis Voievode in: tulerunt, ac in omnes quos assequi potuerunt, sine vlla miseri: cordia seuierunt, parati eciam post tot contumelias Voievo: dam ipsum, nisi prohibuissemus in penetralibus terre Molda: uien querere, etsi possent illum ex ea propellere. Post quot ca: sus suos infelices cum nihil iam reliquae spei in viribus suis superesse sibi aduerteret, pro auxiliis vt audiuimus ad Sermum istum Imperatorem confugit, et suam in nos culpam reyciens calumniis et falsis criminationibus efficere conatur, vt Serm° Imperatori nos de ruptis et violatis foederibus suspectos fa: ceret, nos tamen qui de Coesaree istius Mtis integritate plu: rimum nobis persuademus, nihil dubitamus Vaivode va: nam accusationem nobis officere non posse, cum veritas que iam palam est omnibus, in eo Voievode facto, illius Cesaree Mti erit cognita. Cognita autem esse potest non solum ex nun: ctiis nris, quorum vnus iam dudum ad nos rediit, alter ha: ctenus isthic retinetur, sed eciam ex eo Mtis vre Oratore qui in Valachia agens perspicere potuit, qua fraude et qui: bus dolis Voievoda aduersum nos omnia que noxia intelli: git molitur et excitat de cuius peruersitate etsi multa decla: randa essent, ne tamen scripto longiores simus, verbis que oportuna videbantur per eum nuncium Mti vre nunctia: uimus. Quam plurimum rogamus, vt et Voievode iniqui: tatem et nre cause iusticiam Coesaree Mti declarare et in re:

liquis que successiue occurrent negocia nostra veteri suo amico fauore tueri et defendere velit. Nos enim bona fide pollicemur q foedera cum Cesarea Mte inita et firmata inuiolabiliter seruabimus, dumodo Cesarea Mtas prouideat ne hostis nr Voievoda Moldanien nos iniuriis lacessat et prouocet, ferre enim eius hostilitatem amplius non poterimus presertim cum id quod semel admisit in cognicionem Cesaree Mtis duobus nunctiis nostris detulimus.

Priusqz secundus nr nunctius isthinc redierit continebimus in pace subditos nros, et prohibebimus ne quicqz contra Voievodam predictum terramqz ac subditus ipsius attentent, id quod eciam mox intellecta voluntate et consilio vre Illtis non grauatim fecimus, et ab armis et quauis hostilitate contra Voievodam ipsum Moldanien hostilitate abstinere mandauimus, prout vs Orator hec et alia plenius refferet vre Illti quam saluam et felicem esse semper ex animo optamus Dat Cracouie die secunda Februarii Anno domini M° D. XXXii°
Regni vero nostri anno XXvi°

Responsum a rege Sigismundo datu Franc^co^ Pl^eto^ Transiluanensi oratori Joannis regis Vngarie.

Sacra Regia Mtas, domine Orator, habens foedus cum Voievoda Moldanien. hoste suo, et firmissime illud obseruauit semper et nullam ex se vnq3 causam vel occasionem prebuit, vt illud Voievoda violaret, sed cum ille oblitus humane condicionis, et contemptis ruptisq3 federibus, violenter se anno superiore in hereditariam Mtis Sue prouinciam Pokuczie nuncupatam miecisset, illamq3 occupasset, Mtas Sua iniuria pronocata, vno negocio et quod suum erat facile recuperauit, et exilibus copiis in illo tu ad bellum omni apparatu instructissimo perinrium et offensam suam cum dei auxilio strenue est vindicata, sicuti clades illius et victoria Mtis Sue omnibus id abunde testari et declarare potest, quam victoriam tametsi Mtas Sua ad illius perniciem et omnium suorum detrimentum persequi potuisset, volens tamen Chriane professioni et pietati non deesse, maluit hostis pertinacie aliquid tribuere et parcere quam nimia profusione sanguinis Christiani suam innocentiam contaminare, ea pietate nunc q3 prese ferens Mtas Sua licet in hoste suo nihil requirat vel speret fidei, ad postulationem tamen et persuasionem Serenissimi Hungarie Regis affinis sui charmi assentitur et concedit quantum in se est vt annales vel semestres inducie inter se et Voiewodam mutuo recipiantur et aliquibus certis modis per D. vram nomine Sermi domini Hungarie Regis proponendis firmentur, Na perueritate Voievode semel decepta et collusa Mtas Sua committere nollet vt quidpiam deinceps illius solius fidei credi debeat, certo sibi persuadens ab eo qui pudore semel

deposuit et fidem iureiurando interuersa fregit, nihil tuti seu firmi expectari posse, nisi alterius cuiusuis adminiculis et cautione firmatas induciis vel federi futuro adijciatur, proinde Mtas sua intelligere cupit à . D. vrã . quam fir=mitatem et in induciis et in foederibus de quibus agi de=bet expectare et sibi polliceri debeat ?

Caeterum quod de dandis captiuorum nominibus et numero illorum exponendo . D. vrã postulauit Mti sue non vi=detur ad rem hoc tempore pertinere cum nihil adhuc de condicionibus concordie et captiuorum commutacione agi inceptum est . Sed et qui sit illorum numerus aut qua=lis singulorum conditio percensere hucusque Mtas sua non curauit , quandoquidem multos illorum non uidit qui post partam victoriam in Castella Regni varia sunt distributi , Et hec sunt que ad legacionem . D. vre Mtas sua responderi fecit que . D. vrã ad Sermum Regem suum ita vt accepit refferet et illius Mti nomine Mtis sue Sermam plurimam salutem nunci=abit qua Mtas sua illius Mtem diutissime cum pros=peris successibus frui ex animo optat .

Sigismundus primus Rex Polonie.
Petro Jon Voieuode Valachorum.

MAgce domine Voiewoda. Cum venisset ad nos Orator et Secretarius Sermi domini Joannis Hungarie Regis affinis nri charmi Rndus Franciscus Prepositus Transsiluanien literasqz nobis tue Stis reddidisset quibus postulabat tua Stas fidem illi dari que nomine eius nobis declararet, nos et audiuimus ab illo omnia attente et que nobis oportuna videbantur ad tue Stis nunciationem respondimus que ipse tue Sti declarabit et nomine nro refferet. tua vero Stas vicissim illi in his que nomine nro ei exponet, fidem dabit, eadem enim que in literis nris continentur verbis agere illi commisimus cum tua Ste Q. ut bene valeat Datum Crac.

Sigismundus I. Rex Polonie
Ioanni Regi Vngarie.

Serme etc affinis nr charissime, cum idem nobis visum fuit raciones boni publici, et Mtas vra postulabat, ut cum Voiewoda Moldauien hoste nro inducias faceremus sub quibus de federibus et pace inter nos Mtas vra per se vel per Oratores suos transigere posset. Nos quantum in nobis erat obtemperauimus, et ad inducias cum eodem Voiewoda Moldauien faciendas consensimus in hunc modum et condicionem sicut Rndus dominus Franciscus Prepositus Transsyluanien Mti vre refferet. Cui nos qd qua racione et quo consilio fecerimus verbis coram exponi et declarari fecimus. In quo cum nos consilium Mtis vre sequuti sumus, expedire et conuenire arbitramur ut vicissi

Mtas vra id quod nos recto consilio fecimus curet per Voienodam firme et inviolabiliter obseruari Nam quod ad nos attinet omnia que literis nris Voievode promisimus constanter tenebimus, et à subditis nris teneri mandabimus Commendamus nos amori &c

Inducie cum Valachis.

Sigismundus &c Manifestum facimus per presentes vniuersis &c cum venisset ad nos Secretarius et Or Sermi domini Joannis Regis Hungarie Rdus Franciscus Prepositus Transsyluanien et nomine eius Mtis ac Reueren domini Joannis Statilii Epi Transsiluanen, tanqz Oratoris Regii ad nos, et Mgcum Petrum Voienodam Moldanien delegati item etiam nomine et mandato ipsius Mgci Petri Voienode Moldanien diligenter nobiscum egisset, vt inducias Sex mensium cum eo ipso Petro Voievoda Moldanien reciperemus, intra quarum spacium et de bello deponendo, et de foedere ac pace perpetua suscipienda, medio et opera Sermi Hungarie Regis inter nos transigeretur. Nos, tametsi multis et grauibus iniuriis à Voievoda Moldanien offensi, plus vindictam qz pacem hoc tempore cogitare debeamus, vt tamen postulacioni Sermi domini Hungarie Regis affinis nri charmi satisfaciamus, et vt profundendi Christiani Sanguinis occasionem deuitemus nō contempsimus quidem hanc Induciarum propter foedus et pacem ineundam ablacionem, verum quia Voievoda Moldanien nullum a se proprium ad nos ea de re misit Oratorem, cum plena facultate et mandato, hoc tempore, visu nō

est nobis integrum semestres suscipere Inducias, sed assensi sumus
et assentimur, damusq3 et assignamus presentibus ad postulacionē
Sermi domini Hungarie Regis affinis nostri charmi Inducias
hinc ad Calendas Maii proxime futuri duraturas, quibus
lapsis ad postulacionem ipsius eciam Sermi domini Hungarie
Regis, et causa rei Christiane ab illo tempore, vbi prime de:
sierint Inducie alias vsq3 ad Calendas Maii proxime per
annum subsecuturi, damus concedimus et recepimus. Cum
enim Sermus dominus Rex Hungarie, cupiat per se vel per
Oratores suos, foedus et firmam solidamq3 pacem inter nos
et Voievodam Moldaniensem conciliare, persuadere, et cō:
cludere, et illius Mtas sit hoc tempore, suisipsius et regni sui
Hungarie in tantum impedita negociis, vt non possit facile
simul alienis, et propriis negociis sub breui tempore satis:
facere, annales Inducias concedere maluimus, ad fedus
pacemq3 perpetuam tractandam q3 breuibus datis, in incer:
to esse et foedus ac pacem non perficere. Quare vt supra
est expressum Inducias hinc ad Calendas Maii et inde ad
alias Calendas May proxime futuri presentibus, Mgco
Petro Voievode Moldanien concedimus, et ipsi nos re:
cipimus, ea lege et condicione, vt tam ex parte Petri Vo:
ieuode Moldanien ac eius subditorum, et quorumuis au:
xiliorum, q3 ex parte nra, et militum ac subditorum nos:
trorum ab armis in vniuersum cessetur, nullaq3 damna et
nulle incursiones hostiles aperte vel occulte fiant et admit:
tantur, et vt Sermus Rex Hungarie promittat ac cau:
at nobis, suis lris, Voievodam Moldanien Inducias fir:
me seruaturum, et nullo aperto vel clandestino modo illas vi:
olaturum. Nam quod ad nos attinet, et bellum omne inte:
rea suspendemus, et nris subditis ab armis quiescere in
totum imperabimus, promittimusq3 in verbo nro Regio
Inducias ipsas per tempus supradictum hoc est hinc ad

Calendas Maii futuras, et ab Maii Calendis aduenientibus ad alias Calendas Maii, que incident in annum domini, Millesimũ Quingentesimũ tricesimum tercium, nos firmiter et inuiolabiliter obseruaturos esse, et mandaturos preterea prestaturosq3, vt eadem racione Capitanei Milites ceteriq3 subditi et incole regni nri illas absq3 omni dolo et fraude obseruent, in quem modum ipse Voievoda Moldanien vicissim nobis literis suis suo et Consiliariorũ ac boiarorum suorũ sigillis obsignatis cauere debebit vt scilicet per tempus Induciarum nihil hostile in nos vel subditos nros, per se vel submissas personas clam vel aperte, diurno aut nocturno tempore admittatur, Induciasq3 ipsas firmiter ac inuiolabiliter absq3 omni fraude et dolo obseruet, et a suis obseruari faciat. Et vltra hoc eciã promittere et cauere debebit, q liberum fiat per omne tempus Induciarum annalium, nris hominibus, negociã in terra sua Moldanien exercere, Mercesq3 suas vendere et permutare. Et nos presentibus illi cauemus et pollicemur nos prestaturos esse vt Moldani Mercatores secure et tuto in Regno nro comercia agere et cum hominibus nris contrahere et Mercari possint, saluis vtrobiq3 Emporiis et vectigalibus consuetis. Ea autem omnia, ita nos seruaturos esse pollicemur, si et ipse Voievoda seruaturum se literis vt supra dictum est, promittet et cauebit, Quas literas dominus Prepositus Transiluanien ante festum Pasche proxime venturum in Arcem Camieniecz transmittet prout id se facturum esse recepit, alioqui si literas Voieuode Moldanien non miserit, nras rursus pntes ad illud tempus hoc est ante festum Pasche nobis remittere in Arcem Camieniecz debebit, In quorum omniũ fidem et testimoniũ, Sigillũ nostrum presentibus est impressum Act et Dat Crac

die XX^a Februarii Anno domini M. D. XXXii^o
Regni nostri XXVI°, presentibus Reverendis in Christo Patribus
dominis Petro Crac. et Regni nostri Viccancellario Johanne
Vladislavien., Joanne Przemislien., et Petro Camenecen. Epis.
Necnon Spectabilibus Magnificis Generosis Venerabilibus
et Nobilibus Christofero de Schidlowiec Castellano et
Capitaneo Cracovien. ac Regni nostri Cancellario Joanne
Comite de Tharnow Palatino Russie generali ac Exerci:
tuum Regni nostri summo ductore et Capitaneo Sandomiri:
en., Petro Kmita de Visehnicze Voinicen., Marschalco
Regni nostri ac Scepusien. Przemislien. et Colen. Capita:
neo, Stanislao de Sprowa Vislicen. et Capitaneo Opoc:
nen., Laurentio Misskowski Biecen. et Capitaneo Bra:
thianen., Petro Opalenski Landen., Capitaneo Costen. et
Serenissimi filii nostri domini Sigismundi secundi Augusti Po:
lonie Regis Curie Magistro, Martino Miskowski Vielu:
nen. Castellanis, Joanne de Lasko Preposito Gnesnen. et
Lancicien., Nicolao Zamosczki Scholastico Lancicien.
et Cantore Sandomirien., Bernardo Vaporoski Canto:
re Crac., Samuele Maczieiowski Canonicis Cracovien.
Secretariis nostris, Silvestro Ozarowski Succammerario
meo et Zavichosten. Capitaneo, Joanne Tharlo de Seze:
karzovice Structore mense mee, Simone Chlewicki Ma:
gistro Coquine ceterisque Dignitariis officialibus et Au:
licis nostris testibus ad premissa sincere et fidelibus no:
bis dilectis. Datum per manus prefati Reverendi in Christo
Patris domini Petri de Thomice Epi Cracovien. et Re:
gni nostri Viccancellarii sincere nobis dilecti

Sigismundus primus Rex Polonie. Joanni Statilio Epo Transiluanensi.

Rnde in Chro Pr, sincere nobis dilecte. Grata est nobis opera P. vre quam in pacificandis rebus, cum Voievoda Moldauiensi hoste nro mandato Sermi domini Hungarie Regis affinis nostri charmi prestitit: et illud eciam est nobis gratum, q suo et ipsius Sermi domini Regis Hungarie nomine huc ad nos Rndw Franciscu Secretarium Regium, et Prepositum Ecclesie sue Transsiluanien, cum earum rerum quas cum Voievoda Moldanien egit significatione miserit. Que Ptis vre officia volumus vicissim illi beneuolencia et gratifficatione nra Regia cumulate referre a qua postulamus vt deinceps que ad rem pertinere et dignitati nre non aduersari videbuntur, sedulo et diligenter agat et apud Sermum Regem Hungarie promoueat.

De Induciis autem et de tota earum ratione id quod nobis visum et decretum est P. vra ex Rndo Francisco sue Ecclesie Preposito abunde cognoscet. Nam ei et consilii nri racionem, et tocius rei summa exponi et declarari fecimus bene valeat P. vra et sit q felix Datf

Petrus Jon Voievoda Valachorum Sigismundo primo Regi Poloniae.

Ser^me Princeps et domine, domine amice et vicine nobis ho:
noran. REdiit ad nos Venerabilis Franciscus Prepo:
situs Transsiluanien. Secretarius et Orator Serni Principis
et domini, domini Ioannis Regis Hungarie etc, cum literis
Mtis vre Inducias abhinc ad Calendas May proxime fu:
turi, et deinde ab eisdem Calendis May, usq ad alteras
Calendas May anni Millesimi Quingentesimi trigesimi
tercii, proxime videlicet subsequentis in se continentes.
Quas nos eo quidem honore et reuerencia qua decuit
vidimus et perspeximus verum quia de futura refusione
damnorum nrorum à Mte vra susceptorum, restitucioe
item tam Captiuorum q ingenuorum bellicorum nrorum
apud Mtem vram existentium, nihil tangebat, visum no:
bis non est pro~~xime~~ [maius] integrum apud nos retinere, neq
reuersalibus nris eas confirmare, ne tamen occasio fu:
turi boni et perpetue inter nos et Mtem vram, subdi:
tosq utriusq nrm subsecuture pacis per hoc precidatur,
Inducias pacis cum Mte vra ex adhortacionibus summi
Imperatoris Thurcarum domini et dni nri graciosissimi
et Sermi Regis Hungarie ac Rmi Epi Transiluanen
parati summopere suscipere et firmiter obseruare ac etia
per subditos nros teneri et obseruari facere, ubi nos ta:
men iuramentum nrm [inter] nos, et vram Mtem factum
nequaq violauimus, cum etiam in literis Iuramentalibus
patet ut illa terra Pokuczie, nominata et imposita no
est nequaq excessimus erga Mtem vram

Inter hec omnia, Negociatores liberum et securum hinc inde

habeant progressum, saluis Emporiis et vectigalibus con:
suetis Oratores quoqʒ et nuncii similiter vltro citroqʒ
libere inter nos agere, et iter facere possint quonsqʒ bene
et integre intellexerimus animum vr̃e Mtis, an nobis
vellet damna per Mtem vram̃ susce ~~pta~~ illata restituere.
Caeterum significamus Mti vr̃e post conflictum qui conti:
gerat hiis retroante seculis cum Capitaneo vr̃e Mtis
in Regno meo sunt combuste per subditos Mtis vr̃e
centum et quinqʒ ville, ac vna Ciuitas, cum omnibus
eorum frugibus, Iumenta autem que recepta sunt, pu:
tantur circiter centum millia super quibus responsum à
Mte vr̃a expectamus, quam foeliciter valere optamus Datt
in Iazwarossz feria sexta proxima post dominica Iudica
à nato Chrō M° D XXXij°

Franciscus Ptus Transiluanen: Regi Polonie

SAcra Regia Mtas
doĩe mihi graciosissĩe

Post perpetue seruitutis mee ad pedes Mtis vr̃e comenda:
cionem, hoc mane post datum mihi responsum, obsignatisqʒ
iam lr̃is ad Mtem Vram̃ per me datis, cum adhuc esse
in conspectu domini Voieuode Moldauieñ, cepi inuehere
in eum, cur tantam tam honestissime pacis occasionem abie:
cerit, tranquillo admodum et quieto animo respondit seno
in malum finem, neqʒ in contemptum Mtis vr̃e hoc fecisse
sed vt aliqua spes adhuc sibi reseruaretur rehabendorum
saltem aliquid eorum que in proximo bello contra Mtem
vram̃ amisit Quo factum est vt promiserit sese et suos
in pace et quiete tenere et conseruare, tam diu donec Mtas
vr̃a, et sui subditi cum eo in pace manebunt, Nunc ego

recto itinere, deo dante ad dominum et Principem meum gra:
ciosissimum Sermum Joannem Regem Hungarie sum pro:
fecturus reversurusque, Cui hec eadem omnia que et apud
Mtem vram Sacratisma et in post hic apud Voievodam
Moldavien acta sunt ordine suo ad vnguem referam. Cui
rei certus sum sua Serma Mtas procul omni dubio provi:
debit et non siniet, neque sustinebit hec mala inter Mtem
vram Sermam, quam loco domini et patris sui ducit et obser:
vat, et ipsum Moldanum Voievodam coalescere. Interea
dignetur Mtas vra, vehementer supplico, quieto et tra:
quillo animo fore, et nihil hostilitatis facere inferri ad ter:
ram Moldanie. Identidem et ipse Vaiwoda recepit se
facturum prout per hominem et nuncium Spectabilis et
Mgci domini Palatini Podolie et Capitanei Mtis vre
Camenecen, abinde idem dominus Vaiwoda Moldanie
nunciavit. Me et servicia mea Mti vre comē:
do. Datum in Oppido Jaswasl in dominica Ramispal:
marum Anno domini M° D. XXXII

Petrus Tomicius Eps Crac: Vicecancellus
Paulo Archiepiscopo Strigoniensi.

Rme in Chro Pr et domine maior honorandme. Perspexi
ex literis D. vre Rme illam vehementer anxiam et
molestam esse de tam diuturna Regni istius et Ecclesie sue
afflictione, Cuius me quoque non secus miseret quam si id incomodū
quod D. vra Rma sustinet mihi ipsi incumberet. Qd
vero D. vra Rma eisdem literis à me postulat, vt
hic apud Sermum Regem meum operam facerem quo et
Regni istius calamitati et D. vre Rme Ecclesie in
oppressione constitute succurratur, tametsi ad id mea spō:
te fuerim semper propensus hac tamen eciam postulacione et

desideriis. D. V. R. me permotus pro viribus meis consulere, et apud Maiestatem hanc deprecari non desistam, ut quam celerius ista dissidia regum de Regno contendentium ad bonam et Christianam concordiam reducantur et ut in omni eventu Status V. R. me. D. eiusque Ecclesie et sui Ecclesiastici ordinis non capiat detrimentum. Comendo me amori et beniuolencie fraterne. D. V. R. me Quam foeliciissimam et recte incolumem esse vehementer opto Datum Craconie die xiiiª Februarii Anno 1 5 3 2

Sigismundus Iˢ Rex Polonie
Statibus et ordinibus Morauie.

Sigismundus etc. Rndi. Spectabiles. Magci. Generosi Nobiles et famati sincere nobis dilecti. Reddite sunt nobis litere. D. vrarum quibus declarant se in Conventu Olomucen. pro festo Sanctorum Trium Regum proxime preterito acto, unanimi omnium ordinum consensu decrevisse, admisisseque ut Generosus Vilhelmus Cuna de Cunstat qui iactat et pretendit Sermam dominam Bonam Coniugem nram charma de certa pecunie summa que ex literarum obligatione felicis recordacionis Illme domine Isabelle Matris sue Mtis in hereditatem Ducatus Barensis transfusa esset, sibi huiusque satisfacere noluisse, posset in subditos et nunctios quoscumque sue Mtis iure repressaliarum uti, et quomodolibet illos, racione debiti pignorare et detinere Que res ingentem nobis admiracionem attulit Nam nisi id ex literis. D. vrarum cognitum extitisset nequaquam credere potuissemus illas preter omnem cognicionem cause et contra rationes pacis publice que ex iure gentium descendit eiusmodi ~~libertate~~ potestatem

privato homini concedere debuisse vnde et Iura publice quie:
tis confundi et tranquillitas in vicinitate dudum servata per:
turbari facille posset, verum cum apud illas comuni bono pri:
vatam vnius commoditatem anteponi hoc tempore aduerta:
mus, satis mirari non possumus quam facilitate permote D.
vre ad delacionem vnius persone id constituerunt et admise:
runt quod non minus periculi prouincie sue incolis quam meis
quibusuis subditis afferre poterit vtcumque tamen id ita est
factum, nos cum sciamus Sermam Coniugem meam semper
se obtulisse, et in presens offerre, vt hec obligacionis causa,
Iuri et Iurisperitorum iudicio in Romana Curia aut
Ducatu Barensi submittatur, hortamur vras. D. vt ipsi
Vilhelmo Cuna persuadeant definitionem Iuris potius in
causa sua amplecti quam violentas pignorationes hominum per:
sequi, alioqui enim si iusticie et equitati contrauenientes perti:
nacem se et importunum aduersum Sermam Coniugem meam
cum assensu D. vrarum exhibere voluerit, nos vt sub:
ditos meos ab iniuria defendamus nichil morabimur in
vniuersum contra omnes vicissim ex Marchionatu Mora:
uie vltro citroque hac commeantes repressalia ad mittere
hii enim qui ex huic iter in Italiam vel Germaniam faci:
unt non ad Serme Coniugis mee, sed ad nostram solius
subiectionem pertinent hec nos D. vris ad literas illa:
rum respondere voluimus vt perspicere possint quid ad co:
seruandam quietatem publicam, et ad tuendam bone vicini:
tatis Iura statuere admittere et amplecti debeant Ceterum
ista admissio repressaliarum quam vre D. in Conuentu
suo proxime acto fecerunt iudicio meo fieri non debuit
contra voluntatem et mandatum Sermi domini Ferdinandi
Romanorum Hungarie et Bohemie etc Regis qui literis
suis patentibus eiusmodi pignoracionem iunctiorum Serme
Coniugis mee et subditorum meorum seueriter vetuit etc

prohibuit prout id ex hiisdem litteris illmus Mtis quas cum presentibus mittimus vre D. plene cognoscent Quas bene valere optamus Datum Cracovie die xiij Mensis Februarii Anno domini M° D. XXXii Regni nri Anno XXVI°

Bona regina Polo[e]: Stanislao Epo Olomucen.

Rde in Cbro Pr sincere nobis dilecte. Grata et accepta nobis fuit semper et est nunc eciam propensio et observancia erga nos singularis P. vre quam in tractandis excipiendisque omni debita honestate nunctiis et servitoribus nris ad dicionem suam divertentibus plane et officiose satis nobis declaravit, pro qua etsi nos vicissim illi gratitudinem et benevolenciam nram testari et declarare intendamus, ferre tamen sine admiratione et anxietate animi non potuimus id quod nuper parte et fortasse eciam consenciente P[tis] vra per ordines Moravie in Conventu publico Generoso Vilhelmo Cuna de Cunstat est admissum ut scilicet contra servitores et nunctios nros libere represaliis uti possit et illos per Marchionatum Moravie commeantes impune pignorare valeat Que res tametsi nobis obesse vel incommodare nihil potest, protegente nos authoritate Serm̃i et honorandi domini Coniugis nri in cuius ptate magis quam in nra sunt ij quorum nos vel opera vel serviciis in hoc Regno utimur. Quia tamen non nihil ad indignitatem nram spectare videtur, est nobis plane gravis et molesta, presertim cum propter eius necessitudinis vinculum quod nobis cum Sermo domino Romanorum Hungarieque et Bohemie etc Rege intercedit et item propter honestatem et authoritatem Serm̃i doi Coniugis

nri aliam conueniebat ordines Moravie dignitatis nostre habere racionem verum cum ita est illis visum, ipsi viderint bene ne an male consilio et instituto illorum sit successurum, habemus nos literas Sermi domini Romanorum Regis Consanguinei nri honorandi, quibus expresse pignoratio et repressalia Vilhelmo Cuna supradicto contra servitores nros interdicuntur, que si temeritate eius forte violarentur non deesset tum demum nobis authoritas et protectio Sermi domini Coniugis nri, in cuius ptate tantundem vel amplius esse advertimus, ut repressalia adversum Moravie Incolas vicissim admittat, hec nos Pti vre significare propterea voluimus, ut illa pro veteri sua erga nos propensione inter ordines Moravie, inter quos primum locum obtinet, sciat qua ratione dignitatem nram tueri debeat, Si forte quod non speramus prescripto et manda: to Sermi Romanoru Regis ipse Cuna audiens esse noluerit Cuius mandati exemplum, cum presentibus P. vre mitti: mus. Et illam felicem atqz salvam esse semper optamus Dt Craconie xiii Februarii Anno M° D. xxxii

Sigismundo primo Regi Polonie
Tomas Eps Agrien: Alexius Turzo: Laurent Pptus Albensis
Stefan pemfftiger: Consiliarii regis Ferdinandi.

Serme Princeps
dne clementissime

Post humilem servitutis nostrorum commendacionem. Quum Civitates superiores Regni Hungarie decrevissent nunctios ad Regiam Mtem dominum nrm clementissimum mittere, pa: tuissetqz eis semper difficillimis et periculosissimis tempori: bus iter tutum per Regnum Mtis vre, ob eam que inter Mtem vram et Regem nostrum intercedit fraternitatem ac necessitudinem: Nunc qz eos per Poloniam proficisci iusserunt

bii quum in Regno Mtis vrae securi iter facerent, irru:
erunt in eos nonnulli Equites per Petrum Koska submis:
si ac ipsos captos in Arcem Streczin, et mox in Arua
deduxerunt nomina eorum haec sunt, Georgius Schere:
di. Adam de Ovar, Leopoldus eiusdem servitores, An:
dreas Melczer Notarius Cassonien, Georgius Verne:
rus Notarius Eperien, et Paulus Marschupiarius Leut
chonien, Quae iniuria profecto nonsolum Regiae Mti dno
mo clementissimo illata est, verum eciam Mti vrae Cuius
existimatio non parum offensa videtur. Qui ille in Re:
gno Poloniae hoc facinus patrare sit ausus, si omnia quae
adversarii contra articulos induciarum moliuntur et fa:
ciunt, Mti vrae scribere vellemus longum profecto esset,
Nam indies aliquid admittunt, occupant, spoliant, vexat
subditos Mtis Regiae, dicas passim exigunt sub eius
ditione, capiunt quos possunt, nec usque sibi temperant
nisi vbi occasio et facultas non datur. Qui si nobis aut
publica tranquillitas, aut Regis mei mandatum quo
cavit observari inducias non obstaret Non magno, vti
speramus, labore tueri adversus eos possemus subditos
Regiae Mtis, dignetur itaque Mtas vra, cui regni hu:
ius incolumitas semper cordi fuit efficere vel gratia
vel authoritate, quo dicti incolae Civitatum absque vlla
mora cum omnibus rebus et bonis dimittantur, tribuat
hoc vel suae iusticiae, vel mutuae cum Sermo Rege meo
affinitati et benivolenciae, proprieque suae existimacioni
in cuius Regno illi capti sunt, Nam si dimissi non fu:
erint, idque quaprimum, Veremur ne ante induciarum
exitum ad arma et cedes intestinas concurratur. Quod
vt Mtas vra accelerare pro sua pietate Regia digne:
tur, etiam atque etiam supplicat humillime, Quam deus

Optimus Maximus foelicissimam conseruet Dat. Posonii decima sexta Februarii Anno M. D. XXXii.

Sigismundus primus Rex Polonie Regi Ferdinando.

Ex^me Princeps et domine. Proximis literis meis responderamus Mti vre Serme, nos et concordiam quam cum aduersario suo inire Mtas vra non abnuit, modis omnibus promouere velle et ad designatum per Imperialem Mtem Pataviensem Conuentum Oratores nros paratos esse mittere, modo id prius foret nobis certum missurusnec ne sit illuc etiam suos aduersarius Mtis vre Oratores, de cuius voluntate et exploratiores nos esse, et Mtem vram certiorem facturos receperamus. Quam voluntatem cum ipse Mtis vre Serme aduersarius literis nobis ita explicauit quod nollet amplius neque in Pataviensem Ciuitatem neque in alium quemque in Germaniam locum Oratores mittere, partim eo offensus quod proxime a se misso Oratori iter ad Imperialem Mtem esset interclusum, partim vero quod publice fidei lre quas Cesarea Mtas Oratoribus suis ad tractacionem concordie designatis concessit, non fuerint eo modo scripte quemadmodum illius dignitati expedire videbatur nos id ad vram Mtem presentibus refferre sicut polliciti sumus volumus vt Mtas vra pro sua singulari prudencia expendat et constituat quid deinceps in re tam magni momenti, et toto orbi Christiano necessaria faciendum arbitretur. Nam aduersarius Mtis vre literis quas ad nos scripsit est protestatus se ad concordiam cum Mte vra ineundam paratum et propensum esse, modo illa et intra tempus Induciarum et hic in regno meo proxime Craconiam vel in ipsa Ciuitate Craconien tractetur. Que omnia in hunc quoque modum nos Mti Cesaree perscripsimus a qua et

simul à vrã Mté responsum et consilium expectabimus quo accepto quicquid vtilius ad persuadendam concordiam prestari à nobis posse cognoscemus, nihil certe intentatum relinquemus neqȝ vt hactenus fecimus, vel operam vel sedulitatem nrãȝ vlla ex parte desiderari patiemur. Mtem q͞ȝo vram enixe rogamus velit circumspicere diligenter quantum reipublice Chriane intersit, ne inaniter transactis induciis amalibus res ad belli rursus discrimen transferatur. Commendamus nos beniuolencie et amori fraterno Mtis vrẽ Serme Ꝯ eam foelicissimam esse atqȝ cum omnibus suis recte saluam et incolumem vehementer et ex animo optamus. Dat. Cracouie die XVI Februarii Anno Mo. D. XXXIIo Regni nri anno XXVIo.

Sigismundus primus Rex Polonie Cesari Romano: Carolo quinto

SErme et excellentissime Princeps Ꝯ non multo ante respondentes literis Mtis vrẽ Serme, illi declarauimus, qȝ propensi essemus animo ad suadendam procurandamqȝ pacem inter Sermum Romanorum ꝛc Regem, et illius Mtis aduersarium aperte id Mti vrẽ Serme significando, q̄ parati eciam essemus Oratores nros cum plenis mandatis in Ciuitatem Pataniensem vt visum est Mti vrẽ Serme mittere si modo id nobis prius certo constitisset aduersarium Sermi Regis Romanorum suos q͞ȝo Oratores illuc ad negocium concordie esse missurum de qua illius voluntate quoniam ~~tamen~~ tum, cum scripsimus Mti vrẽ Serme, recepimus nos et exploratoros esse, et Mtem vram Sermam certiorem de illa facturos, visum est nobis necessarium hunc celerem nunctium ad Mtem vram Sermam mittere, et illi simul declarare, q̄ Princeps ille assentiri noluerit vt eius Oratores in Ciuitatem Pataniens., vel alium

in locum dicionis Germanice concordie tractande causa pro:
ficisci debeant. scribit enim se satis iam expertum esse quod non
sit integrum illius Oratoribus in locis Germanie aliquid
eiusmodi tractare presertim cum et Oratori proxime à se ad
Mtem vram Sermam misso iter erat ad illam veniendi inter:
clusum, et venturis aliis Oratoribus in publice fidei literis
per Mtem vram Sermam concessis, non esset ita satisfactum
vt cum dignitate ipsius, in Germaniam se conferre possent.
verum quod ad concordiam attinet, ipse idem Princeps nihil ex
priori animo et facilitate sua se scribit remisisse, vt aliquibus
honestis mediis et condicionibus ea ipsa concordia confici:
atur, modo id quod tractari hac ipsa de re deberet, non
alio in loco quam in Regno meo instituatur, et locus Conve:
tui Oratorum futuro vel hic Cracovie vel proxime Cra:
coviam designetur. Que nos omnia quemadmodum prioribus
literis policiti sumus, ita vt ab ipso Principe accepimus Mti
vre Serme declarare presentibus voluimus, vt illa cognita
hac tocius negocii difficultate et impendencium discriminum
et periculorum gravitate expensa, Sapientissimo suo consilio
saluti tocius reipublice Christiane prospicere valeat. Cui si
quid nos eciam opera mea subservire poterimus, neque impen:
se neque labori meo quantumuis maximo parsuri vnquam sumus
At quoniam negocii istius ea est racio, vt nihil magis hoc
tempore ab omnibus curari conveniat, quam vt Sermus Ro:
manorum Rex ad concordiam cum adversario suo redeat?
Mtem vram Sermam plurimum rogamus, dignetur pruden:
tissimum consilium et authoritatem suam ita ad rem ad:
movere, vt hoc breve tempus quod ad tractacionem pacis
nobis superest possit cum aliquo fructu prius quam elabatur
transigi, et si quid apud se certi quod agi deinceps debeat Mtas
vra Serma statuerit, nobis significare mature non gra:
uetur vt nos mea consilia pro necessitate rei cum consiliis

Mtis vrē tempori contingere possimus facturā Mtas vrā Serma rem imprimis sua excelsa virtute et imperiali glo:ria dignam, deinde toti reipublicę Christianę et singulis populis gratam vtilem et acceptissimam Commendamus nos amori et beniuolencię fraternę Mtis vrē Sermę quā diutissime viuere et semper felicissimam esse ex animo optamus Datū Cracouię die XVII Februarii Anno domini M° . D . XXXII Regni nrī anno XXVI°

Sigismundus primus Rex Polonię. Carolo V.^to^ Christianorum Imperatori.

Serme Princeps. Exactis iam pluribus annis, quibus in Aula Mtis vrē Rndus dominus Joannes Epūs Culmen negocia nrā curauit, visum est nobis expedire vt partim propter curam pastoralem, quę illi incumbit partim propter munus quo inter Consiliarios nrōs fungitur illum in patriam reuocemus Quare plurimum à Serma Mte vrā ro:gamus, vt illum cum gracia sua dimittere dignetur, Caete:rum quia nrīs et Sermę Coniugis nrę, ac eciam reipubli:cę Chrianę negociis non incommodum fore ducimus, vt aliquis illa ex Comissione nrā in Aula vrē Sermę Mtis curet et promoueat, optauimus nobis ad eorundem negociorum curationem egregium Cornelium Scepperum Mtis vrē Se:cretarium, cuius iam fides et integritas est nobis perspecta et probata proinde Mtem vrām Sermam plurimum roga:mus vt cum ipse negocia nrā ex mandato nrō apud illam aget, illi et attencionem beneuolentem et fauorem suum Im:perialem et fraternum vt consueuit prestare dignetur Quod nos Mti vrē Sermę omni officio obseruancia et mutua gratificatione nrā referre curabimus Cuius nos amori

et beneuolencie commendamus illamqz esse foelicissimam et re:
cte semper saluam ac incolumem vehementer et ex corde op:
tamus Datū Cracouie die XVIII^a Februarii Anno
domini M° D. XXXII° Regni
nostri anno XXVI°

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Dantisco Epo Culmen: oratori.

Reuerende in Chrō Pr̄ Sincere nobis dilecte. Etsi nego:
cium Hungaricum quod nobis cum Regibus de Regno
Hungarie dissidentibus ad concordiam reducendis incumbit
exigere videbatur vt P. tua in Aula Caesaree Mtis
adhuc nonnihil perseueraret quia tamen illi nimis tediosa
et molestam istam moram esse aduertimus et negocium cō:
cordie inter Reges de Regno Hungarie inter se dissiden:
tes extrahi in longum videtur reuocandā P. tuam ad nos
duximus et reuocamus presentibus damusqz illi facultatē
quandocunqz voluerit istinc discedendi et huc ad nos cum
bona gracia Caesaree Mtis redeundi, priusqz tamen dis:
cedet P. tua curabit efficere apud Caesaream Mtem vt
Serme Coniugi nre aliquid munificencie et liberalitatis
promisse in negocio montis Serici exhibeatur et declaretur
In quo Regni Neapolitani collaterale consilium non multo
ante aduersum illam sentenciam promulgauit
Cum vero in procinctu itineris erit P. tua preficiet loco
suo nris et Serme Coniugis nre quibusuis negociis
egregium Cornelium Scepperum quem nos propter illius
virtutem in nostrorum negociorum procurationem optaui:
mus et Cesaree Mti per literas commendauimus, ad qua
litterarum commendacionem, verba et oracionem suā adij:
ciat P. tua qua ille in graciā Cesaree Mtis insinuari et

in authoritatem que nro nomini et dignitati conueniret in:
troduci possit, insuper etiam cum ipso Cornelio constituet
annuo P. vra de" illi soluendo, Serma enim Coniunx nra consti:
tuit illi ducentos aureos quotannis se soluere velle.
Si quid etiam ipsa P. tua non perficeret in negotiis nris et
Serme Coniugis nre Cornelio curandum relinquet, et instru:
et illum probe de omnibus vt commode omnia curare et
Caesaree Mti promouere possit. Quod reliquum est P. tua
Caesaree Mti commendabit negocium concordie quam confi:
ci inter Sermum Regem Ferdinandum et illius Mtis aduer:
sarium multum expediret anteqz tempus Induciarum an:
nalium elabatur, de qua re nos illius Mti Caesaree scrip:
simus, et simul ab illa rogauimus ne quantum per authori:
tatem suam licet rempublicam Christianam in discrimen
interitus adduci patiatur, Nos etiam P. tua illius Mti
Caesaree commendet et sospes ac foelix ad nos redeat Dat
Cracouie die XVII Februarii Anno M° D° XXXII°
Regni mei anno XXVI°

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando regi Roman. Vngar. Bohemie

Serme Princeps Cum relatum nobis fuisset ante aliquot
menses captum esse sub tempore Induciarum a Francisco
Kiari partibus Mtis vre adherente Mathiam quen:
dam Basonis de Czoltow Arcis Arucam praefectum que
est hereditas Generosi Ioannis Thornallii pueri et
Cubicularii mei, scripseramus tu litteras meas ad praesi:
den Mtis vre Serme, ab illis postulantes, vt eum ipsum
Mathiam in libertatem pro Induciarum conseruacione res:
titui mandaret quod cum hactenus illi facere non cura:
uerunt Mtem vram rogamus mandare velit iis ipsis

presidentibus suis ut Mathiam supradictum contra pre:
scriptum Induciarum captum et detentum captiuitate sol:
uant et liberum dimittant Facturea id Mtas vra Sermo
pro honore suo et rerum Regni Hungarie tranquillitate
Cuius amori et beneuolencie fraterne nos ex animo com:
mendamus et eam foelicissimam esse semper atque diu recte
cum suis omnibus saluam ac incolumem vehementer opta:
mus Datum Cracouie XX^a Februarii Anno dni
M° . D . XXXII°. Regni
nostri Anno XXVI°

Rex Sigismundus: Ferdinando regi.

Ex^me Princeps. Agentibus nobis hic mense preterito Con: | est supra
uentum Regni mei publicum omnium ordinum cetus gra:
uiter nobiscum expostulauit, quod maleficia et iniurias pre:
donum qui in Slesia fouentur et exinde subditos plerosque
nros cedibus et damnis afficiunt tam pacienter toleremus
ut magis illorum videamur parcere malicie quam compati
subditorum meorum damnis et opressionibus, de quare etsi
nos id quod verum erat illis respondeimus, quod sepe cum
Mte vra non semel egissemus ut et predonum audacia
in Slesia cohiberetur et subditorum meorum damna sarcirentur
illis tamen cum non satis visum esset de his nos cum Mte
vra egisse et utique satisfactionem vel securitatem in Slesia
nullam prestitisse iterum atque iterum a nobis contenderunt
ut statutum regni de non inferendo bello vel inimiciciis non
denunciandis diu editum relaxaremus, et vim vi a se deinceps
cuiuis repellere potestatem faceremus, Quod cum nobis non
videretur ad tranquillitatem et mutue vicineque amicicie ra:
tiones pertinere assentiri in hoc peticioni illorum noluimus sed

nos curaturos esse cum Mte vra Serma recepimus, vt simul et Berka ac Mischka aliorumqz predonum licencia in Slesia intercipiatur et damna illata subditis meis compensentur. Quare rogamus a Mte vra Serma velit pro mutua subditorum meorum necessitate et bone vicinitatis tranquillitate serio et mature tandem providere vt predones predicti et alii quivis viarum obsessores in Slesia et aliis dominiis Mtis vre receptum non habeant et subditis meis negocia illic habentibus tuta et libera efficiantur commeandi itinera, demqz vt de rebus ablatis et iniuriis quibusvis illatis iusticia petentibus ministretur, ne subditi mei nimiis iniuriis lacessati aliquid vicissim contra subditos Mtis vre admittere cogantur, quod neqz nobis neqz Mti vre Serme gratum vel commodum videri possit. Ceterum etiam a Mte vra rogamus, vt finium terminos quos inter Slesiam et maiorem Poloniam Mtis vre et nostri Commissarii vtrinqz statuerunt et firmarunt teneri et custodiri mandet, Nam subditi mei crebro ad nos deferunt Henricum Corsbok et Rachemberg recta Mtis vre et nrorum Commissariorum ordinatione et definitione finium signa et meta manu violenta turbare et disijcere. Facturea id Mtas vra Serma pro officio suo Christiano Principe digno, et pro mutua mea benevolentia subditorumqz meorum tranquillitate, cuius benivolencie et amori fraterno nos plurimum comendamus, et ex animo optamus vt ipsa sit semper foelicissima omniqz in laude diu vivat atqz recta sua et suorum valetudine fruatur. Datum Cracovie die XXa Februarii Anno domini M° . D . XXXii Regni mei Anno XXvj°

Sigismundus primus Rex Polonie
Epo Vigorniensi

Rme in Chro Pater amice sincere nobis dilecte. Declarauit nobis Venerabilis Stanislaus Rzeczicza Iuris Doctor et Basilice beati Petri minor penitenciarius ac sollicitator isthic apud Sanctam Sedem nram. P. vram in expedicione extensionis bulle ordinariorum Regni nri in fauorem nrm concesse studium et propensionem suam erga nos declarasse, pro qua vt eius oficii gratos nos esse cognoscat, agimus et habemus illi gracias non vulgares beniuolenciaqz et gratificatione nra Regia id quod eius in nos propensionis agnouimus cumulate illi per occasionem referre curabimus modo illa hunc quem cepit affectum erga nos gerere et operam negociis nris accommodare non desinat. Bene Valeat. P. vra. et sit semper foelix. Datum Cracouie die xxii

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali Pistorien. Protectori.

Rme in Chro Pr et domine amice charissime et honorande. Reddite sunt nobis litere .D. vre Rme, quibus sil et de sua ad Cardinalatus dignitatem proucctione nos facit certiores, et quo studio quaue obseruancia nos prosequi velit declarat. Que vtraqz res cum sit nobis gratissima .D. vre Rme inprimis de assequutis amplissimis honoribus gratulamur, deinde illi pro amanti sue voluntatis et propensionis erga nos significatione. non vulgares agimus gras vicissim illi id de nra beneuolencia pollicentes, quod nihil sit nobis tam difficile futurum quod no

libenter ad commodum et dignitatem illius augendam pres:
taremus, modo illa exemplo Patrui sui desideratissimi amici
nostri nobis Regnoqz nr̃o fauore opera officiisqz suis de:
esse nolit Quoniam vero et nunc quedam curari et impetra:
ri à Sanctissimo . D. nr̃o pro ordinarijs Regni nri et aliis sub:
ditis cupiamus, postulamus à Vr̃a Rma. D. patrocinari
in his nobis apud Sanctitatem suam velit et in simul effi:
cere vt Sanctitas sua peticionis nr̃e rationem habere
dignetur, de his autem que agenda erunt singillatim
D. Vram Rmam Venerabilis Stanislaus Rzeczica
penitenciarius minor vtriusqz Iuris Doctor et Sollicit:
tator nr̃ edocebit. In quo rem gratam nobis prestabit
Dº Vr̃a. Rma quam illi nos vicissim omni studio et
gratificatione nr̃a referre per occasionem conabimur
dominus deus seruet. D. Vram Rmam diu sanam
et semper felicem Datum Cracouie die xxii.ª Febru:
arii Anno domini Mº . Dº. xxxiiº Re:
gni nostri anno xxviº

Sigismundus primus Rex Polonie
Cornelio Scœppero Cæsaris Secretario.

MAgce sincere nobis dilecte. Quando semel tuam integri:
tatem perspeximus, et simul intelleximus voluntatem et ani:
mum tuum ad prestanda nobis et Serme Coniugi nostre
obsequia esse propensum, curam negociorum nr̃orum, que
quandoqz in Aula Coesaree Mtis nobis et Serme Coniu:
gi nr̃e obtingent, committere tibi decreuimus, nam Rdum
dnm Culmensem Epm, qui multo tempore istic Oratore
nr̃m agit, existentibus certis domesticis nr̃is negociis
tandem in patriam reuocamus in cuius locum te propter
negocia nr̃a et Serme Coniugis nr̃e subrogandum hoc

hoc iam tempore volumus, et subrogamus præsentibus, et aliis literis meis quas in commendacionem tuam Coesareæ Mti scripsimus, quare abs te postulamus ut et suscipere hoc munus non graueris et quantum virtus tua et negocia mea ac Serme Coniugis nræ postulabunt officium tuum in recte curandis rebus, nobis commendari cures, quod nos vicissim gratia et munificencia nrá tibi refferre per omnem occasionem studebimus, ad ea autem quæ in negociis Serme Coniugis meæ in presens agere debebis, instructionem tibi dabit in discessu suo Rndus dominus Epus Culmen Or noster, qua fretus tu deinde agere apud Mtem Coesaream curabis quod ad commodum et dignitatem ipsius Serme Coniugis meæ, et meam pertinere fueris arbitratus Datum Cracoviæ die xvii Februarii Anno 1551 Regni mei anno xxvi°

Ioanni Kacianer exercituum Regis Ferdinandi Capito. In absentia eius locumteneti

Sigismundus Rex Poloniæ

Mgce Age sincere nobis dilecte. Accepimus in pluribus regni Hungariæ locis, pro parte Sermi Romanorum Regis Induciarum fine non expectato, scribi exercitus, et copias cogi, in quibus cum sciamus S. tuam et moderatorem et supremum esse loco Regio prefectum, illam hortamur et monemus ut quantisper durant Induciæ, omnes ex re Regio, vel partis eius Mtis militantes in officio pacis et quietis publicæ continere velit, et simul providere neqd in tentandis vel infestandis Arcibus in sequestrum nobis creditis, contra pacta et promissiones nobis datas clam vel aperte committatur Factura S. tua rem officio suo dignam et nobis singulare gratam Datum Crac, die i Marcii Anno M°. D°. xxxii Regni mei anno xxvi°

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis copiarum regis Ferdinandi

Magci Egregii et Nobiles sincere et grate nobis dilecti. Etsi nichil dubitemus Stes vras mandato Sermi domini Romanorum Hungarie et Bohemie Regis, per totum Induciarum tempus in Hungaria à bello et quovis certamine quieturos, Castraque nobis acIllmi Principi domino Georgio Duci Saxonie, custodieque nre, commissa, neque infestaturos neque tentaturos esse, Nihilominus in ista copiarum collectione que nunc sub tempore induciarum fieri dicitur, officio nro deesse velle videamur Stes vras hortamur presentibus, et monemus, ut quocumque in loco fuerint simul, vel seiuncti ab invicem, rationem habeant, non solum Induciarum sed nre etiam et Illmi domini Ducis Saxonie dignitatis et authoritatis, ne forte quid contra decorum et pacta recepta, à quopiam temere in Iure et quiete Castrorum nobis creditorum committatur. Facture Stes vre rem et nobis gratam et officio bonorum Prefectorum dignam Dat Cracovie die prima Marcii M°. D. XXXii Regni vero nri anno XXvi°

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. R. P. Vicecancell.
Luce de Gorca Castell° Posn. Capit° maioris polo.

Magce dne, fr honoran me. Quo die huc venit, nuncius Magnie vre cum lris, iam tum et ego propter egritudinem meam catarralem ex defluxu ad gingivas et dentes, me domi continere ceperam: et officia dignitates que post mortem domini Castellani Sandomirien Thesaurary regni vacantes, multorum petitionibus erat porrupate. Ego tamen vt desyderio Magnie vre, et officio meo, quod illi et Dno Andree filio eius debeo satisfacerem, dominum Epm Premisliensem et do Marsalcum regni suborнavi vt meo et simul suo nomine intercederent apud Mtem regiam, ne in vacantibus officiis Dns Andreas silentio preteriretur. Vt quoque Mtas regia et Reginalis promissi quondam sui recordarentur. Verum vt michi relatum est in vanum laboravimus. Dicuntur enim iam ad oia officia esse persone, Dno Andrea preterito, designate. sicut puto hec, et alia copiosius Dum Premislien Epm. et do. Opaleniczki Custodem Magnie vre perscripturos esse. Ego enim domi sedens, et valitudinem meam curans, neque perspicere omnia, neque satis comode describere possum. hoc vnum a Magna vra rogo: boni equi hec que Dei et fortune permissu aguntur consulere: et patiens tantisper esse in adversis velit donec pretereunt: et nos in pristinum dignitatis vre statum reducimur. Quod causa consolationis sapienti attigisse sit satis. Comendo me amori etc. Cracoe viii Marcy. 1532

Vacarunt tunc hec offa:
- Thesaurariatus Regni
- Castellanatus Sandomirien
- Capitantus:
  - Radomien
  - Osswiecimen
  - Zatoriensis
  - Olsstinensis
  - Krzepiciensis
  - In Oiec

385.

R. M
datu
Reg
tame
tame
Mem
tota
neqz
dexe
tum
emm
.P. —

Nona
cho
site c
clam

Q

candu
neqz
me' (
domi
esse a
Regr
gm q
uentu
sexo

Mathie de Drzeuicza Archiepo Gnesnen
Tomicius eps

R. ME in Chro Pr et domine maior honoranme Eo die quo datus iam erat Castellanatus Sandomirien domino Marschalco Regni literę D. Vrę Rme fuerunt mihi reddite Quę tametsi me languentem et domi conclusum repererunt, officium tamen quod ex me requirebant per literas vel internunchos apd Mtem Regiam non grauatim prestitissem, si non adhuc de tota re transactum fuisset. Sed cum ita accidit, quod hac in re neqz D. Vrę Rme desiderio, neqz officio meo succedere ita vt optabamus potuit, deo et fortune tribuemus euentum et in futurum optata nobis pollicebimur. Proculdubio enim ego spero futurum, quod Mtas Regia per occasionem fcis D. Vrę Rme rationem sit habitura

Noua hic nulla sunt preterea, quod Annales Inducię Valacho Regni hosti per Sermi Regis Joannis Oratorem proposite et petite sunt concesse, quas si ille acceptabit, licebit quietam agere vitam et de futuris commodius prouidere

Quod ad Regnum Hungarię per Concordiam Regum pacandum attinet, nihil spei esse perspicio Nam Rex Joannes neqz ad Pataujen Ciuitatem, neqz ad alium quemuis Germanię locum Oratores vult mittere, preterqz ad Regnum Mtis domini mei quo rursus Regem Ferdinandum non missurum esse arbitror Si tamen quid spei esse potest de pacando illo Regno id totum situm est in rationibus Incolarum Regni qui vt excuciant onus bellorum quo grauantur nimis, Conuentum sibi pro festo Sancti Gregorii indixerunt, vt de altero Rege dimittendo, et altero complectendo vnicem et concordibus animis consulant et constituant Vnde cum primum aliqd

certi afferretur, ego D^m. V^re. R^me perscribere non gravabor Cuius me benivolentie ex animo commendo et eam felicissimam esse, atq diu salvam et incolumem vehementer desydero Datum Cracovie die quarta Marcii Anno domini M^o. D. XXXii

Sigismundus primus Rex Polonie
Thome Epo Agrien: Turzoni: Pr^to Alben: Pemflingero. Regis Ferdinandi consiliariis

Reverendissime in Christo Pater et Magnifice sincere nobis dilecte. Accepimus literas vestrarum Stum quibus a nobis curari et efficii gratia vel authoritate petunt ut Petrus Costka nuncios Civitatum superiorum Regni Hungarie ditionis Serenissimi domini Regis Ferdinandi nuper in publico itinere captos liberos dimittat Quam peticionem S^tum vestrarum etsi nos honestam et officiosam esse advertamus commodare tamen magis ipsis in illa quam hactenus fecimus nequaquam possumus. ab inicio enim facti eius audacis quod nobis displicuit multum ac eciamnum displicet et quod non in regno meo, sed in Ducatu Plezinen est commissum, cum nos sponte mea semel et deinde rogati bis ipsum Costka per literas et nuncios diligenter de hac liberacione captivorum sollicitassemus, nichil quicq efficere magis potuimus quam quod literis nobis suis quarum exemplaria vris S. mittimus perscripsit Ex quibus S^tes vre perspicient id idem illum de subditis Regis Ferdinandi queri quod illi, et S^tes vre ~~Lefe~~ de Costka ob violatas inducias queruntur, Que accusationum relationes et mutue utrinq offense cum a bono publico et comodis afflicti Regni Hungarie nimis abhorreant, utriq nobis non mediocriter displicent, quia tamen illas quer:

tere consilio vel authoritate mea non datur facultas id q[uo]d possumus prestamus, hortamur quoq[ue] ad pacem et obseruandas inducias, dehortamur a bello, et cum persuadere non possumus, aliquid tamen suadere pro bono publico non erubescimus, ita nunc et S[erenita]tes V[est]ras hortamur et monemus velint id curare et agere, quod et Induciarum condiciones et publice quietis rationes postulare videntur. Quod enim ad nos attinet, nihil vnq[uam] pretermittemus quod ad bonum publicum et tranquillitatem istius Regni Hungarie facere aduertamus quin illud omni studio industria et facultate mea adiuuemus Bene valeant S. V[est]re Dat[um] Craconie X[m]a die Marcii Anno domini 1532 Regni n[ost]ri anno XXVI

Executio Statuti in homicidas
Sigismundus Rex Capitaneis terrar[um]

Generose fidelis dilecte. Cum animaduerteremus, q[uod] propter intermissionem Statuti contra homicidas in Conuentu Piotrkouien[si] anno domini millesimo quingentesimo decimo editi, multa passim homicidia, magis consulto ac dedita opera per licenciam et temeritatem, que ex impunitate proficiscitur, q[uam] ex aliquo casuali euentu per Nobiles in Regno meo committerentur in perturbationem Status et pacis communis Regni mei, ac publice honestatis, nec[n]o[n] authoritatis lenipendium, volentes ea ipsa homicidia, in quibus equi ac probi facti et necessitudinis interdum nullus respectus versatur, metu et seueritate pene refrenare, et sistere, id quod racio publici boni, ac officii mei regii postulat et requirit, ad instantem peticionem Nunciorum omnium terrarum, ac de consilio vniuersi Senatus ipsius Regni

mei, in Conuentu generali Cracovien proxime preterito con:
gregati, Statutum predictum in Conuentu Piotrcouien prę:
fato editum, ad trium annorum decursum innouauimus, pro:
rogauimus, et in executionem debitam id omnino ponendum
esse decreuimus: Ita videlicet quod omnia homicidia, a die incho:
ati ipsius Conuentus Cracovien proxime acti, per Nobiles
possessionatos seu impossessionatos commissa, et postea ad tri:
um annorum decursum committenda, que Capitaneus loci
cum Castellano, vel Iudice, aut Succamerario nobis detu:
lerit, debeant per nos, iuxta eiusdem Statuti Piotrcouien
dispositionem puniri. Quapropter cupientes nos huiusmodi
Statutum, iuxta ipsius, et iusticie tenorem exequi, Man:
damus tue F. vt de ipsis homicidiis Nobilium possessiona:
torum et impossessionatorum Capitaneatus sui, a die inchoati
Conuentus Cracovien proxime pręteriti patratis et in sub:
sequencia tempora ad decursum trium annorum patrandis,
diligenter inquirat, eorumque authores et patratores ipsa
tua F. vna cum Castellano, vel Iudice, aut Succamerario,
nobis, absque omni cunctacione et conniuentia, deferre om:
nino curet, et deferat, pro gratia mea, et sub pena contra
negligentes Capitaneos statuta non aliter facturus. Datum
Cracovie feria quarta Pasche Anno M°. D. XXXij°
Regni vero mei anno XXvi°

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanor. Vng. Bohem. regi

S

Er.me Princeps. Paula ante declararunt nobis per literas omnes ordines Marchionatus Moravie, q. in Conventu publico pro festo Trium Regum proxime apud se celebrato vnanimi omnium ordinum consensu super negocio à Vilhelmo Cuna de Cunstat contra Sermam dominam Coniugem nram de quadam literali obligatione Illme olim domine matris sue domine Isabelle Ducis Mediolani et Bari suscitato, ita decreuerint, vt ipsi Vilhelmo predicto, liceat et sit liberum repressaliis vti, Sermeq Coniugis nre quosuis subditos vel seruitores vltro citroq per Morauiam commeantes pignorare et detinere. Quibus cum nos rescribi fecissemus, nihil eiusmodi quidem nos vsq ab ordinibus Moravie expectasse, neq vllam dissidii mutui inter nos occasionem quesiuisse, verum cum ipsos aduertamus interuerso officio id Vilhelmi Cune conatibus et cupiditati tribuere q.d publice tranquillitati nocere et nram dignitatem ledere debeat, cercaturos nos vicissim esse, vt vel eodem repressaliarum Iure vel alio quouis vindicande iniurie genere subditi nri et Sermi Coniugis nre à vi et impeticione cuiusuis, si repressalie non fuerint reuocate protegantur, Iterum nobis responderunt se nequaq posse à primo instituto discedere, neq id quod semel concessum est reuocare. quam illorum in sententia permansionem licet Moravie Incolis magis q subditis nris incomodam perspiciamus et terrores eiusmodi nihili reputemus, Mtem tamen vram rogandam duximus, et plurimum rogamus, vt priusq illi iniurie prouocentur id apud presidentes Marchionatus Moravie demandare et constituere velit ne audacie ipsius

Vilhelmi hec facultas concedatur qua et communem tranquil:
litatem, et Ius bone vicinitatis dudum inter regni mei et
Marchionatus Moravie Incolas observatum perturbari et
mea Sermeque domine Coniugis mee dignitas et existimacio
ledi possit. Faciet ea id Mtas vra magis pro republice
tocius Christianitatis quam mea privata necessitate Cuius
amori et benivolencie fere nos commendamus et illam diu:
tissime salvam ac semper foelicissimam esse ex animo opta:
mus. Dat Cracovie die xii Marcii. Anno dni
M° . D° . XXXii. Regni vero mei anno XXvi°

Sigismundus Rex Polonie
Duci Venetorum.

Illme Princeps et Rndus Ioannes Lincopensis Se:
cretarius et Capellanus nr, ob motus et sediciones in
Regno Swetie gratia religionis suscitatas in Regno
et Aula mea per quinquennium exulans, cum adverte:
ret neque tumultus intestinos, neque religionis persecutio:
nem huiusque in Patria cessare et se propterea merore ac
summo dolore convincto confici sentiret ad Terrae Sancte
consilium cepit, vt dum in patria de rebus transigitur
honesto negocio tempus terere, et merorem suum pere:
grinationis suavitate lenire possit. Qua re cum nos
intelligamus illum potiri tum facillime et optime posse,
cum ab Illma dominacione vra adiutus fuerit, magno:
pere ab illa rogamus, velit illi et tam pio illius institu:
to gra et authoritate in hoc adesse, vt possit in ista glo:
riosa et magni nominis Vrbe sine periculo versari et
post cum fido aliquo homine et honesto comitatu naviga:
tioni se committere. Faciet ea Illma D° vra rem et pio
et Christiano officio dignam, nobisque non mediocriter grata

Quam foelicissimam esse et diu recte incolumem vehementer optamus. Datum Cracovie die xviii Marcii Anno domini M° D XXXii

Carolus V^tus Romanorum Imperator Sigismundo primo Regi Polonie

Ser^me Princeps. Ex literis quas Serenitas vestra die xviij Februarii ad nos dedit, satis perspeximus, que de Conventu Pataviensi per nos indicto, pro componendo negocio Hungarico, inter Serenissimum Principem dominum Ferdinandum Romanorum et Hungarie Regem, fratrem nostrum charissimum, et eius adversam partem ad nos scribit: eique gratiam habemus tum pro diligencia, tum pro singulari animi promptitudine quam in eo negocio hactenus prestitit, et se prestaturam exhibet. Quod autem ad negocium attinet, tantum certe de Ser^tis vestre prudencia et integritate, ac in nos et Serenissimum fratrem nostrum animo ac voluntate nobis pollicemur, ut nihil sit quod non utrique ei libentissime fidere velimus et cupiamus, nedum negocium hoc quod quo magis ad publicam quietem et tranquillitatem et tocius reipublice Christiane salutem, decorem et ornamentum spectat eo diligenciori studio Sertem vestram de eo actuream esse non dubitamus, et nisi ipsemet Serenissimi fratris mei adversarius tam literis suis quam per Ieronimum Laski eius ministrum ultro obtulisset, velle se oratores ad nos pro componendo eo dissidio mittere, et nisi Pataviensis Conventus ad id per nos indictus esset, quam libentissime profecto annuissemus ut de eo apud Ser^tem vestram et in eius regno ageretur, imo et eandem adhortaturi eramus in ea re ut partes suas interponeret

sed cum nos aduerse partis oblationibus persuasi, eundem Co:
uentum indixerimus in loco omnibus commodo, et hinc Ci:
uitati vicino, ad eumqz extemplo mandatarios nros mi:
serimus qui (vt satis omnibus perspicuum est) in ea Vr:
be, aliorum Oratorum aduentum prestolati sunt, et Ser^tas
vra suos Oratores ad eum mittere annuerit, nosqz de
eo summum Pontificem, omnesqz prope Romani Imperii
Electores ac Principes monuerimus atqz idem Summus Po:
tifex suo legato qui apud nos agit authoritatem miserit
vt in eo Conuentu que ad publicam salutem expedire
existimaret, parte sue Stis ageret, ipsiqz Electores ac
Principes, qui propediem huc venturi sunt eciam ea in re
pro comuni vtilitate suam operam nauare intendant,
ceteraqz omnia que ad componendum dissidium, videntur
conuenire, ita disposita sint, vt (modo pars aduersa que
verbis pollicita est opere prestare voluerit quod eam fa:
cturam non dubitamus) concordiam fieri posse speremus
si nunc de alio Conuentu siue in Polonia siue alibi agere:
tur negocium (quod publice saluti minime expedit) pro:
traheretur indigne ferrent Romani Imperij Principes
quasi verba ijs data essent, indigne ferret sumus Po:
tifex, qui quam operam per suum legatum nauare statue:
rat, mutato loco prestare non posset, dignitas et authori:
tas mea lederentur, vt pote qui aut parum diligenter
rem tantam perspexerimus, vt quod prius statutum erat
mutare necesse fuerit aut eum negocium in quo tocius
reipublice Chriane salutem constitutam esse existimatur
neglexerimus, tuncqz vere Ieronimus Laski que dudum
apud omnes prope Chrianos Principes testatus est, dominu
suum concordiam hanc totam nobis detulisse, nosqz ea

neglexisse, facile persuadere posset. Quapropter cum nos Hie-
ronimi Laski, et domini sui verbis inducti, huiusmodi Pa-
tauien. Conuentum indixerimus, sintque ad eum finem dispo-
sita omnia que sine Sum. Pontificis et aliorum Principum
indignacioneque, nostrique dignitatis offensione, ac tocius reipub:
Christiane damno et incommodo immutari non possent, atque
nullo in loco negocium hoc citius aut commodius componi
valeat quam apud nos et ipsum Ser.mum fratrem nostrum, ad que
res magis spectat, annuere certe non possemus, vt alibi quam
in Patauio aut si ea Ciuitas non placeat in alio loco huic
vicino negocium transigatur. Nam raciones quas pars ad-
uersa adducit, quare nec Patauien. nec alia Ciuitas Ger-
manie ei placeat, si recte perpendantur partim parue ad-
modum, partim nullius momenti esse deprehendentur, ait
inprimis dubitare se, an Conuentus Ratisbonen. ad quem
nos venturos polliceremur futurus esset, an ab eo dubio liber
esse poterit cum nos non venire sed venisse audiet? ait
preterea sibi satis exploratum esse quod sit tutum Oratores
suos in Germaniam mittere et que cum Hieronimo Laski
nuper acta sunt et fidem publicam quam pro suis Oratori-
bus ad nos mittendis dederamus in medium adducit. Nos
certe ab eo nunquam postulauimus ne postulaturi eramus, vt
suos Oratores pro componendo negocio ad nos mitteret
sed cum id ipse vltro obtulerit, non videmus cur Germanie
loca nunc illi suspecta sint magis quam olim fuerant. Quod
autem ad Hieronimum Laski attinet, dixit se velle ad nos
venire, modo tuto id illi et cum gratia et voluntate nostra facere
liceret annuimus, et cum primum audiuimus eum apud
Sermum Regem Romanorum esse, nobisque in Gallia Bel-
gica diucius quam statueramus manere necesse foret, ne dum
ille ad nos venit, rursusque ad dominum suum redijt nego-
cium in longum protraheretur, scripsimus vt qui in mandatis

habebat, fratri meo exponeret ut interea dum nos huc ve:
nimus de negocio ageretur idque venientibus nobis citius co:
fici posset dixit se nihil in mandatis habere, tantum venisse
ea de re ut nonnulla nobiscum conferet, sed cum interroga:
retur, haberet ne mandatum ad dissidium componendum in:
genue se non habere fassus est, instabatque ut domini sui
Oratoribus ad nos venturis fides publica mitteretur, hinc
nos Pataviensem Conventum indiximus et fidem publicam pro
Oratoribus mittendis ita conscriptam misimus, ut cuiusuis
nedum Serenitatis vestre iudicio libenter committere velimus.
sufficiens fuerit necne Quod autem Laski parum
decenter fuerit in Germania exceptus, aut dimissus, cer:
te non videmus qua ratione Laski de ea re conqueri
aut non ei liberum venire et recedere fuisse dicere possit
cum diuersum passim ab omnibus audiamus quamque satis
ipse nouit, an suis verbis actibus et scriptis causam de:
derit, ut aliter cum eo ageretur ac actum sit, hijs autem
ommissis que magis ad concitandos quam ad conciliandos
animos facere videntur, si pars aduersa (uti nobis se:
pius obtulit) Oratores suos pro componendo hoc negocio
vel Patauium, vel ad quemcunque alium locum huic vicinum
mittere voluerit, eos nos pro eo studio quo publicam salu:
tem optamus et excipiemus libenter, et ita ut decet tra:
ctabimus rebusque meis postpositis in hanc totis viribus atque
animo incumbemus pollicemurque Serenissimum fratrem meum
honestas pacis condiciones accepturum, si autem eius pars
aduersa mutato consilio nec pacem inire nec suos Oratores
ad eam tractandam et firmandam mittere voluerit, malu:
eritque publicam quietem turbare quam equis condicionibus dis:
sidium componere satis perspicere poterit Serenitas vestra nos
nec publice saluti tanquam Ro: Imperator nec Serenissimo fratri
nostro germano preter sanguinis proximitatem tam arctis

amicicie vinculis nobis astricto, ullo pacto defuturos Que in:
commoda ut e medio tollantur Sertem vram rogamus ut
ipsam partem adversam ad hanc concordiam, mittendumqz ad
prefatum Conventum Oratores suos et honestas pacis condicio:
nes amplectendas, hortari monere atqz inducere velit ipsaqz
Sertas vra suos qq. Oratores mittat ut eo facilius ac ci:
cius negocium absolvi, et deo optimo duce componi valeat.
Que officia ut erunt reipublice Christiane utilia ita S.
Serti vre honorifica, et nobis maiorem in modum gra:
ta. Et Sertem vram diu foeliciter vivere et regnare op:
tamus Datum in Civitate nra Imperiali Ratisbona die
xvii^a Mensis Marcii Anno M^o. D. xxxii
Imperii nri xii Regnorum nrorum omnium decimo septio

Laurentius Cardinalis Campeius Legatus Sigismundo primo regi Polonie.

Ex^me Rex domine colen^me. Cum superioribus diebus
summus Pontifex dominus nr ad me literas dederit, ad
illasqz mandatum facultatemqz amplissimam adiecerit ut
ad ea que in Conventu Pataviem ad ineundam constitue:
damqz pacem atqz concordiam inter Ser^mu Romanorum
Regem Ferdinandum atqz eius adversarium per Cesa:
ream Mtem indicto pertractarentur ego qq. Sanctitatis
sue nomine qualemcumqz operam atqz officium meum
prestarem, idqz sedulo atqz amanter essem facturus nu:
ciatum est mihi prefatum Ferdinandi Regis adversarium
Oratores suos in Civitatem Pataviem mittere minime vel:
le, que res non parum mihi molestie attulit sperabam
enim fieri posse ut huiusmodi dissidia, et disceptationes
facile componi possent cum presertim Ser^tas vra Oratores

qd suos illo missura esset, que pro ipsius singulari probitate atqz in Christianam rempublicam eximio studio, ad huius:modi controversias sedandas penitusqz tollendas quantum ponderis atqz authoritatis habitura esset, nemo est qui nesciat, In quo ego qd Sanctis.mi Clementis iussu ac no:mine pro consilij mei tenuitate omnem operam atqz in:dustriam essem adhibiturus, Que cum ita sint visum est mihi ad Sertem vram literas qprimum dare, ean:demqz Sanctis.mi Clementis nomine impense rogare vt apud Principem illum denuo agere non desistat vt si ve:re atqz ex animo pacem et concordiam cum Sermo Ro: Rege inire cupit, prout non solum lris, sed nuncijs Sanctis.mo Pontifici maximo, atqz eidem Romanorum Regi significavit, ne recuset, aut deneget Patavium Oratores suos qz primum mittere, quem profecto locum eo consilio Caesarem elegisse constat vt cum ipse Ratisbo:ne vnacum reliquis Germanie Principibus Concili:um in fidei negocio eodem ferme tempore esset habitu:rus, si quid in pertractanda huiusmodi pace vt vsu evenire plerumqz solet, difficultatis incideret ipsemet Caesar ceteriqz Principes pacis concordieqz admodum studiosi propinquitate locorum adiuti, ad summouen:das tollendasqz omnes difficultates presto esse possent Quod si Patavium non placeat eligatur quicumqz alius locus, modo huic Civitati sit propinquus ne quod com:moditatis vicinitatem allaturam speramus, id longior locorum distancia nobis penitus auferat atqz tollat Scio maximam esse Dtis vre in huiusmodi negocio autho:ritatem, speroqz non minus propensum ad id fore illius animum atqz voluntatem, agat itaqz Sertas vra qd se:per ac summa sedulitate ante hac egit, in hac quoqz causa tam honesta, atqz adeo necessaria, bonum, Catholicum, ac

vere Christianum Regem, ac ubi Regis adversario ut Oratores mittat persuaserit ut confido, suos quoque venire quamprimum mandet, neque prius ab hoc officio desistat, quam omni prorsus submota controversia concordes pacatique horum Principum animi quam pulcherrime reddantur, neque quantum in se est committat, ut mirificam hanc occasionem non solum huiusmodi concordie ac pacis ineunde, verum etiam tocius Christiani orbis tranquilitatis constituende constituende, quam pre manibus habemus ulla racione ammittamus. Id ego cum ex Caesaris, tum Ferdinandi verbis Mti vre affirmare iure optimo possum, pro utriusque virtute, atque animi moderacione, nullas, modo honestas, pacis condiciones, eos esse recusaturos, in quo sane toto genere quantum studii diligenciaeque Sanctissimus Clemens adhibuerit sitque continue adhibiturus, etsi multis quoque argumentis dignoscere antea potuit ex responsione per Sanctitatem suam data Preposito Buden, qui Principis Vairode nomine Romam nuper accessit, cuius exemplum Serti vre mitto planius intelliget, que foelicissime valeat, meque commendatum habeat Ratisbone XVII Calendas Aprilis Anno domini M. D. XXXII

Responsum Clementis PP. viiª
datū P. Budensi: regis Joanis oratori

Ad summum dolorem quem Sanctissimus dominus noster cepit ex calamitatibus Regni Hungarie, à Turcis miserabili illo bello deuastate, cum foelicis recordacionis Rex Ludouicus occubuit, accessit controuersia, que post eius mortem de illo Regno orta est, inter Sermum Ro: Regem et Principem vestrum que effecit, vt prouincia illa, ne excedentibus quidem hostibus Thurcis respirare potuerit à miseria itaqz Sanctitas sua que preter communem quam omnibus Christianis tanqz vniuersalis Pr charitatem dzt, priuatim nacionem illam fortissimam, Christianitatis olim antemurale firmissimum vnice dilexit, eiusqz Regni curam ac protectionem à foelicis recordacionis Rege Vladislao moriente sedi Apostolice commendatam paterno amore iudicauit à se suscipiendum, optauit quidem semper controuersiam que de Regno est aliqua racione finiri posse in coqz quantum potuit iam inde à principio elaborare non destitit, nihil vnqz tamen inter dictos Principes conuenire potuit, cum vterqz integrum Regnum ad se trahere contendat, factuqz est in hoc à Principe vro, quod nullo modo fieri debuit vt se ad Turcarum auxilia conuerteret, illisqz per Hungariam ad totius Christianitatis vastitatem, quantum in ipso fuit iter patefaceret, quod tametsi Sanctitas sua molestissime tulerit, in coqz grauiter non modo se, sed omne Christianitatem offensam senserit, tamen nec ea quidem iniuria submota est ab ea voluntate concordie inter dictos Principes constituende, Itaqz sepe per literas Sermos Imperatorem et Regem Romanorum ad honestam aliquam concordiam est adhortata proximeqz cum D. Hieronimum

Laski à domino vrõ ad dictos Imperatorem et Regem Ro:
ad agendum de concordia missum audiuit, Stas sua valde leta:
ta est, scripsitqz ad Bremum Legatum apud Caes. nunciumqz
qui est apud ipsum Romanorum Regem, quod visum est eius
regni ac Christianitatis quieti conuenire, cum omnes domini
vri fautores, spem Stis sue facerent illam ad equissimas con:
diciones descensuram hec ideo dicta sint, vt intelligatis curam
huius pacis atqz concordie multo antequã Ste sua esse susceptam,
eoqz libentius in hac cogitacione permansuram esse, si in vrõ
Principe eum animum reuera esse perspexerit, quem sermo vr.
et eius litere esse ostendunt

Nam quod ad Sermos Imperatorem et Regem Romanorum
attinet adeo spectatam habet Stas sua et cognitam illorum
virtutem atqz animi moderacionem, vt ad honestas condicio:
nes descensuros esse non dubitet. siquidem semper ad ex:
hortaciones Stis sue à Rege Romanorum responsum est
se non modo nunqz fuisse animo à pace alieno, sed optasse
vt honestis condicionibus fieri posset, proximeqz egit eas
gras Sti sue q. nuncio suo Rmo Archiepiscopo Rossa:
nen. in mandatis dedit, vt omni studio nomine Stis sue tra:
ctatum pacis in Conuentu Patauien. promoueret Quamob:
rem si re uera dominus vr. pacem amplecti cupit, osten:
dat id oportet equitas peticionum vrarum, que si tales erunt
vt aliqua ex illis spes oriatur future concordie, faciet Stas
sua obnixe omnia que ad eius officium ac Regni Hunga:
rie quietem pertinebunt, ac tametsi, vt dictum est nuncio
qui est apud Romanorum Regem hocidem vt tractatui
pacis interesset accuratissime scripserit, domino Hieroni:
mo Laski id precipue per litteras suas postulante à Ste sua
tamen ne vlla mora ad conclusionem concordie interponi
possit, si deus eius viam in tractacione pacis designauerit in

Germania agitur, inter ipsosmet Principes aperiret, mittet ex nunc S.tas sua ad R.mum Cardinalem Campegium Legatum apud Caesarem mandatum amplissimum, ut nomine S.tis suae tractationi dicte Concordie interueniat, cum facultate eius ap: probande et stabiliendo nomine atque authoritate S.tis suae, Que quidem optat, ut illic ubi cepta est concludatur, in eoque omnem diligenciam adhiberi cupit, Quod si forte ut eueniret posset aliqua difficultas totalem conclusionem pacis illic trac: tate impediat, dummodo aliquod tempus detur ad tractandum per S.tem suam cum interpositione generalium Induciarum que facile fieri poterunt, cum tantum sibi de Rege Thurcarum dominus v.r polliceatur, S.tas sua libenter authoritatem atque operam suam pro concordia interponet, si Princeps v.r mittat huc amplum mandatum standi judicio ac sententie S.tis suae in iis rebus quarum difficultas impedisset conclusionem pacis de qua inter ipsos Principes vel eorum Procuratores tractatum esset Quod eciam Regem Romanorum tunc ex sua parte facturum sperat, potestque dominus v.r hoc persuasum habere, nullo privato affectu S.tem suam de recto ac sincero judicio declinaturam Quid preter hoc in presentia vobis responderi possit nil est.

Quod autem attinet ad terrores illos, minasque tempestatis quam Christianitatis ceruicibus imminere dicitis, scit S.tas sua Thurcarum vires, optaretque Christianitatem intestinis discordiis tot iam annis vexatam quamdiutissima pace recreare, Si tamen per hostem Thurcam non licuerit non arbitramur deum omnipotentem ob peccata nostra tam auersum esse a salute reipublice Christiane, nec Principum qui cum Sanctitate sua comunem saluti defuturi non sunt, vires adeo attritas esse, ut quamuis potentissimo hosti resisti non possit Ceterum S.tas sua Principem vestrum Christiana ac paterna

admonet charitate, ne plus equo Thurcarum auxilijs fretus
in suam perniciem ac Christianitatis periculum ruat: cogitetque
multo utilius esse minus appetentem soluto ac libero animo vitam
degere, quam amplissimi Regni ad breve tempus, usura potius
quam certa possessione deceptum vivere, non Regem sed ministrum
religionis sue hostem, ad devastandam Christianam Rempu:
blicam, pro qua Principem Christianum etiam mori omni Re:
gno est gloriosius

SIgismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi vngarie.

Ex^me Princeps etc. Aulicus noster Smolikowski, quem in
Castro et opido Kiezmark preficimus, presens huc adve:
niens declaravit nobis, esse quosdam homines in Niedziedza
qui servitorum quidem Mtis vre nomen sibi assumunt,
sed multa tamen hoc nomine indigna facta admittunt, ul:
tra enim hoc quod divites et pauperes Regni Hungarie quos
nancisci et viribus superare possunt incolas licenter despo:
liant, adversum etiam Prefectum nostrum preditum se ex:
hibent petulantes et importunos, contumeliose exigentes li:
berum sibi Urbis et Arcis Kiezmargk aditum con:
cedi, Que res quoniam nobis ab omni ratione Induciarum et quietis publice commodis prorsus aliena videtur
Mtem vram Sermam rogamus velit precipere ijs perso:
nis Niedzedzam incolentibus, ut se in officio proborum ho:
minum contineant, et simul etiam providere ut ad diem quo
Inducie finientur, aliquis nomine Mtis vre presto fiat
qui a prefecto nostro Arcem et Civitatem Kiezmargk per
manus traditam secundum pactorum conditiones recipiat. Nam
nos Aulico nostro dedimus in mandatis, ut finitis Inducijs
ex Arce decedat et ad nos citra moram revertatur, No

secuta enim concordia, quod ex corde dolemus, mos ab omni contencione, utrinque abesse equum esse censemus. Fecitque Mtas Vra rem regio suo officio dignam, nobisque singulariter gratam. Cuius amori et beniuolencie fraterne nos commendamus, illamque et feliciissimam et diu sanam esse ex animo optamus. Datum Cracovie die xxi Marcii Anno domini M°. D°. XXXii°. Regni nostri anno xxvi°

Responsum a rege Polo^e^ datu Dno Faistrzic oratori Ferdinandi regis Romanoru Vngarie Bohemie.

LEgatio vra, Mgce domine Orator, hoc in summa continebat. Retulistis, quod Sermus ac excellenmus Princeps D. Ferdinandus Romanorum Hungarie Bohemie etc Rex postulat a Sacra Mte Regia, ut egregium Georgium Scheredi cum aliis de nomine nuncupatis, nunctiis a superioribus Ciuitatibus Regni Hungarie, ad se missis, qui in Regno Mtis sue capti dicerentur liberos dimitti curaret, et simul ea dere ita constitueret, ut Serma illius Mtas, intelligat suam Mtem, non solum eius admissi facinoris insciam fuisse, sed eciam eam iniuriam egro et molesto animo pertulisse. Ad quod Mtas sua Serma respondens, primum dolet et miratur vehementer, quod Mtas Sermi domini Romanorum Regis vocari in suspicionem Mtem suam de eo apud se permittat, quod vel per consensum, vel per conniuentiam Mtis sue predicti nuncii sint in captiuitatem deducti. Cum tamen ut palam est, Mtas sua et eorum profectionem prorsus incognitam habuit et non prius illos in hanc urbem duxisse intellexit, quam quo tempore in terra Plozinen extra fines Regni sui captos et detentos esse accepit. Cum etiam Mtas sua pro sua in communem tranquillitatem propensione, accepto tam indigni

facinoris iniunctio, in rem subditorum Sermi domini Romano:
rum Regis ad Petrum Costka ad quem captivi deducti esse
ferebantur ternas dedit primum literas, postremo eciam propri:
um misit nuncium per quem aperte illum et severe monuit
vt se intra Induciarum finem et prescriptum contineret. et
captivos quos in sua potestate haberet liberos dimitteret. Qua
tamen admonicione nihil proficere Mtas sua potuit. Costka
semper respondente, sibi integrum non esse vt captos Nun:
cios citra mandatum domini sui dimittere debeat de quorum
eciam detencione, nunquam se cogitaturum fuisse, si non prius
à nonnullis partium Sermi domini Romanorum Regis ho:
minibus, subditos domini sui, et servos suos contra induciа:
rum pacta captos, et in turpem servitutem traditos cogno:
visset. Id quod vos ex literis illius perspicietis, quarum
legendi copiam vobis dari et exempla confici Mtas sua fa:
ciet, vt ea ad Sermum Romanorum Regem proferre. et suę
Mtis in ea re curam et sollicitudinem et factam diligenciam testari
et declarare possitis

Quare rogat sua Mtas Sermum dominum Romanorum Re:
gem vt cum suspicionem de Mte sua conceptam, vanam esse co:
gnoscet, deinceps sibi id de Mte sua persuadere velit quod et
virtus et mutua vtriusque Regia dignitas atque coniunctio pos:
tulare videntur.

Mtas vero sua, vt nihil pretermittat quo placere illius Mti pos:
sit adhuc tentare per literas non gravabitur vt aliquo modo
subditi illius Mtis à captivitate liberentur, quod tamen non
alia racione quam permutuam captivorum hincinde permuta:
cionem confici posse arbitratur de quo id quod commodissimum
sibi et subditis suis indicabit illius Mtas statuere digna:
bitur. Dat. Crac. die xxiij Marcii Anno domini
M° D. xxxii

S Ex[me] Princeps ~~et domine~~ affinis vr̃e char[me] Aulicus vr̃e Smolikorski quem Castro et opido

Sigismundus primus Rex Polonie
Aduocato et Juratis Ciuitatis Kessmargk

F Amati grate nobis dilecti. Retulit nobis Smolikorski Aulicus vr̃e quem istbic sub hoc tempore Induciarum ad Custodiam istius Ciuitatis nobis commisse constituimus, q[uod] quidam publici grassatores in eandem Ciuitatem Kiezmargk sepius venire et in ea receptari soliti sint, quod nobis valde est molestum, Itaq[ue] prospicere volentes ne ea Ciuitas propter eosdem grassatores vel alios homines externos aliquod discrimen incurrat. Mandamus vobis vt sine sciencia et consensu predicti Aulici nostri Smolikorski nullos homines prorsus externos hospiciis excipere seu receptare presumatis pro fide vr̃a et gratia mea nõ aliter facturi Datt

Sigismundus primus Rex Polo[nie]
Ferdinando Regi Ro. Vng. Bohem

S Ex[me] Princeps, Tametsi iam pusillum admodum restet temporis ex anno ad concordiam conficiendam inter Mtem vr̃am Sermam et illius aduersarium recepto, nos tamen adhuc de pace futura nihil desperamus, cum Mtem vr̃aq[ue] Sermam ad concordiam amplectendam propensam et facilé esse ex eius literis cognoscamus quippe que scribit se velle in isto Ratisbonen Conuentu cum Caesarea Mte interloq vt iustis et equis mediis pro bono publico de concordia et

pace cum adversario suo transigere possit. Quem animum Sertis Mtis vre deus omnipotens dignetur stabilire et cum adversarii mente ita coniungere, ut quod longo tempore quesitum de pace constitui non potuit, reliquo hoc tempore ad omnium Christianorum consolationem feliciter concludatur. Quod ad nos attinet nihil equidem de solita nra cura remittemus, ut vel industria vel cura ac sollicitudine nra reipublice Christiane in suma nunc necessitate constitute succurrere, operamque et officium nrm gratum Mti vre Serme prestare possimus. Cui si ex voto concordiam transegerit, et nunc gratulamur, sin vero lapsis Induciis in bellicas molestias quod nollemus, reciderit, ab illa plurimum rogamus velit tempestive homines suos delegare, qui Arces nobis concreditas a Prefectis nris per manus recipiat, et stipendium illis et Castrorum presidiis debitum persolvant. Nos enim Prefectis nris mandabimus, ut adveniente prima Maij die et stipendio recepto ex Castris protinus decedant, ad nos quamprimum revertantur.

Quod vero ad consilia quedam et conspirationes opera Nicolai Minkwicz Lubece contra Mtem vram nuper factas attinet, prorsus nobis de illis nihil constat. In hiis enim que ad contenciones, non ad pacem partim struuntur, non modo non immiscemus consilia nra, sed ab illis ut semel recepimus, re et animo penitus ac longissime absumus, abesseque volumus. Fieri equidem potest quod insciis nobis nonnunquam per Regnum nostrum quod satis amplum est predictus Minkwicz ultro citroque commeat, sed cum id preter omnem voluntatem nram clam fiat nobis, non recte faciunt qui ex aliena temeritate et audacia officii nri raciones metiuntur, et nobis id imputant, quod neque authoritate, neque consilio nro prohiberi ulla racione potest, quandoquidem et Lubecam et istos internunctios, ac conspirationum proxenetas satum est in potestate nra non esse. Quin etiam id noscitur officio nro convenire, ut quibus ad bellum adesse recusavimus, eorundem

consilia adiuuare non debeamus. Sed tamen vt nobis ipsi constemus et promissis satisfaciamus nris Mti vrē pollicemur nos esse pro virili nrā prestaturos, vt nulle copie per regnum nrm ad Mtis vrē aduersarium traducantur. Mtas vero vrā vicissim id de nobis velit sibi persuadere, quod coniunctio nrā mutua postulare et requirere videtur, plus nrē virtuti et dignitati qȝ aliorum impiis calumniis et suspicionibus tribuendo. Factura id Mtas vrā Serma pro sue regie dignitatis officio et desiderio nrō. Cuius nos amori et beniuolencie fraterne commendamus, optamusqȝ ex animo, vt deus omnipotens Mtem vram simul cum Serma sua coniuge et liberis semper sanam sospitem et in omnibus successibus suis foelicem, illustrem, et inuictam adaugeat et conseruet. Dat. Cracouie die xxiii. Marcii Anno 1532 Regni nri anno xxvi.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando regi Romanoru Vngarie etc

Serme Princeps etc. Perspeximus ex literis Mtis vrē Sermē magne illi curē esse negocium collocande in matrimonium Illme filie nrē primogenite quod studium Mtis vrę Sermē cum ab amicissimo illius erga nos, erga vero filiam nram paterno animo proficisci cognoscimus, simul et letamur tantum nobis in hac parte mediatorem obtigisse et singulares Mti vrē Sermē pro tam sincera et integerrima propensionis sue erga nos declaratione agimus et habemus gras, curabimusqȝ vicissim illi tantam erga nos et liberos nros humanitatem et beniuolenciam per omnem datam occasionem officiose refferre et promereri. Coeterum quod scribit Mtas vrā Serma se hac de re cum Illri Principe domino Frederico Comite Pallatino Rheni in Conuentu Ratisbonen tractaturam esse, Nosqȝ demum de omnibus certiores facturam, et hoc gratissimo accepimus animo prestolaturi

citra molestiam cepti eius instituti euentum, In quo si serio nobiscum agetur, Et Nuncii huc ad postulandam et tractandam affinitatem mittentur, dabimus omnem operam, vt q3 maxime fieri poterit et Mti vre Serme, et Illri domino Frederico Comiti Palatino Rheni de nra facilitate satisfactum esse videatur, Commendamus nos amori et beniuolenciae fraterne Mtis vre Serme quam cum suis omnibus foelicissimam esse, et in multos annos recte sanam et incolumem ex animo optamus Dat Cracouie die xxiiii Marcii Anno domini M D XXXii°

Responsum nomine regio ad Legationem regis Ferdinandi.

Legatio vra Mgce domine Orator, hec in summa continebat Retulistis q Sermus ac excellentissimus Princeps dominus Ferdinandus Romanorum Hungarie Bohemieq3 etc Rex postulat à Sacra Mte Regia vt egregium Georgium Scheredi cum aliis de nomine nuncupatis nunctiis à superioribus Comitatibus Regni Hungarie ad se missis qui in Regno Mtis sue capti dicerentur liberos dimitti curaret et simul ea de re ita constitueret vt Serma illius Mtas intelligat suam Mtem non solum eius admissi facinoris insciam fuisse sed etiam eam iniuriam egro et molesto animo pertulisse

Ad quod Mtas sua Serma respondens, primum dolet et miratur vehementer quod Mtas Sermi dni Romanorum Regis vocari in suspicionem Mtez suam de eo apud se permittat qd vel per consensum vel per conniuentiam Mtis sue predicti Nunctii sint in captiuitatem deducti vt palam est.

Cum tamen sua Mtas et eorum profectionem prorsus incognitam habuit et non prius illos in hanc vrbem diuertisse intellexit quam quo tempore in terra Plezinen extra fines Regni sui captos et detentos esse accepit.

Quin etiam Mtas sua pro sua in communem tranquillitatem propensione, accepto tam indigni facinoris nuncio in rem subditorum Sermi domini Romanorum Regis ad Petrum Costka ad quem captivi deducti esse ferebantur, ternas dedit primum literas, postremo eciam proprium misit nuncium, per quem illum aperte et severe monuit vt se intra Induciarum finem et prescriptum contineret, et captivos quos in sua potestate haberet, liberos dimitteret. Qua tamen admonitione nihil proficere Mtas sua potuit. Costka sp respondente sibi integram non esse vt captos nunctios citra mandatum dni sui dimittere debeat de quorum etiam detencione nunquam se cogitaturum fuisse si non prius à nonnullis partium Sermi domini Romanorum Regis hominibus subditos domini sui et servos suos contra Induciarum pacta captos et in turpem servitutem traditos cognovisset. id quod vos ex literis illius perspicietis, quarum legendi copiam vobis dari et exempla confici Mtas sua faciet vt ea ad Sermum Romanorum Regem perferre et sue Mtis in ea re curam sollicitudinem et factam diligenciam testari et declarare possitis. Quare rogat Mtas sua Sermum dominum Romanorum Regem vt cum suspicionem de Mte sua conceptam vanam esse cognoscet deinceps sibi id de Mte sua persuadere velit quod et vicinus et mutua vtrinque Regia dignitas atque coniunctio postulare videntur. Mtas vero sua vt nihil pretermittat quo placere illius Mti possit adhuc tentare per literas non gravabitur, vt aliquo modo subditi illius Mtis à captivitate liberentur, quod tamen non alia racione quam per mutuam captivorum hinc inde permutacionem confici posse arbitratur, de quo id quod commodissimum sibi et subditis suis iudicabit illius Mtas statuere dignabitur.

Thome Epo Agrien cancell°: Alexio Turzoni Judici
Laurento Lemflinger Ptˢ Alben etc Consiliariis regis
Ferdinandi.

Consiliarii proceres Poloni.

Reuerende in Chro Pr et Mgci sincere nobis dilecti. Accepimus literas S. vrarum quibus a nobis curari et effici gra vel au:thoritate petunt vt Petrus Costka Nuncios Ciuitatum supe:riorum Regni Hungarie dicionis Serm̃i domini Regis Fer:dinandi nuper in publico itinere captos liberos dimittat. Qua petitionem S. vrarum etsi nos honestam et officiosam esse ad:uertamus commodare tamen magis ipsis in illa quam hacte:nus fecimus nequaquam possumus *est supra*

Ab initio enim facti eius audacis quod nobis multum displicuit ac etiamnum displicet, et quod non in regno nro sed in Ducatu Plozinen est commissum, cum nos sponte nra semel et deinde rogati bis ipsum Costka per literas et nuncios diligenter de hac liberatione captiuorum sollicitassemus, nihil quicquam efficere magis potuimus quam quod literis nobis suis quarum exempla:ria vris S. mittimus, perscripsit. Ex quibus S. vre perspi:cient id idem illum de subditis Serm̃i Regis Ferdinandi queri quod illi, et S. vre de se, ob violatas Inducias queruntur que accusationum relationes et mutue vtrimque offense cum a bo:no publico et commodis afflicti Regni Hungarie nimis ab:horreant. Vtrimque nobis non mediocriter displicent, quia tamen illas auertere consilio vel authoritate nra non datur facultas, id quod possumus prestamus hortamur quosque ad pa:cem et obseruandas Inducias dehortamur a bello, et cum per:suadere non possumus aliquid, tamen suadere pro bono publico non erubescimus ita nunc et S. vras hortamur et monemus velint id curare et agere quod et Induciarum conditiones et

publice quietis rationes postulare videntur, quod enim ad nos attinet, nihil unquam pretermittemus, quod ad bonum publicum et tranquillitatem istius Regni Hungarie facere advertamus quin illud omni studio industria ac facultate mea adiuvemus bene valeant. S. vre Datum Cracovie xa die Marcij, Anno domini M° D. XXX Regni vero anno XXvi°

Rme in Christo Pr, et domine, benefactor colendissime. Tametsi non ignorem dominum Adrianum Castellanum Czernen satis alioquin acceptum esse Rme. D. vre commendacionem tamen à me petenti, bono amico et vicino meo negare non potui, illumque et me una gracie Rme. D. vre ex corde commendo Polthonie die via Anno M° D. XXXii

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell
Mathie Drzewiczki Archiepo Gnesnen.

Rme in Christo Pr et domine maior honorandme, Quod iam pervenerit D° vra Rma ad suam Sedem, Metropolim nostram, plurimum et mihi gaudeo et illi gratulor, deumque servatorem meum oro, ut in ista Sede cum laude et gloria nominis sui, cum dignitate autem et commodo rei communis Ecclesiastice nre, item eciam cum omnium ordinum bona gratia favore et dilectione multos annos exigat et felicissime presit. Que hic apud nos in novis habentur puto D. vre Rme non esse incognita, sunt enim et publica et vulgata omnia ne tamen inter hec que vulgata esse credo sit aliquid, quod D. vram Rmam lateat, summatim de omnibus ita accipiat. Valachus Regni hostis Inducias annales medio Oratoris Serenmi Regis Ioannis sibi à Mte dni mei oblatas

nondum suscepit quas tamen ego illum suscepturum confido.
Alter vero hostis Thartarus qui Tauricam incolit et à nostris
Precopensis dicitur, cum edoctus esset Nepotem suum As:
tamur Sultanum cui est graviter infensus, receptum habere in
Arce Canionien apud Prefectum Mtis Regie Hostaphii
contulit se illo cum ingentibus suorum copiis et per duodecim
dies obsidione cinctam Arcem tormentis quoque bellicis oppugna:
vit. Quod tamen cum se frustra facere adverteret, facta cum
Ostaphii reconciliatione domum sine ulla preda est reversus
discedens tamen Oratores apud Arcem Canionien ex pacto
reliquit qui cum ipso Ostaphii huc ad Mtem Regiam ven:
turi dicuntur.

De concordia Regum de Regno Hungarie dissidentium nil
bone spei hucusque obtigit tempus vero Induciarum ad concor:
diam receptarum modicum admodum superest. Quod si la:
betur non facta pace, Regnum Hungarie quondam mi:
litari gloria florentissimum et rerum omnium opulentissimum
non sine magno Christianorum incommodo sola dominorum duorum
Principum et Regum ambitione facile peribit. Quod autem
nulla facta concordia et pace finiri debeant Inducie recepte,
facile inde conijci potest, quod nunc etiam in ipso prope fine
temporis Induciarum, de loco contendatur, in quo Oratores
convenire debeant. Rex enim Joannes hic Cracovie vel
prope Cracoviam, Caesar contra cum Rege Romanorum
vel in Civitate Patavien vel in alia quapiam illi propinqua
Urbe, Conventum Oratorum instituendum esse contendunt.
de quo antequam convenient, ipsi, tempus Induciarum effluet.
id quod ex exemplis literarum que mitto cum presentibus vestra
Rma. Do. plenius cognoscet. Impetravi post mortem domini
Hieronimi Okun Canonicatum et prebendam Ecclesie Gnes:
nen apud Mtem Regiam quam gentil. Dnus vestre Rme

domino Samueli Maczieiowski contuli, non minus vt illi hac in re commodarem, quam vt vrę. D. Rme gratificarer, quam scio propter illum et familiam illius grato animo id acceptura et ita illum cum patre et reliquis amicis gratia sua prosequuturam esse vt et illorum virtus et . D. vrę Rme liberalitas postulare videntur commendo me plurimum amori et beniuolentie vrę Rme . D. ex animoque opto vt sit semper foelicissima recte in multos annos sana ac incolumis Datum Cracouię die iiij Aprilis Anno domini . M° . D° . XXXii .

Ioanni Latalski Epo Posn : Luce de gorca Castell° Posnaniensi : Ianussio Latalski Castell° Gnesnensi

Sigismundus primus Rex Polonię .

Reuerende in Christo Pr , ac Mgci sincere nobis dilecti Intelleximus ex literis Sltu vrarum esse quosdam Nobiles istic in Maiori Polonia subditos meos, qui Contribucionem fertonum, secundum decreta Conuentus proxime hic habiti et à Colonis exigere, et ad Exactorem deferre recusent propterea quod et consuetudinem antiquitus in exigenda et deferenda fertonum pecunia obseruatam mutare, et nouum onus suscipere, graue illis videatur . In qua re tametsi vras Sltes plus illorum voluntati quam decretis Conuentus concedere velle cognoscamus . Nos tamen qui decreta generalis Conuentus in nullo imutare consueuimus, neque equum ac honestum esse putamus , permittere non possumus vt arbitrium paucorum Curiosorum Nobilium, ea que ab omnibus sunt matura deliberatione constituta , immutari debeant quin etiam hortamur Sltes vras operari velint quantum in se officioque suo est, ne Decretis Conuentus ulla in re à quouis subdito meo contrauenniatur . Nouerint enim

Stes. vre, q soli nuncii terrarum hoc proposuerunt, vt quisqz dominus, et possessor bonorum terrestrium ferat et det Contribu:ciones constitutas exactori, ab illoqz quitanciam accipiat, et suam pº quitanciam illi relinquat, vt precludatur via frau:dibus que passim committuntur in exigendis et soluendis pu:blicis contribucionibus. Non arctat autem Conuentualis constitucio quempiam, vt solus ferre debeat ad Exactores publicas Contribuciones, siue enim per se ipsum, siue per suum Procuratorem seu seruitorem id fecerit, satisfaciet publico generalis Conuentus Decreto, quod nos nulla racione muta:re volumus. Miramur vero q Nobilitas istarum parcium, et superiore et pnti anno aduersatur et contrauenire conten:dit publicis regni Constitucionibus, id quod vre Stes prohibere deberent. Fuerunt enim S. vre in generali Co:uentu, et simul nobiscum, et cum aliis Consiliariis ac Nun:ciis terrarum Regni nri consuluerunt, et statuerunt hec que pro bono publico sunt constituta, si id recte fiat, siqz nos tantam contumaciam istorum subditorum nrorum pacato animo ferre debeamus, Stes vre pro sua prudencia se:cum expendant.

Ceterum de iis qui ob nonsolucionem Thelonei ad nos euoca:tur, etsi nihil contra Ius fieri aduertamus, cum res hec mere ad officium et authoritatem nram pertineat, vt tamen illo:rum sumptibus consulamus, cognicionem eam Stibus vris demandare volumus prout ex Commissione nra planius id cognoscent, qua perspecta S. vre quod equum iustumqz illis videbitur decernant et bene valeant. Datum Craconie 4 Aprilis Anno domini Mº. D. XXXiiº
Regni nri anno XXVIº

Sigismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie Dalmatie Croacie: Slauonie.

S Ex^me Princeps etc. Postulantibus reipublice racionibus ne quid de concordia vel tardius vel negligentius agatur, nos simul atque ex literis Mtis vre Sexme perspeximus causas et rationes, ob quas adduci non possit, vt ad tractatus concordie inter se et Sermum Romanorum Regem instituendos, Oratores in Pataviensem Ciuitatem mittere debeat, illas per Nuncium et literas meas imprimis Cesaree Mti, deinde Sermo Romanorum Regi exponere curauimus, In qua re quid nobis Cesarea Mtas responderit Mti vre in exemplis literarum mittimus: posthac eciam missuri id quod a Sermo Rege Ferdinando respondebitur, Nam hactenus ab illo ea in re nihil accepimus. Quoniam vero Cesarea Mtas adducit certas magni momenti raciones propter quas equum et conueniens magis illi videatur, vt Mtas vra Serma, vel in Pataviensem Ciuitatem vel in aliud illius Mti propinquum locum potius quam in regnum meum Oratores suos mittat, Mtem vram Sermam rogamus, ne in summa et extrema necessitate reipublice Christiane, occasionem qualemcunque rei benegerende pretermittere, sed illam quatenus tuto licebit amplecti velit, vt quandoque post curas sollicitudinesque interpositas, ad initium tractacionum veniamus, de quibus parum id refert, quo in loco habeantur, modo feliciter et pro bono tocius Christiane reipublice succedant et transigantur. Reliqua prudentissimo iudicio Mtis vre Sexme, hac in re pensanda relinquimus

Ceterum quia in proximo est finis Induciarum Annalium inter

Mtem vram Sermam, et Sermum Romanorum Regem re:
ceptarum. Mtem vram Sermam rogamus providere velit.
vt Arces, que nobis et Illtri Principi domino Georgio
Duci Saxonie, affini nro charmo in sequestrum suo nomine
erant concredite, adueniente die, à nris Prefectis in plates
vre Mtis recipiant. Nos enim dedimus Aulicis nostris
in mandatis vt cum dies Induciarum cesserit, illas hominibus
vre Mtis, ad id potestatem et mandatum habentibus tradat
et consignent, ad nosque quam primum reuertantur. In qua re nihil
dubitamus Mtem vram Sermam quantum expediet pros:
pecturam esse. Cuius nos amori et beneuolencie fraterne co:
mendamus, eamque foelicissimam esse, et multos in annos
recte sanam ac incolumem ex animo optamus. Datum Crac.
v^a Aprilis Anno domini M° . D° . XXXii°
Regni nri anno XXVi°

Sigismundus primus Rex Polonie Capitulo Gnesnensi.

Venerabiles deuote nobis dilecti. Declarauit nobis aliquo:
ties Mgcus Hieronimus de Lasko Pallatinus Syradiensis
vna cum Gnoso Stanislao fratre suo. Rmum D. Archie:
piscopum in animum sibi induxisse, vt ea fundatio, qua ex
certis Sacerdotiorum prouentibus eius predecessor Rmus
D^s Archieps proxime defunctus fecit et ordinauit, dis:
trahatur et prorsus fiat irrita, in qua re cum et sibi et
defuncto Patruo non mediocre preiudicium afferri dice:
rent, Supplicarunt nobis vt hac in re eorum rationibus
pro authoritate et gra nra consulamus. Quare nos peti:
cione illorum permoti et simul quod iustum et equum ce:
seamus ne mortuorum acta sine iusta et legittima causa re:
tractentur, hortati sumus Rmum dominum Archiepm pntem

vt ita cum dominis de Lasko negotium hoc tractet et componat ne et ipsi et defunctus Patruus eorum preiudicio afficerentur D. etiam vras pntibus hortamur, vt quantum nisi est, P. Sue hoc suadeant, quod et honestatis et equitatis rones postulare videbantur, neqz committant, vt concessiones et Decreta semel roborata, nunc diuersis sentenciis et contrariis suffragiis mutentur et infringantur. Facturae D. vre rem suo officio et professione piam, dignam, equa decentem, et nobis singulariter gratam. Datt Crac. die viii^a Aprilis Anno M^o D^o XXXii^o Regni nri anno XXVi^o

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Cunae de Cunstadt Capit^o Moravie.

SPEctabilis et Mgce, sincere nobis dilecte. Accepimus literas Stis tue quibus ex Commissione ordinum Moravie sibi data, certior a nobis fieri cupit, an statuerimus aliquos Commissarios nros in negocio Nobilis et G. nosi Vilhelmi Cuna de Cunstat, quod se cum Serma Coniuge nra habere pretendit, in Osviecezim, vel Plezinam, aut alium quempiam in locum mittere, quemadmodum id arbitrio nro, ab ipsis Moravie Ordinibus nomine dicti Vilhelmi Cuna delatum erat, vt pocius beneuola composicione, qz repressaliarum Iure res cum Serma Coniuge nra transigeretur. In qua quod illis respondere debuimus, hoc nunc Sti tue respondemus Sermam Coniugem nram de actione matris in quam succesit, velle vt ab inicio recepit, in Iure apud Summum Pontificem vel in Ducatu Baren. Generoso Vilhelmo Cuna respondere. hic autem de contractibus vel obligationibus in Ducatu Baren factis disceptacioni et cognitioni quorumcumqz Commissariorum nrorum se submittere nolle quos

Iurium et consuetudinum illius provinciae ignaros esse plane co:
gnoscat, et ad quos instruende cause gracia multos Sttme Ma:
tris sue negociorum gestores et obligationis eius consocios a
Baro vsque huc traducere oporteret. Sine illis enim Admini:
stris Sertas sua negocii istius Statum tractare se neque posse
commode neque Iure debere affirmat. hec nos Sti tue decla:
rare voluimus quam bene valere optamus Datum Cracovie
die viii Aprilis Anno domini M° D. XXXii°
Regni nostri anno XXVi°

Sigismundus primus Rex Polonie Petro Jon Voievode Valacorum

Magce domine sincere nobis dilecte. Cum hic nuper fuisset apud
nos Ventis Franciscus Prepositus Transsiluanen postulas:
setque a nobis nomine Serini domini Joannis Hungarie Re:
gis affinis nri charmi, vt cum Mgcia tua Inducias et ces:
sationem ab armis ad certum tempus pasisceremur sub quo
tempore de condicionibus pacis et perpetua firmanda con:
cordia inter nos ipsius Mtas commode tractare posset. Nos
vtcumque Iniuria per tuam Mtem provocati et victoria super
illa potiti, boni tamen publici causa, et causa etiam postu:
lationis Serini domini Regis Joannis assensi sumus non
granatim, vt Inducie inter nos reciperentur et fierent,
quarum firmandarum causa literas nras Sigillo muni:
tas Mgcie tue miseramus. Quas quia Mgcia tua susci:
pere se non potuisse scribit, propter certas condiciones in
literis pretermissas de quibus nullam mentionem predictus
Prepositus Transsiluanen apud nos fecit sed et neque de
illis agi seu tractari solet, nisi tum, cum de perpetua concordia
et pace tractatur arbitrii illius id esto
Nos enim viribus nris et iusticie confisi rationes nras nil

dubitamus tuto etiam sine vllis Induciis persistere posse id
tamen quod Mgcia tua scribit se velle pacem et tranquilli:
tatem citra vlla pacta et obligationes nobiscum et cum sub:
ditis meis obseruare nos quoque boni publici causa non reici:
mus pacem ipsam sed vicissim volumus illam cum tua
Mgcia seruare quamdiu eam tua Mgcia cum suis subditis ser:
uauerit et quamdiu nos a tua M. vel eius subditis ~~ser:
uare et tueri~~ clam vel aperte non erimus prouocati
Nolumus tamen vt interim mei et tue Mgcie subditi ha:
beant libera Commercia inter se, sed quisque subditorum
tam meorum quam tue Mgcie intra limites suos se conti:
neat, cum enim Mgcia tua inducias iuramenti firmi:
tate roborare noluit non videtur nobis esse tutum
vt incerto Induciarum Statu, vltro citroque subditi inter
se mei negotiari vel hinc inde commeare debeant, pacem
tamen vt supra scripsimus cum tua Mgcia seruare vo:
lumus, et vt omnes subditi mei illam teneant et obser:
uent, strictissime mandabimus et prouidere curabimus
vt se ab omni hostilitate tue Mgcie aut eius subditis
et terre Moldauien inferenda contineant. modo tua quoque
Mgcia pacem et Inducias inuiolabiliter nobiscum et cum
meis subditis obseruet, hec nos in presens ad tue Mgcie
literas vt optauit ~~r~~ respondere voluimus Dat Crac
die xx Aprilis Anno domini M° D° XXXII°
Regni mei XXVI°

M^gce ~~domine~~ sincere nobis dilecte. ~~Cum hic nuper fuisset apud nos Ven^tis~~

Sigismundus primus Rex Polonie
Joani de Tarnow Palat^o Russie Campiductori

Intelliget tua S^tas ex aliis literis meis, et ex exemplis literarum partim à Vaivoda Moldavien, partim à Ven^li Francisco Preposito Transsilvanien. Ser^mi Regis Joannis Oratore qui hic p^nte M^gcia V^ra fuit, ad nos scriptarum, q^3 varius et fallax sit ipsius Vaivode Moldavien adver: sum nos animus. In qua illius varietate cum videamus plu: rimum nobis referre, vt et bene cauti et finibus firme presidiis muniti simus, S^tem tuam hortamur habere vo: lentes, vt propter publicam et nram necessitatem, festine ad milites meos mercenarios in Podoliam excurrat, illosq^3 et recenseat et in instans quartale anni ere militari se condu: cat et firmet, serviciumq^3 illis indicat. Audimus enim illos iam finem primi quartalis explevisse et tam persona: rum q^3 equorum conscriptorum non integrum numerum servare. Nos vero curabimus vt pecunia que ex lan: datis contribucionibus exigitur illic q^3 celerrime fieri poterit deportetur. dedimus enim ad Exactores terrarum mandata mea, notariosq^3 meos ad illos misimus, vt ci: tra omnem moram illam colligant et comportent. Et aliter pro debito officii sui et gra mea tua S. non faciat et bene valeat Crac. 9. Aprilis Anno 1532

Statilius eps Transiluanen
Petro Tomicio epo Crac. Vicecancel.

Rme et obseruanme domine. post mee seruitutis comendacionem. Salutem foelicitatem et omne bonum. Si culpa mea cotigisset hoc quod contigit, erubescerem dare literas ad Rmam D. Vram. sed quia omni peccato careo quantum in hac re, volui excusare me Rme Dni. Vre. Elapsis enim diebus cum lachrimis etiam exegerat à Rege meo Vaivoda Moldanus Sororius meus, vt permitteret me secum conuenire, coactus sum magno et apparatu et impensis illuc proficisci. Summa supplicationis erat vt propter deum componerem rem suam cum Sermo. D. Rege Polonie communi domino nro, saltem per Inducias, verebatur enim ne furore populi Regno Moldanie pelleretur. Ego et consulens quieti Regni istius, et ne sanguis Christianus frustra effunderetur, et ne Soror mea cum liberis cogeretur mihi fugiens esse oneri, miseram Prepositum meu ad istam Mtem, et ad Rmam Dnes vram vbi preter spem maiori gratia fuit suscepta mea legacio, immo omnia ad nutum concessa, quod ego mea seruitute et isti Mti et Rme Dni. Vre. et ceteris Consiliariis sue Mtis meis obsequiis seruire curabo. Qualiter autem Barbarus is reiecerit Inducias iam Rma D. vra nouit. Credo ipsum habere Idolum aliquod, per quod id facere vrgetur, nondum tamen compertam habeo causam, habeo vtiqz meu hominem apud ipsum, quicquid certi intelligere potero, mox significabo Rme Dni Vre, Quam enixe rogo ne in me culpam leuissimi reyciat hominis, scit enim deus omnipotens, q lachrimans et genuflexus me ad hanc notam coegit. Deus tamen omnipotens iuuabit istam Mtem et hic breui dabit penas sue temeritatis. Noua hinc nescio scribere, cu ex Oratore Regio Rma D. Vra possit omnia intelligere,

Nos cum Rege nrō proficiscimur in Hungariam, vt vel Caesari venienti occurramus, vel afflicte Bude succurramus, miseru vtrumqz, et nihil à seruitute distans ac mihi adeo pertesum, vt sepe illud cogar repetere, Tedet animam meam vite mee, nescio quis finis, video multas procellas, et Coelum obscuratum, sed nescio vnde expectare serenitatis spem, quia dominus deus est iratus et nobis et toti gregi suo, laudetur deus. et Dnem vram Rmam foelicissime valere opto. Ex Cracouia die xvi Aprilis Anno domini M° D° XXXii°.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancells. Stephano Broderico Epo Sermiensi.

R. ME in Chrō Pr et domine, amice honoran. Magnam mi attulerunt voluptatem, litere Vre Rme Dnis q ex illis sanam et incolumem illam esse cognoui, contra vero illius de pacificando isto laudatissimo et quondam florentissimo Hungarie Regno desperatio ingenti me dolore et animi perturbacione affecit, cum enim ab illa que est particeps consiliorum Incolarum Regni istius scribi ista aduerto, tanqz impendenti calamitati metuens, nimium indoleo, deus quidem potens est saluare oia et in melius commutare, sed nisi is presto adsit, ego puto actu esse de omnibus. Nam cum hactenus regum animi in his que minima sunt inuicem dissentiunt, et Proceres Regni Hungarie ad vnitatem non redeunt, Nescio quid mihi in spe future pacis vel tranquillitatis polliceri debeam, que quanto plus Regno Hungarie adimitur, tanto maiorem mihi et omnibus probis dolorem affert. Expecto adhuc an congregacio Regni Procerum de qua hic apud nos dicitur aliquam certam consensionem voluntatum, et consiliorum illorum coniunctionem inducat et coaret, quam si inanem et omni concordia vacuam cognoscam, et de reliquis omnibus facile cum Dne Vra Rma desperabo

Cui scriberem ea que proxime à Carolo Cesare sunt allata, sed certo scio ea illam ex literis Mtis Serenmi Regis mei ad Sermum istum dominum Hungarie Regem scriptis cognoscere posse Commendo me amori et beneuolencie fraterne .D. vre Rme Quam sanam et foelicem esse semper ex animo opto, rogoque illam plurimum, vt perpetuam meam seruitutem Sermo dno Regi suo commendet, et Rmum dominum Colocen. ac Mgcum dominum Cancellarium meo nomine saluere iubeat Ex Cracouia die decima Aprilis Anno M.D.XXXii°

Stefano de Chab Capitaneo Agrien

Gigismundus Primus Rex Polonie

MAgce sincere nobis dilecte. Reddite sunt nobis lre tue Sts, quibus partim ea commemorat que de racione Juramenti à se nobis debiti, ante ad nos scripsit, partim vero petit, vt se indemnem redderemus de omnibus expensis in prouisione Arcis et presidiorum factis, presertim que summam perceptorum Arcis prouentuum excederent. Nos vt non obliti sumus illorum, que nobis .S. tua prius scripsit, sibi scilicet integrum non esse, vt corporale Juramentum Generoso Joanni Boratinski mandatario et locumtenenti istic meo prestare debeat se tamen nobis, lris manu sua propria subscriptis de fidelitate obligans, ita memoria satis recenti tenemus, quibus condicionibus, secundum Capitula Induciarum et Arx nobis, cum Illmo dno Georgio Saxonie Duce affine meo charmo in ptatem tradi, et à nobis vicissim in sequestro teneri debebat, Sed hoc nunc non disquirimus, nos ne magis excessimus, qui literalem obligationem .S. tue de fidelitate suscepimus, an illa que corporale Jusiurandum prestare Joanni Boratinski prefecto istic in Arce meo secundum pactorum Capitula et ordinationem detrectauit, hoc saltem Sti tue quod ad simplus

in Arce factos attinet, respondemus. Nra nihil interesse qui vel q3
magni sumptus in onera vel provisionem Arcis istius facti fu:
erint. cum de ea re ab inicio sequestri constituti et recepti, ita sit
inter nos et Sermum. D. Regem Hungarie conventum, vt pre:
fectus nr quem istic constitueremus nihil sibi amplius authorita:
tis assumeret, preter Arcis et presidiorum custodiam, cetera oia
quecumq3 Arcis essent munera, provisor Arcis sue Mtis obiret,
et proventus Arci debitos non solum perciperet, sed in vsus
necessarios distribueret. Qua in re satis quidem scimus prefectu
nrm prescriptum modum observasse, et que sui officii erant ta:
tummodo curasse. An vero Stas tua quod ad se pertinebat of:
ficiose adimpleverit, ipsa hec cum domino suo viderit. In his
enim nos vt ab inicio noluimus, ita et nunc immiscere, vel opera
vel authoritatem nram minime volumus. Quare S. tua abillo
quod plus exposuit repetat et se indemnem reddi roget; cui ra:
cionem accepti et expensi reddere debet, a nobis vero deinceps
non poscat ea que scit ex Induciarum pactis et Capitulis in se:
questro receptis, peti non debere, neq3 honeste posse. Quod vero
ad restitucionem Arcis attinet, nos iam instruximus prefectu
nrm vt adveniente Induciarum annalium termino et fine, Ar:
cem istam Agrien tradat et consignet iis qui ad id a Sermo
domino Joanne Hungarie Rege potestatem habebunt, qua tradita
vt ad nos q3primum revertatur illi mandavimus, absolutis prius
omnibus militibus equitibus et peditibus qui istic cum eo milita:
runt, a Sacramento militari nobis prestito, Quem nos ita fa:
cturum non dubitamus Nos vero literis nris quas cum pre:
sentibus mittimus tuam S. ab obligatione fidei qua se nobis
per literas suas obstrinxerat absolvimus, absolutamq3 perpetue
pronunciamus. Datum Cracovie . Aprilis Anno dni
M° . D. XXXii°

Sigismundo primo regi Polonie
Andr. Cricius Eps Plocensis

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. humillima
mei commendacionem. Quod Valachus Inducias à Mte
Vra concessas, non nisi iniquis condicionibus suscipere voluerit,
multa sunt preter Tartaros et Moschos, in quibus fortasse co:
fidit, que suspicari et metui possunt inter que non postremum
arbitror, quod nuncius ille, quem Mtas Vra ad Thurcum
misit, tam diu non redit. Sive enim ille retinetur apud eum, et
tum suspectus esse debet. Mti Vre Imperatoris animus, sive
non peruenit ad illum, per insidias aliquas interceptus, et tum
animus Mtis Vre merito Thurco suspectus esse potest, quod
de terra Valachie, nihil secum agat, uti se velle indicauit,
vel de his euentibus nihil illi significet (potest etiam Valacho
animi nonnihil addidisse, concessio Induciarum à Mte Vra
longior, quam ille postulauit, si ita est, ut fama accepi. sed
neque desunt qui tranquillitati Mtis Vre prorsus inuident,
etiam ex his, de quorum pace Mtas Vra est sollicita, quod
ego ex quorundam sermonibus aliquoties notaui, unde me:
tuam ne quod tanto tempore in Moschouitico bello compone:
do idem in hoc quoque agatur. Quomodocunque se res habet, non
temere est, quod ille victus neglectis Induciis exigat hec
à Mte Vra, que victores à victis exigere solent, resque om:
nino paruipendenda et negligenda non est, presertim cum
ut nusquam tuta est fides, ita apud Valachos prorsus nulla.
Quopacto autem Mtas Vra tantis periculis et insidiis ob:
uiare debeat, mihi quidem consultu difficillimum est, nam co:
quiescere in tam pauco presidio ex publicis Contribucionibus
huius anni locato inconsultissimum videtur, mouere vero ge:
nerale bellum periculosissimum, primum, ne Thurcorum Imperator

offendatur, qui terram illam suam nuncupat. Deinde quod ge:
neralis expeditio decreta non est in novissimo Conventu ad
annum presentem, sed futurum, unde motus et perturbacio ali:
qua intestina sequi posset. Contribuciones autem decrete per lr̃as
vestrum sisterentur. Utcumque tamen sit, providendum est opor:
tuno remedio huic periculo, et ex his incommodis eligendum
quod magis expediat. ac mea quidem sentencia emittende ce:
lerius litere in vim primarum et secundarum vestrum, nulla
de Valacho mencione facta, sed tantum contra vim insperata:
tam Thartarorum, quandoquidem iam prima rata Contri:
bucionum edita est, et antequam altera erit edenda, res in
aliquam partem inclinabit, Turcus vero pretensa causa offendi
non poterit et Valachus hac fama generalis motionis spe
moliminum suorum forte demittet, Mtasque vrã in omnem
eventum paratior erit, ut a nemine, siquid adversi eveniret,
culpari posset. Interim pax vel Inducie tractande, citra mo:
ram, per eos qui operam suam qualemcumque offerunt, non co:
cedende quidem inique et inhoneste condiciones, sed tamen
arbitrium aliquod non detrectandum, presertim de his que citra
dispendium et ignominiam concedi possunt, ut sunt captivi et si:
milia, super omnia vero Thurcus legacione aliqua honesta
non negligendus, et in fide ac amicicia retinendus, antequam
partes aliquas Christianas invadat, quod tum indecentius fa:
ctu minusque utile, et quodammodo impium videretur. atque
utinam illum dudum Mtas vrã, et presertim post felicem
Coronationem Serm̃i filii sui domini nr̃i clementissimi in:
visisset, et pacem novam et longissimam coniunctim suo et
filii sui nomine cum illo pepigisset, id enim omnium tutissimum
et nobis, et Ungaris, semper arbitrabar. Nam tales per
particulas annorum Inducie, nihil aliud quam suspicionem illi
pariunt, occasionem contra ipsum expectari. Sed et tempora
hec postulant, ut potius iuxta necessitatem, quam iuxta digni:

tatem quisque rebus suis consulat, quod et Thurcus ipse, cum ei commodum est, facit, et Summates nostri nunc facere non erubescunt. hec non ideo subiunxisse volui, quod metuam ruinam aliquam nostram vivente Maiestate vestra, cum qua est manus domini propicia, sed quod verear, ne in posterum cum omnium rerum sit vicissitudo, et tot circumquaque hostilitates et pericula immineant, regnum hoc non perinde subsistat, cuius rei satis est exemplo Vngaria sua regni patris et filii vicissitudine. Commendo me etiam atque etiam humiliter Sacre Maiestati vestre quam dominus deus unicam secundum deum spem et salutem meam, servet nobis diutissime sospitem et foelicem. Piotrcouie die xiiij Aprilis Anno domini M° D° XXXii

Sigismundus primus Rex Polonie Friderico palat° Rheni exercituum Romani Imperii Capitaneo.

Illustris Princeps et domine affinis noster charissime magnopere nos delectat studium, cura et sollicitudo quam deliberando tuendoque populo Christiano ab immanissimi Thurcarum Imperatoris impetu et vi hostili Illustritas vestra cum Cesarea Maiestate et aliis Germanie Principibus et Proceribus habet, hec enim vigilantia Cesaree Maiestatis et Illustrium Germanie Principum precipua occasio esse poterit, ne Christianitatis Regna et provincie in eum inquem moliuntur interitum adducantur. Et equidem nos pro nostro in Christianam religionem amore et affectu dominum deum precamur, ut actiones fidei et populi Christiani defensorum fortunare: illisque victoriam ex hoste concedere dignetur. Equos Canterios duos ex his quos apud nos in presentiarum habuimus delectos Illustritati vestre mittimus non minus liberali animo et gratitudine quam ab Illustritate vestra desiderari possint, quos illa non tam magni quam

beneuolentis muneris loco suscipiet. Sicut et nos in recipiendis ab Illte vrã delicatis muneribus non rerum pondus, sed animi illius erga nos propensionem spectauimus, pro quibus vt decet magnas Illti vrę agimus et habemus gras, et nõ solum gratitudine meã, sed omni studio et beneuolentia re:gia referre vicissim illa curabimus Illti vrę. Cui ex hoste victoriam et longam vitam cum sum̃a foelicitate coniunctã à domino deo optamus, eiusqz amori nos commendamus Datũ Cracouię die xxiij Aprilis Anno M. D. XXXi

Sigismundus primus Rex Polonie
Philippo Palatino Rheni.

Illustris Princeps et domine affinis noster charme. Gratissima est nobis ista Illtis vrę de nobis fiducia qua freta equos à nobis Canterios duos petitum miserit quos nos illi de numero equitatus nri liberali animo mittimus. Postulamusqz ab illa vt hilari vultu suscipere, et in re exigua magnũ mittentis affectum consideran̄, munusculi paruitatem ani:mi voluntate compensare vellet. Nos vt hijsdem equis Canteriis in omne fortune euentum prospere omnibus in locis vtatur Illtas vrã, vehementer optamus, vtqz illis insidens Thurcos et alios fidei catholice hostes ex regnis Chrianis fuget et propellat, à deo omnipotenti summo stu:dio precamur. Bene valeat Illtas vrã et nos diligat

Sigismundus primus Rex Poloniæ Friderico Regi Daniæ.

Serme Princeps et domine amice et vicine charissme. Declaravit nobis Rndus in Chro Pr dominus Joannes Epus Lincopensis qui in Ciuitate nra Gedanen ab Epatu suo exulat, Administratores quosdam bonorum Mtis vre, prouentus sibi sue Ecclesie Lincopensis in Gotlandia ademisse et occupasse ob quam amissionem vel priuacionem redditum, Cum nos illi plurimum compatiamur, optemusque ne in hac senili etate ducat vitam miseram quem prius virtus et merita in amplo dignitatis gradu collocarant plurimum a Mte vra rogamus, vt condicionis eius et diu admodum exilii rationem habere velit et pro eo quod sibi in Gothlandia ablatum est, dare illi Insulam et in insula Parochialem Ecclesiam Fare nuncupatam tam in Spiritualibus quam etiam temporalibus, velit, ita, vt in illa deinceps atque etiam in Gothlandia obuentiones Epales libere percipere ad vitam possit ne tam acerbo exilio et egestate oppressus, in desperationem adducatur, in quo rem pietati regie conuenientem et nobis singulariter gratam prestabit Mtas vra Quam foelicem esse et recte sanam ex animo optamus Datum Cracouie die xvia Aprilis, Anno domini M° . D. XXXii Regni nri anno XXVi°

Sigismundus Rex Pol.
Palatino Sandomiriensi.

MAgce sincere nobis dilecte. Cum veniat ad nos Orator Impe:
ratoris Thurcorum, inquirat inprimis et diligenter scrutetur
tua Stas si is Nuncius sit missus ad nos ab ipso Imperatore
Thurcorum nec ne: sique habeat aliqua mandata, aut literas
illius ad nos. Et si id ita esse compererit, quod scilicet sit Nun:
cius ab Imperatore cum mandatis aut lris ad nos missus,
eum honore debito excipiat, et omnibus necessariis provideat
evestigioque illum ad nos cum aliquo suo servitore industrio et
Discreto vie permittat. Et nos cum se istinc movere voluerit
per celerrime certiores faciat ut illi obviam aliquem Aulicum
nrm tempori mittamus, qui illum et excipiat in itinere, et
ad nos deducat.

Quia vero scripsit nobis tua Stas quod habet secum idem ipse Nun:
cius, hominem quendam Moldavum, quem Vicecapitaneus
tue Stis Colomien. retinere voluit, et interpretem Armenum
de Soczawa, quorum uterque est subditus hostis mei Vaivode
Moldavien., volumus ut dicat tua Stas predicto Nuncio,
quod tue Sti non bene convenit, ut hos duos subditos hostis nri
versari in Regno et Dominiis meis, aut eos cum illo huc ad
nos venire permittere deberet, sed ut ille eos a se mox amandet
et dimittat, et in Moldaviam abire sinat, quos tua Stas per
suos servitores deduci faciat, secure et libere usque ad fines
Regni mei. Interpretem vero nrm Basilium Armenum
venire huc ad nos cum eodem ipso nuncio iubeat. Nolu:
mus enim nos, ut aliquis subditus hostis mei sit interpres
Nunciorum Imperatoris Thurcarum apud nos, cum nos
habeamus interpretes nros, qui exponere ac interpretari
solent ea que Nuncii Principum et Regum exterorum

apud nos referunt et dicunt, que nollemus vt m̃e exponat ea que ille coram nobis nomine Imperatoris s̃ui dicet, que noluimus vt cognita haberent hostes n̄ri, presertim illi qui nil aliud q̃ fraudes et dolos aduersum nos et dominia mea struunt ac moliuntur.

Quemadmodum autem excipi, tractari, et omnibus necessariis prouideri hunc leuem Nunctium, qui nunc ad nos venit, volumus, ita et alium insigniorem Oratorem Imperatoris Thurcorum, qui post eum ad nos proficisci dicitur excipiat et tractet sua S^tas, nosq̃ cum primum ad fines Regni n̄ri applicuerit, de illius aduentu q̃ citissime edoceat, et bene valeat. Dat Cracouie vltima Aprilis Anno domini. M^o. D^o. XXXii^o

Sigismundus primus Rex Polonie Gedanensibus

In quibus rebus quinas ad nos dedistis l̄ras, vnis vobis respondemus. Et primum q̃ scribitis rumore ad vos perlatum esse à nobis, super moneta quam cuditis editum esse mandatum, ne in terris m̄ris Prussie, et presertim in Mariemburgen̄ et Derschouien̄ Districtibus grossi v̄re officine caperentur, Is rumor neq̃ terrere, neq̃ permouere vos debet, hec enim ea ratione vt scribitis non solum mandauimus sed ne cogitauimus quidem, minus eciam posthac id admissuri preter hoc solum, quod officiali m̄o Stanislao Costka in mandatis dedimus, vt exigendo percipiendoq̃ prouentus nobis debitos, solidos v̄re officine non capiat qui ad nullum sunt nobis hic in regno vsum, de quibusq̃ non cudendis iampridem vobis mandata feceramus. Grossos tamen vel alterius generis probam monetam, vt susciperet

non prohibuimus. Que res neq vobis neq ulli alteri preiudicium et incommodum afferre potest.

Quod vero de adaucto vectigali in Magno Ducatu nro Lithuanie scribitis, aliud vobis respondere non possumus quam et ante per Nuncium vre Ciuitatis scribam vobis responderamus: Nos scz eius instituti Thelonei hic non posse racionem immutare, quoad in ipso Magno Ducatu nro agentes, cum omni Procerum et Consiliorum illorum nrorum consilio et assensu id quod equum esse videbitur statuamus. cumque illuc auxiliante Deo concedemus non obliuiscemur de hoc ipso Thelonei negocio ad Consultacionem Consiliariorum illius Ducatus referre, et operam dare, vt equitatis in hoc racio habeatur. Tametsi nunc eciam sentiamus nemini id iniuriam ~~xxxx~~ vel graue videri debere quod commoda Ducatus illius augentur, cum eadem ratione qua licet Principibus in dicione sua imponere modum et precium rebus, liberum eciam esse potest et debet quibusuis negociatoribus ab iis que illos grauant abstinere.

Ceterum quod de negocio Campe Ciuis vri instancius et seuerius scripsisse vobis videmur, nolumus vos ignorare id nos ea potissimum ratione fecisse, vt ille qui incomodo premi ob non solutum debitum querebatur, celerius id quod suum esset assequatur. Quod eque ad cuiusuis vrm similem supplicacionem vel querelam faceremus semper. si tamen mandatorum nrorum cupitis vitare seueritatem submoueatis omnem hominibus de vobis conquerendi occasionem. Dat Cracouie Aprilis Anno dni M° D° XXXii°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Dantisco Epo Culmen. ori regio

R.ME, in Chro Pr et domine fr et amice charissime ac ho: ran. Non sine voluptate audivi D. Vram Rmam Ratisbonam sanam et incolumem peruenisse, illicque diligenter intendere, vt Mtis Regie et Rlis negocia recte componat et absoluat. Inde omnem spem concipio indubiam, quod ad nos quoque bene salua, et cum fauore Principis vtriusque mei redire poterit. Nam et acerbitas quorundam Scriptorum que momentanea est, et tempore euanescere solet minime impediet, quominus reditus D. Vre Rme fiat gratissimus, modo ab illa suauiter dissimulentur singula, fulminat enim, non tonabit.

DE Dote quam dare vellet Mtas sua Illme domine Hedui: gi primogenite filie sue, declarare nondum libet illi, neque enim putat fieri posse cum dignitate sua, vt prius Dos nominetur, quam Oratores petitum veniant affinitatem. Quamvis autem ego cupide et magna animi alacritate celerem ad nos D. Vre Rme reditum expectem, nihilominus tamen cuperem adhuc illam tantisper istic moram producere, donec Conuentus Imperii absoluatur et de religione aliquid optatum et vtile transigatur. Datum Cracouie prima May Anno domini M° D° XXXii°

Oratio Pragæ in comiciis ordinum Bohemię a Francisco Bouadilla Archidiac.º Toletano, oratore Cęsaris Caroli v.ti habita .1532.

Cvm eiusmodi hec nrã causa sit. Mgci. Generosi. Egregii, ac
circumspecti viri, generis claritate, Virtutis laude memorabiles,
in qua res multum, verba parum; aut nihil profutura sint, exora:
tos vos inprimis velim, ne tam dicendi leporem, verborumue
eleganciam à me exigatis, qꝫ rei grauissime, et maxime quali:
tatem, summumqꝫ presentis negocii discrimen consyderetis, et
perpendatis. Non enim tam speciosam orationem, qꝫ rem gra:
uissimam, et necessariam ad vos viros omni laudis genere cumu:
latissimos afferimus. Nec vero priuato nomine vos alloquimur,
quia Carolo Augusto Romanorum Imperatore inuictissimo,
Oratores adhunc ornatissimum Conuentum, vna cum Sermo
Rege vró venimus, primum, vt per nos eximiam animi sui gra:
titudinem erga istud Regnum vosqꝫ omnes significaret, qua
etiam ex ipsius literis clarius perspicere poteritis. Deinde vt
quis sit eius animus atqꝫ sentencia, his difficillimis Chriane
reipublice temporibus, et postremum, quo in Statu et periculo res
Christiana, ac pariter vrã nunc sit, vobis renunciaremus, que
tria tantisper dum qꝫ possum paucissimis explicabo, vos ad quos
negocium atqꝫ discrimen magna ex parte pertinet, et quorum grã
potissimum missi sumus, Oro, vt nrãm legationem benigne, atte:
teqꝫ audire non grauemini. Atqui vt iam rem qua oportet ia:
nua aggrediamur. Principio vos omnes id certos esse volumus:
nullum extare vestrum tam exiguum beneficium in vestrum Re:
gem, nullum tam tenue, si modo aliquod eorum tenue dici potest

quę semper amplissima fuerunt, nullum denique vestrum esse officium, vel meritum, quod non honorificentissimis verbis Imperatori à fratre suo relatum sit. Quoties inter eos de vobis, viri clarissimi, mencio incidit, incidit autem sepissime, tum vester gratissimus Rex de vestro erga se affectu, eximia fide, obsequiis officiisque vestris semper paratissimis: narrare summa cum vtriusque voluptate nunquam pretermittit. Itaque omnia quę antea de vobis suis literis declarauit, nunc eciam eiusdem ore relata Cesare plenissime accepit. Etsi igitur in presenciarum vobis tanta gracia non refertur, quanta debetur, nos tamen, iussu atque nomine clementissimi Imperatoris, tantam graciam habemus, quantam maximam mente concipere possumus. Tanta est enim eius in fratrem vnicum pietas: vt omnes res: discrimina, commoda, non aliena à se arbitretur, neque alio loco ponat quam propria. ita enim se vnice amant, vt mentes eorum fraterna charitate, non solum vincte videantur, sed in corpora vnicum transire, si fieri posset desyderent, quod ex vultu amborum simul contemplacione magis conycere licet. Quare nunquam in alium Regem melius, quam in hunc vestra beneficia collocastis, nam quicquid magnum vel paruum in hunc contuleritis, id eodem loco accipit inuictissimus Imperator, eodemque animo, ac si in se collatum esset. Atque ita semper eodem beneficio duorum potentissimorum regum animos vobis conciliatis, qui semper vestrorum meritorum memores futuri, gratissimo animo quandocunque vestre res eorum potenciam auxiliumque desyderauerint, nunquam vestris fortunis, vobis atque vestris liberis deerunt, cum occasionem remunerandi cumulatissimeque referendi gratiam, vbicunque oblata fuerit, cupidissime arripient. Habetis viri ornatissimi qua erga vos sit summus Imperator beneuolencia.

Quod autem secundo loco proposui, nempe quantum illi sit studium in tutanda, cum omnium Christianorum incolumitate, tum

precipue vrã eorumq3 omnium, qui illius animum suis erga ipsum,
fratremue optatissimum meritis sibi deuinctum habent, ex his que
recensebo, vobis clarissime liquebit. Etenim post acceptam Sacri
Imperii Coronam, post pacatam Italiam, pacemq3 inter omnes Chris:
tianorum diciones confirmatam, postq3 ius summa cum laude que:
rimoniis per Italiam redditum est, cum demq3 non tam imperium
accepisse q3 restituisse videretur, non mox Hispaniarum Regna
omnibus copiis florentissima repetiit: sed etiam victo suo erga
charissimam Coniugem, liberos, suaq3 regna affectu, suas rati:
ones publice incolumitati postposuit, et tanq3 verus patrie parẽs
Augustam Germanie Vrbem clarissimam iter conuertit, vt
ibi ordinum Germanie Conuentus ageret, coortas in Ger:
mania seditiones componeret, factiones sedaret, sentencias
turbulentas coerceret. Atq3 vt summos illos in veteri lege viros
imitaretur, qui cum altera manu muros Hyerosolimorum extrue:
rent. Altera gladium tenebant, pugnabantq3 quottidie cum impiis.
ipse q3 Imperator reipublice Christiane studiosissimus, ad bonorum
virorum exemplum se comparans, Turcas e vris finibus re:
pellere, Germano fratri regi vro, nunc bono reipublice fato Ro:
manorum Regi opem ferre, misere atq3 infoelicissime Viene
obsidionem, totiusq3 fere Austrie antiquissimi sui patrimonii
depopulationem prohibere constituit. Quod quoniam per
Inducias pactas ad anni spacium iure non concedebatur,
et ab armis vtrinq3 quiescendum erat, in Brabanciam, Flan:
driamq3 profectus est, vt ibi inter ea loci ea que ad futurarum
rerum vsum necessaria fore videbantur compararet. Vt vero
allatum esset Turcum ipsum maximam edificasse ornasseq3 classem.
refectis triremibus veteribus, tum multis quoq3 maximo
numero extructis nouis, easq3 commeatu, et bellico appara:
tu instruxisse, permagnos item Exercitus comparasse, vt du:
plici contencione terra mariq3 nos distraheret, et in locis dis:
iunctissimis dimicare cogeret, eius animo, quo ille primum

vobis, deinde Germanis, atque demum omnibus Christianis
sub se redactis Christiane religionis perniciem molitur, re:
sistendum esse duxit: preter apparatum ergo, qui ad hanc ex:
pedicionem in Italia adornabatur, ipse eciam invictissimus Im:
perator, ne si ad tempus presto non esset, se absente aliquid
detrimenti respublica Christiana caperet, ante finem Induciar:
rum Ratisponam urbem Imperialem bello gerendo opportunio:
rem, et hostium finibus proximam, vobisque finitimam, in qua
Germanie ordinum Conventus indictus erat, relicta Bel:
gica Gallia natali solo, relicta sua charissima sorore
media hyeme maximis itineribus contendit, non ad ocium,
sed ad vram salutem, non ad remissionem, sed ad curam,
non ad quietem, sed ad laborem, nihil aliud quottidie expe:
ctans quam hostis eruptionem, qui inexaturabili Christiani san:
guinis siti incitatus in vram ruit perniciem, cuius arcendi
à vris liberorumque capitibus tanto studio tenetur optimus
Imperator, ut dum eum repellere possit illum nec regnorum
suorum amplissimorum teneat desyderium, suos pios erga Co:
niugem atque liberos affectus reprimat, denique suas fortunas,
copias, regna, sanguinem, et vitam profundere una cum for:
tissimo imperii presidio non dubitet, dum fratri amantissimo,
vre saluti, incolumitati reipublice Christiane succumbenti
succurrat, suo etiam periculo vram incolumitatem redimere
paratus.

Ex his ergo viri clarissimi tum commune periculum, tum quis
sit Imperatoris in tutanda vra omniumque Christianorum in:
columitate animus, atque ardor, satis liquere opinor: Ger:
mani autem etiamsi altissimorum fluminum vi naturaque
muniti sint, tamen partim inducti Cesaris studio, partim
eciam communem vicem Christianorum dolentes, summo in
hoc discrimen studio incumbunt, et auxilia è Germano con:
scripta milite pollicentur. Verum enimvero si illi quorum di:

ciones insuperabilibus montibus, altissimis rapidissimisq; flu-
minibus, aliquorum etiam regnorum internallo seclusę ab ho-
stis impetu securę sunt, tanto ardore in commune discrimen
accendum incumbunt, vos non segniter mouere oportet, quin
potius singularem, et egregiam preter ceteras nationes alacri-
tatem ostendere, quandoquidem in eo magis vrā salus agitur
q; aliorum, qui penitus in visceribus Christianę dicionis suas se-
des habent. Q namq; omnes quidem qui Chrian̄i nomen
profitentur, etiamsi longissime à periculo absint, tamen hanc
calamitatem proximorum, nonsolum non negligere, sed tanq;
communem, et ex ęquo ad omnes pertinentem, simul iunctis
viribus arcere ęquissimum foret, atq; in hoc optimos in repub-
lica Ciues imitati deberent, qui domo aliqua priuati Ciuis
ab igne incensa, etiamsi ab incendii periculo eorum ędes sitę
in disiunctissima Vrbis regione tutę sint, tamen non omittut,
quin omnibus viribus flammam restinguere, aut à proximis
tectis non minore studio q; à suis arcere laborent, nisi tanq;
q; perniciosi reipublicę Ciues odio à suis haberi velint. itaq;
et nos omnes, qui Chrianam religionem profitemur, si id vere
esse velimus, quod pre nobis ferimus, quodq; vocamur, debe-
remus ad hanc flammam opprimendam omnes conuolare, ea
enim nrorum proximorum regna et Oppida absumpsit, atq;
etiam adhuc indies maiores vires colligit, neq; cessatura
videtur q; diu erit in quo seuire queat, et nisi mature ob-
uiamus, futurum est, vt tam late se spargat, vt nrę omnium
vires cedere cogantur, quod omen deus auertat, verum
vt in oppugnatione Vrbis, non solum ij, qui in ea Vrbis re-
gione domicilia habent, vbi hostis muros inuadit, resistunt,
sed omnes Ciues simul vbicumq; magis res manum postula-
rit occurrerunt, hostemq; communem à moenibus arcent: ita
et nos Chriani, qui non solum vnius reipublicę Ciues, sed
membra sumus vnius corporis, omnes iuxta paribus animis

ad communem conseruandam religionem, et tyrannidem à nris ceruicibus propulsandam pro se quisqz summo consensu incumbere debemus, Quod tametsi à plerisqz non fiat, ita, equum est qui in proximorum calamitate, et miseria animo ocioso securi in vtramqz aurem dormiunt, nobis tamen eorum exemplum minime est imitandum, maior enim quedam vobis belli gerendi necessitas incumbit, qz illis, ita vt auxilia non tam à vobis expectari qz exigi, non tam peti, qz vltro offerri debeant, tum quod iam vrá res agitur paries cum proximus ardet, tum quod periculum vrm coniunctum est eius discrimini, quo cum hoc bellum geritur, geritur enim cum vro optimo Rege, qui sine summo vro dedecore, et detrimento à vobis destitui non potest. Verum poterit ne quisqz vrm videre suum Regem in magno periculo, quin eum omnibus modis seruet, defendat, ac tueatur. cum ignoratis ita fere vsu venire solere, vt bonorum regum afflicte fortune sepe multorum opes alliciant ad misericordia? Atqui vos viri omni laudis genere clarissimi, vestrum Regem optimum, cuius nomen magnum, et sanctum semper apud vos fuit, apud quem tocius vite integritatem semper reperistis, nunc in magno constitutum discrimine omnibus vris viribus, fortunis, copiis, non iuuabitis? quem vos ipsi in Regnum aliunde vocastis, tanqz optimum Principem, nonne hunc saluum, et incolumem seruare ab hostis iniuria fides, atqz ratio exigit? Presertim cum hoc bellum ipse non mouerit, inductus glorie ampliorisue dicionis cupiditate, neqz vrás facultates, viresqz ad irruptionem in aliena faciendam petat, sed ad arcendum bellum, propulsandam hostium vim, suasqz et pariter vrás fortunas à direptione hostili tuendas. Vobis ignotum proh dolor non est, eius florentissimum Regnum Hungarie per vim absqz vlla ratione adeptu, fere ab hoste depopulatum esse, neqz eo contentus magnis viribus in reliqua etiam hostiles excursiones fecit, moliturqz

vestrum Regem omni sua ditione spoliare. Hoc vos viri fortissimi cum videatis patiemini? vos inquam, apud quos feminae aliquando animosiores fuerunt, quam alibi viri? vos qui maiorum vestrorum fama non contenti, semper aliquid eorum gloriae summa cum laude addere soliti estis? Hoc nunc tam foedum dedecus in vos admittetis? gloriam vestram multis in bellis partam, nunc tam foede contaminabitis? ut Regi vestro, una cum reipub: Christiana in discrimine constituto, auxilium vestrum imploranti defuisse videamini? Quare cum aliis nationibus gloriae certatur, suum cuique in hoc bello studium; vobis omnibus viribus non incubuisse summum dedecus est et extrema turpitudo, non sine magno etiam vestro detrimento et periculo, nam non modo regis vestri, sed etiam vicinorum sociorum, salus cum qua vestra coniuncta est in periculum vocatur, neque enim si salus vicinorum sociorum in discrimen venit, vestram liberam arbitremini. cum illi ruere non possint, quin in magna detrimenta vos trahant, aut eadem labefactati ruina, vos quoque concidatis. Quod si miseris et infelicissimis Hungaris opem tulissetis, periculo isto nunc vos liberati, securae ageretis. Socii vicinique omnino conservandi sunt si detrimentum accipere non vultis, quandoquidem illorum calamitas à vobis seiuncta non est. Romani rerum gerendarum peritissimi, maiora et graviora bella gesserunt ob socios conservandos, quam ob se defendendos. Quos quidem in hoc eo magis imitari debetis, quòd Hungari et Australes, quibus nunc bellum infertur non solum finitimi sunt, sed eundem habetis cum illis Regem. Deinde cum ipsis cognatione, et necessitudine quadam coniuncti estis, cum Australibus quoque vobis antiquum foedus esse audio, ut alterius domus deficiente mascula prole, quae heres in Principatu succedat, ex altera sumatur. est ergo vobis letandum, quòd auxilium sociis vestris coniunctissimis ferendo, eadem opera vos

ipsos defendetis, atq; beneficium aliis facietis, gratiam inibitis,
dum vobis recte consulitis, et bellum arcetis maximum et pe:
riculosissimum. Nam licet ad tempus forsan quies ab armis
vobis daretur, tantisper dum hostis in reliquiis Hungariae de:
populandis, subigendisq; occupatus est, ad postremum tamen
atq; adeo breui bellum illinc ad vos deuoluetur. Hungarorum
enim imbecilliores sunt, et magis afflictae, fractaeq;, q; vt hos:
tium validissimos impetus diu sustinere queant. His ergo de:
uictis, aut religionis hostem vicinum finitimum, et à tergo
habebitis, nunq; vobis securis ab illius excursionibus som:
num capere licebit, aut quod magis verendum est vos pro:
ximos oppugnabit, q; diu enim flamma materiam inuenit,
q; diu habet quod absumat, seuire non cessat, atqui tum vo:
lentes nolentes id facere cogemini, grauiore detrimento,
maiore difficultate, quod nunc cum gloria, minore negocio
cauere facilius potestis, auxilia quae nunc à vobis rogant so:
cii eadem tunc vos ab aliis rogare cogemini. Atqui si vos
iam frigetis, quorum ceruicibus bellum atrocissimum iminet,
qui hostem à tergo habetis, et ab eo tantum non circumsepti
estis, quonam animo eos futuros esse creditis, q; longissime
ab hostium finibus suas diciones habent, si vos nunc animo
vacuo desidetis ignaui, num illi vram vicem solliciti erunt,
si vos vris impendentibus malis indormitis, num illi pro vo:
bis vigilabunt? si vros animos non tangit propria salus, num
mouebit alienos? ipsi quidem Germani, tum etiam Hispani,
quales se praestiterint in obsessa Vienna, e vris Ducibus, mili:
tibusq; qui ibi stipendia fecerunt, nec minimam laudem re:
tulerunt, Vos satis audiuisse credo: neq; vero nunc alio fuit
animo ad vram salutem tuendam si opus fit, q; tunc, et sem:
per fuerunt. Praeterea Imperator summus, qui alioqui belli oc:
casionibus lubens abstinuit, nunc ita animatus est, vt se du:
cem vobis praebere paratus sit, bellumq; totum praesens adm:

ministrare, ita optimus Princeps alioqui pacificus gloriosum ducit, et pium contra religionis hostes pro aris et focis dimicare. Germanis suam ad hoc operam benigne pollicentibus, nemo tamen horum tanto ardore ad hoc bellum exarsit, quem vra frigiditas non restringuet. si vos in propriis periculis secordes procrastinatis, et consiliis querendis tempus eximitis. iam res ipsa tantum non emissa voce pro se loquitur, presentem manum postulans. hostis enim iam firmissimis copiis instructus tergo imminet, et forsan cuiusuis opinionem citius, cum nemo enim se moturum putabit erumpet, quare nobis imparatis adhuc, nihil prius agendum censeo, quam que belli vsus exigit, comparare primo quoquo tempore, vt hosti venienti occurrere mature queamus, et flammam restringuere in vicinis tectis, antequam in vris incensis damnum accipiamus, nisi forsan expectandum putatis, donec in vros fines hostilis exercitus impetum faciat: agri vastentur, pecora abigantur, Coloni et agricole vndique in seruitutem abripiantur, senes puerique miserum in modum, passim per agros trucidentur, ville incendantur, et mille alia incommoda accipiatis, que iis contingere solent, in quorum agris hostes grassantur. cuius rei notissima exempla quotidie exhibentur. Tristissimum vero ad Viennam in Austria editum, quod nobis documento esse potest, quantam calamitatem ij accipiant, in quorum finibus bella geruntur, etiamsi maxime vincant. Quare viri fortissimi: si hec incommoda vitare vultis, annitendum vobis est summis viribus, vt antequam hostis peragrata Hungaria vros fines depopuletur, vra virtute coactus pedem retrorsum referre cogatur, atque nisi ita effeceritis, vobis maximum detrimentum imminere, certissimum habete, nisi forte putatis futurum, vt regnandi libidini, ne dicam extendendi insanie modum faciat sub arcta Hungaria, et tum quietem agat, aut ab armis discedat, qui alteram manum orienti, alteram occidenti iniecit, cuius vin:

cendi auiditatem non expleuerunt. tot vrbes, tot prouinciæ, tot
regna, ab eo deuicta depopulataque, et quæ animus meminisse hor:
ret luctuque refugit, vosque huius rei estis optimi testes, tamen no:
lo vestram calamitatem præterire, quæ nullis metis vincendi li:
bidinem contineri nos plane docet, est ergo ad manum notis:
simum quidem sed tristissimum exemplum, quod totius Græ:
ciæ imperium latissimum amplissimumque ante oculos ponit.
Hierosolymitanum adhæc sepulchrum, et illa regio antiquissimum
Christi patrimonium, in qua tot sunt vitæ à Christo in terris actæ,
fixa impressaque vestigia et monumenta: Quid autem de
Rhodi? quid Croaciæ? quid Hungariæ? quid demum obsessæ
Viennæ mentionem faciam: quæ sine animi mei dolore omniumque
Christianorum non minore dedecore, quam detrimento referre non
possum, quæ omnia cum ipsius inexplebilem animum non expleue:
rit, an eum subacta Hungaria saturum fore arbitrabimini?
quem ferunt dictum illud insolens Alexandri magni iactare
solitum: mundum nec duos soles, nec duos orbis monarchas ca:
pere posse. se ergo solum suo arbitrio Orbis imperium admi:
nistrare velle. An non id eum cogitare et animo destinasse
satis palam facit: qui contemptis viribus Christianorum, spre:
tis Principibus, neglectis numinibus contra ius et fas contra:
ctis validissimis exercitibus, terra marique Christianæ reipu:
blicæ: bellum indixit. Est ergo vobis bellum ita necessarium
vt negligi non possit, ita magnum vt accurrate et diligenter
sit administrandum. Ne quæso expectetis, vt in vestræ regionis
penitissima oppida penetret, et ab diligenti hoste consumamini
deuoreminique quemadmodum in parte factum videtis, quod mi:
nime futurum est, si hostem non paruipenditis, sed venienti oc:
curritis. Hyspani vice prouerbij illud vsurpant, hostem qui
negligit, ipsius manibus perit, quod apud vos dici comperi. kto
nieprziiaciela lekeze, wazi, ten od niego zaginie. Vos ergo
hostis potenciam non paruipendite, sed si vobis recte consultum

vultis, v̄rā virtute illius impetus inhibete: vlterius progredi nō permittite, ijs copiis, quibus hostis v̄ros ingressus fines repellendus esset, ijsdem aduenientem arcete: pecuniis quas erogare in stipendia conducticiorum militum nobis necesse erit, depopulatis agris, ijsdem nunc re salua in apparatu bellico adornando non parcatis. Pecuniis enim opus est bellagerenti, cum sint neruі belli, sine quibus nihil geri queat, quod dilucide satis grecorum docuit calamitas, qui olim potentissimi, opulentissimiq̄ʒ cum pecunias in vsum belli erogare grauarentur, sed ita vt Antiphanes egregie dixisse fertur, ijs pro calculis ad numerandum vterentur, totius Graecie imperium amiserunt. Opes enim ita se habent, vt si commode consumantur: prosint, si tenaciter asseruentur. certissimam secum dominis perniciem afferant. ab eo tamen grecorum more, si vestram consuetudinem vobis hominem alienigenam allegare licet, longe abestis, ita vt hec, mea oratione, vos non sint docenda, neqʒ necesse est, vt vobis viris prudentissimis, quo modo res sint gerende, per me sit consulendum. Quare tempus est, vt vela contrahamus, eo addito, quod dicam, si eo studio in hoc bellum incubueritis, quo debetis in eo quod geritur, pro salute v̄rā et religione Christiana vt certe vos spero facturos, multa sunt, quibus vobis certissimam victoriam, atqʒ semel belli finem auguror. Primum eximia v̄rā in re bellica virtus, superioribus annis satis perspecta, qua tantam gloriam, mea, maiorumqʒ meorum memoria consecuti estis, vt ea nulli genti sitis inferiores. Deinde, quod quicquid hactenus hostis prospero successu vicit, id cunctatione ne dicam socordia ignauiaqʒ Christianorum occuppauit, quocies vires vllas in vobis Turcica manus inuenit, retrocedere turpissime coacta est. Testis est vobis Vienna, testis Taurinum, à Machumete ipso, qui totius Graecie imperium occupatum tenebat, obsessa, à qua non sine graui suorum clade profligatus est. Cuius rei q̄ʒ haud exigua laus ad vos pertinet

qui maiorem hostium numerum eo prelio fudistis, quam in omnibus
anteactis bellis simul amisistis. Ad hoc etiam accedit, quod Da:
nubij littora hoc fatale habere videntur, vt alterius domini quam sui
iugum pati non debeant, ita olim cupidissimis regnandi Principi:
bus meta fuere. Vltra quam progredi non daretur, ab Alexandri
magni ditione exempta fuere. Darium Hydaspis filium, tum
etiam Cyrum in magnam coniecerunt formidinem. Augusti
Octauii legiones apud Carescos profligarunt. Tiberium in
fugam verterunt. Vespasiani Caesaris numerosum exercitus
congressum plurimis preliis sustinuerunt. Longobardorum
tyrannidem passa non sunt. Hostem nunc quoque Christiane
religionis inimicissimum diuina ope profligabunt, gloriosissi:
mam victoriam reportabunt. Preterea vero multo mihi ma:
ior spes est in inuictissimo imperatore, qui se vna cum fere
ducem exercitus prebere paratissimus est, qui hactenus om:
nibus in bellis hostium suorum victor extitit, qui cum vere
nunc id prestare velit quod audit, hoc est imperatorem,
eius ductu et auspiciis foelicem nobis huius belli euentum
ominor, tum ob antiquissima multa, et vulgata de illo va:
ticinia, que quidem nec vt certa affirmare, nec vt falsa
redarguere in animo est, non paucorum tamen fidem euen:
tus comprobauit, tum ob fatalem quandam eius in bellis
gerendis foelicitatem. Ad hec non semel paucis copiis ma:
gni exercitus inimici fusi aut in fugam versi sunt, cuius
rei exempla omnibus notiora sunt, quam vt hic ea referri ne:
cesse sit. Postremo illud spero: tanto nobis deum immorta:
lem fore magis propitium et adiutorem, quanto vestra belli
causa iustior est. Ille bellum ad aliena occupanda infert,
vos pro liberis vxoribusque vestris, vnius atque veri dei sacra:
tissima religione depugnatis, qui suis nunquam deesse solet:
qui si pro nobis est, qui est dominus exercituum, dominus
fortis et potens in prelio, quis contra nos, Ille nobis auxilia

sua mittet ex alto, celestes legiones, que olim non semel inter Christianas exiguas copias ab hostibus vise, eos suo coelesti fulgore terrritos anteque ad manus venturum esset in fugam verterunt. Quare vos nec hostis potencia, nec belli magnitudo perturbet, nihil tam insuperabile est, quod fortitudo indefatigata non exuperet, fortes autem vos reddat ipsa veritas, id est deus, pro qua arma sumitis. Certissimam ergo victorie spem in eius benignitate collocate cuius sacrosanctam religionem defenditis: Quin accingimini vestro gladio, accingetur deus suo super femur suum potentissime, opibus nec viribus parcite pro eius religione, a quo omnia accepistis, quod si facitis, maximum et gravissimum bellum conficitis. Regem vestrum eiusque diciones ab iniuria truculentissimorum hostium defendetis, vestros fines tutos a quotidianis hostium incursionibus reddetis, securi ab omni belli periculine metu vestris bonis quiete fruemini, sociis vobis coniunctissimis opem feretis, summam ab iis gratiam inibitis, fortunas vestras cum Coniugum liberorum, et vestra vita incolumes servabitis, Imperatoris atque sui fratris summorum Principum perpetuam benevolenciam conciliabitis, gloriam parabitis immortalem, quos e durissima servitute, quam sub immanissimis hostibus nunc multi Christiani serviunt, multi timent, in libertatem vindicaveritis, iis eritis vice deorum immortalium cum a vobis beneficium salutis et vite divino simillimum acceperint, que omnia etsi tanta sunt, vt maiora homini in vita contigere non possint, attamen eo quod eadem opera dum hec paratis religionem etiam Christianam, ab hoste Christi qui illam funditus exscindere iam animo concepit tuebimini, mercedem a deo optimo maximo perpetuo duraturam accipietis, eritque vestre perbrevis opere merces summa et in hac vita, et in futura immortalis gloria et foelicitas. Quoniam vero tali vestra omnium interest hoc aut illo modo statuere, precor vestra causa deum immortalem vt quod ipse maxime e re vestra

omniumqz Christianorum esse noverit, id vobis in presentiarum, quod foelix faustumqz sit, decernere concedat.

Laurentius Cardinalis Campeius Legatus Appcus Sigismundo primo Regi Polonie

Cum superioribus diebus Sanctismus Pontifex dominus noster ad me literas dederit ad illasqz mandatum facultatemqz amplissimam adiecerit, ut ad ea que in Conventu Pataviensi ad ineundam constituendamqz pacem atqz concordiam inter Serenum Romanorum Regem Ferdinandum atqz eius adversarium per Cesaream Mtem indicto pertractarentur, ego quoqz Stis sue nomine qualemcumqz operam, atqz officium meum prestarem idqz sedulo atqz amanter essem facturus. Nunciatum est mihi prefatum Ferdinandi Regis adversarium Oratores suos in Civitatem Pataviensem mittere minime velle. Que res non parum mihi molestie attulit, sperabam enim fieri posse, ut huiusmodi dissidia, et disceptationes facile componi possent. Cum presertim Stas V. Oratores quoqz suos illo missura esset. Que pro ipsius singulari probitate atqz in Christianam rempublicam eximio studio, ad huiusmodi controversias sedandas penitusqz tollendas, quantum ponderis atqz authoritatis habitura esset, nemo est qui nesciat. In quo ego quoqz Sanctissimi Clementis iussu ac nomine pro consilii mei tenuitate, omnem operam atqz industriam essem adhibiturus. Que cum ita sint, visum est mihi ad Sertem vram literas quamprimum dare, eandemqz Sanctissimi Clementis nomine impense rogare, ut apud Principem illum dehinc agere non desistat, ut si vere, atqz ex animo pacem atqz concordiam cum Sermo Romanorum Rege inire cupit, prout non solum lris sed nunctiis Sanctissimo Pontifici Maximo, atqz eidem Romanorum Regi significavit ne recuset,

aut deneget Patauium Oratores suos q3primum mittere que
profecto locum eo consilio Coesarem elegisse constat, ut cum ipse
Ratispone una cum reliquis Germanie Principibus Conci:
lium in fidei negocio eodem ferme tempore esset habiturus si
quid in pertractanda huiusmodi pace, ut usu euenire plerumq3
solet difficultatis incideret ipsemet Coesar ceteriq3 Principes
pacis concordieq3 admodum studiosi propinquitate locorum
adiuti, ad summouendas tollendasq3 omnes difficultates pre:
sto esse possent. Quod si Patauium non placet, eligatur qui:
cumq3 alius locus, modo huic Ciuitati sit propinquus, ne quod
commoditatis uicinitatem allaturam speramus, id longior lo:
corum distancia nobis penitus auferat atq3 tollat, scio ma:
ximam esse Mtis vre in huiusmodi negocio authoritatem
speroq3 non minus propensum ad id fore illius animum atq3
uoluntatem, agat itaq3 Sertas vra quod semper, ac summa
sedulitate antehac egit in hac q3 causa tam honesta atq3 adeo
necessaria bonum Catholicum ac vere Chrianum Rege
ac ubi Regis aduersario ut Oratores mittat persuaserit
ut confido suos q3 venire q3primum mandet, neq3 prius ab
hoc officio desistat, quam omni prorsus summota controuer:
sia, concordes, pacatiq3 horum Principum animi quam pul:
cherime reddantur, neq3 quantum in se est committat, ut
mirificam hanc occasionem non solum huiusmodi concordie,
ac pacis ineunde, verum etiam totius Chrian Orbis tran:
quillitatis constituende, quam pre manibus habemus, ulla
ratione omittamus, id ego cum ex Coesaris tum Ferdina:
di verbis Mti vre affirmare iure optimo possum pro utri:
usq3 virtute atq3 animi moderatione, nullas, modo hone:
stas, pacis condiciones eos esse recusaturos. In quo sane toto
genere quantum studii diligentieq3 Sanctissimus Clemens
adhibuerit, sitq3 continue adhibiturus, etsi multis q3 argu:
mentis dignoscere antea potuit ex responsione per Sanctitatez

suam data Preposito Buden. qui Principis Vaivode noie Romam nuper accessit, cuius exemplum Serti vre nullo planius intelliget et vte foelicissime valeat, meque com: mendatum habeat Ratispone decimo septimo Calendas Aprilis Anno domini M°. D°. XXXii

Responsum Clementis PPae datu PPto Budeñ oratori Joannis regis.

Ad summum dolorem quem Sanmus. D. N. cepit ex calami: tatibus Regni Hungarie à Thurcis miserabili illo bello deuastate cum . re Rex Lodouicus occubuit, accessit controuersia que post eius mortem de illo Regno orta est inter Serenum Romanorum Regem et Principem vrum, que efferit, vt prouincia illa, ne excedentibus quidem hos: tibus Turcis, respirare potuerit à miseria, itaque Stas sua que preter communem, quam omnibus Chrianis tanque vni: uersalis Pr charitatem debet, priuatim nationem illam fortissimam, Christianitatis olim antemurale fremissimum vnice dilexit, eiusque Regni curam ac protectionem à fe. re Rege Vladislao morientis Sedi Apostolice commen: datam paterno amore iudicauit à se suscipiendam, optauit quidem controuersiam que de Regno est aliqua ratione finiri posse, in eoque quantum potuit iam inde à principio elaborare non destitit, nihil vnque tamen inter dictos Prin: cipes conuenire potuit, cum vterque integrum Regnum ad se trahere contendat, factumque est in hoc à Principe vro quod nullo modo fieri debuit, vt se ad Thurcarum auxilia conuerteret, illisque per Hungariam ad totius Christiani: tatis vastitatem quantum in ipso fuit, iter patefaceret, quod tametsi Stas sua molestissime tulerit, in eoque graui: ter, non modo se sed omnem Chrianitatem offensam senserit

Tamen nec ea quidem iniuria sumota est ab ea voluntate con:
cordie inter dictos Principes constituende, itaq3 sepe per
literas Sermos Imperatorem et Regem Romanorum ad ho:
nestam aliquam concordiam est adhortatus, proximeq3 cu̅
dominum Hyeronimu̅ Laski à domino meó ad dictos Impe:
ratorem et Regem Romanoru̅ ad agendum de concor:
dia missum audiuit Sanctitas sua valde letata est, scri:
psitq3 ad Rmum Legatum apud Caesarem Nunctiumq3
qui est apud ipsum Romanoru̅ Regem, quod visum est,
eius Regni, ac Christianitatis quieti conuenire, cum omēs
domini mei fautores spem Sti sue facerent illum ad eq3:
suinas condiciones descensurum. Haec ideo dicta sunt, vt in:
telligatis curam huius pacis, atq3 concordie, multo ante
à Ste sua esse susceptam, eoq3 libencius in hac cogita:
cione permansuram esse, si in vro Principe eum animu̅
re vera esse perspexerit, quem Sermo vr, et eius littere esse
ostendunt, nam quod ad Sermos Imperatorem et Regem
Romanoru̅ attinet adeo spectatam habet. Stas sua et co:
gnitam illoru̅ virtutem atq3 animi moderationem, vt ad
honestas condiciones descensuros esse non dubitet, siquidé
semper ad exhortaciones Stis sue à Rege Romanoru̅
responsum se non modo unq3 fuisse animo à pace alieno
sed optasse vt honestis condicionibus fieri posset, proximeq3
egit etiam gras Sti sue quod nunctio suo Rmo Archie:
piscopo Rossanen in mandatis dedit, vt omni studio, noīe
Stis sue tractatum pacis in Conuentu Pataniens promoueret
Quamobrem si re vera dominus ms pacem amplecti cupit
ostendat id oportet equitas peticionum vrarum, que si ta:
les erunt vt aliqua ex illis spes oriatur future concor:
die, faciet Stas sua obnixe omnia, que ad eius officiu̅
ac Regni Hungarie quietem pertinebunt, ac tametsi, vt
dictum est, Nunctio, qui est apud Romanoru̅ Regem hoc

idem, vt tractatui pacis interesset accuratissime scripserit
domino Hyeronimo Laski id precipue per literas suas po:
stulante à Ste sua. Tamen ne vlla mora ad conclusione
concordie interponi possit, si deus eius viam in tractatione
pacis de qua nunc in Germania agitur inter ipsosmet
Principes aperiret, mittet ex nunc Stas sua ad Rmum
Cardinalem Campeginum Legatum, apud Coesarem man:
datum amplissimum, vt nomine Stis sue tractioni dicte
concordie interueniat cum facultate eius approbandę
et stabiliende nomine, atque authoritatis Stis sue, que
quidem optat vt illic vbi cepta est concludatur, in eoque om:
nem diligentiam adhiberi cupit, quod si forte vt euenire
posset, aliqua difficultas totalem conclusionem pacis illic
tractate impediat, dummodo aliquod tempus detur ad
tractandum per Santez suam cum interpositione genera:
lium Induciarum, que facile fieri poterunt cum tantum,
sibi de Rege Thurcarum dominus vr pollicatur Stas
sua libenter authoritatem atque operam suam pro concor:
dia interponet si Princeps vr mittat huc amplum man:
datum standi iudicio ac sententie Stis sue in ijs rebus
quarum difficultas impedisset conclusionem pacis, de qua
inter ipsos Principes vel eorum Procuratores tractatum
esset, quod etiam Regem Romanorum tunc ex sua parte
facturum sperat, potestque dominus vr hoc persuasum ha:
bere nullo priuato affectu Stem suam de recto ac syn:
cero iudicio declinaturam. Quid preter hoc in presentia vo:
bis responderi possit nihil est. Quod autem attinet ad
terrores illos, minasque tempestatis que Christianitatis
ceruicibus imminere dicitis, scit Stas sua Thurcarum
vires, optaretque Christianitatem intestinis discordijs tot
iam annos vexatam, quamdiutissima pace recreare, si
tamen per hostem Thurcam non licuerit, nõ arbitramur

Deum omnipotentem ob peccata mea tam auersum esse à salute reipublice Christiane, nec Principum, qui cum Ste sua commu: ni saluti deesse non sint, vires adeo attritas esse, vt qua: uis potentissimo hosti resisti non possit. Coeterum Stas sua Principem vrm Christiana ac Paterna admonet charitate ne plus egno Thurcarum auxiliis fretus in suam perni: ciem ac Christianitatis periculum ruat, cogitetque multo vtilius esse, minus appetentem soluto ac libero animo vi: tam degere quam amplissimi Regni ad breue tempus, vsura potius, quam certa possessione deceptum vincere non Regem sed ministrum, religionis sue hostem ad deuastandam Christianam Rempublicam, pro qua Principem Christianum etiam mori omni Regno est gloriosius

Franc. de Frangepanib. Archieps Colocen. Petro Tomicio Epo: Christofero Sidlouicio Cancell.

Rme in Christo Pr. Spectabilis et Mgce domini domini et amici co: lendissimi. Salutem et amicabilis obsequii continuam comendaci: onem. Quod preter solitum manu Viccaria D. Vris scribo id non mee segniciei, sed aduerse valetudini D.nes Vre im: putare velint. Venit nuper Cubicularius hic Serm dni Polonie Regis, ad Mtem Regiam dominum meum, qui cum nullas literas D. Vrarum attulisset, cogitaui vehementer de causa huius silencii, Cum enim mihi persuaderem D.num Ves: trarum amorem et beneuolenciam erga me nondum extinctam materiamque scribendi viderem nedum sublatam verum et an: ctam Tempus quoque non fuisse adeo breue, Nam vnus ex scribis D. Vrarum (quorum copiam magnam habitis) illo tempore quo litere ad Mtem Regiam dominum meum scripte sunt, vna cum exemplo literarum Serm domi Caroli Imperatoris et Rmi domini Cardinalis Campeij Legati, et responso Sanmi

domini nri Pape Preposito Buden dato, potuisset ad me tria
vel quatuor verba perscribere. Credo igr nullam aliam rem
potuisse esse in causa, preter penuriam papiri quasi Dnes
vras laborare, in eum vsum mitterem eisdem manum vnā
papiri. Vt tamen de ioco ad seria transeamus.

Doleo mi Rme, et Spectabilis ac Mgce domini, et vehemēter
doleo tantam duriciem inesse cordibus Principum Chris:
tianorum, vt nullo pacto molliri possint, nec adduci, vt rem
Chrianam, iam pene ad interitum eorum simultatibus ad:
ductam, vel in minimo releuare conarentur / dissidium eciā
hoc, quod ortum est de infoelicissimo Hungarie Regno vi:
deo in eo Statu pene in quo erat, dum ceptum est, vterqz
enim dum conatur Regnum lacerum ad se in totum tra:
here, mouet et superos et inferos, nec tamen inuenitur
(quod ad summam infoelicitatem reipublice Chriane acce:
dit) Princeps Spiritualis aut temporalis, qui in tanta
etiam calamitate vellet, nedum factis, sed verbis tan:
tummodo dicere ea, que partibus displicere posse cogitaret.
vel eos a tam infoelici successu, qui verisimiliter futurus
est auerteret. Sermus Imperator Carolus adducit quedā
maximi momenti (sue Mtis sentencia) Cur hoc negoci:
um in Polonia pnte et presidente Sermo Rege Polonie.
transigi non possit, vel non debeat, si tamen liceat mihi
os in celum ponere, mea sentencia, exigue vel nulle videntur
ille raciones. Nam vbi adducit sua Mtas Pontificiam di:
gnitatem ex hoc offendi, qui Legato suo commiserat interesse
his tractatibus, fateor me non intelligere cur Legatus sue
Sanctitatis in re tam ardua, et totam Chrianam rempub:
licam maxime concernente, non posset aut non deberet su:
bire hunc laborem veniendi in Poloniam cum ob multo mi:
nores causas Stephanus secundus, et quartus, et Joannes
primus re et nomine Sanctismi, hic Constantinopolim, Illi in

in Gallias nauigauerunt et Romanorum Pontificum plerique alii quibus res Chriana cordi fuit ac debuit, idem fecerunt. Ubi autem M^tas Caesarea commemorat in hoc dignitatem q̃ suam ledi, profecto vereor ne multo grauius sua M^tas ledat et animum et honorem coram deo et hominibus si tempore sui regiminis, Germani fratris sui causa, tam Nobile membrum Christianitatis, a reliquo corpore diuellatur, et remedium quod per suam M^tem huic morbo curando adhiberi possit et deberet, propter vanos respectus ommittatur. Tacebo interim de Saluo conductu suae M^tis Caesareae, quem friuolum esse et optime scriptum submittit iudicio M^tis domini Regis Poloniae, forte enim no sine causa possit locis quicumque sub suae M^tis Caesareae dicione esse M^tis domini mei Oratoribus suspectus. Non obstantibus enim literis Saluiconductus, nedum Ser^mi domini Romanorum Regis verum et Ser^mi domini Poloniae Regis in quo discrimine fuerimus in Conuentu Olomucze deus scit. Illa autem, quae in hac re Summus Pontifex responderit Regi meo D^nes v^re sciunt. Mirarer profecto si auderet tuto suam Sanctitatem tam constanter petere a Principe meo vt in grauioribus huius causae stetur iudicio suae Sanctitatis qui ob timorem (ne aliquid indignius dicam) eum quem dictis et scriptis ante suam oppressionem Regem appellabat nunc in graciam aduersariorum aliter nominat, nunc excomunicat, nunc absoluit, imo quod maius est responsa publica quae dat Regi meo ad petitiones suas cogitur in scriptis mittere in Curiam Caesareae M^tis, et si in istis minimis hec faciat concedere vtrum debeat Rex meus conclusionem rerum suarum sententiae solius suae Sanctitatis, D^m v^rarum iudicio relinquo. Ubi autem Sanctitas sua, Chriana ac Paterna admonet charitate Principem meum vt cogitaret, multo vtilius esse minus appetentem soluto ac libero animo vitam degere q̃ amplissimi Regni ad breue tempus vsura pocius q̃ possessione

deceptum vincere, profecto mi Rme Spectabilis et Mgce domini mihil vnquam secundum salutem anime mee magis adeo optaui quam vt ex sua magna misericordia miseretur huic ruenti Regno, et alterius ex dissidentibus Principibus animo infunderet hanc graciam vt monita sue Sanctitatis paterna et excipereet et opere impleret, Nam si que spes restat conseruacionis huius Regni, hec est, et nulla alia, si tamen Sua Sanctitas et Sermo domino Romanorum Regi eadem nunciauerit licet non desint multi qui me reclamante et contradicente affirmant multum conducere rebus Christianis, si sua quoque Stas vel a deo optimo cuius vices in terris gerit, vel a se ipso cum ab inferioribus id fieri non liceat admoneretur de his de quibus sua Sanctitas alios admonet, ne videlicet turbaret quietem Italie et eam omni discrimini, vt suos ad Regna eueheat, sunt item plerique (bona venia Vrarum D. dixerim) Nam hec scribo duntaxat) qui in hoc D. quoque vras qui estis Primarii Consiliarii Mtis domini Regis Polonie, non leniter accusant, quod in re tam seria tantique momenti, de qua enixe rogatur tam per Cesaream Mtem per Rmum Legatum per Oratorem, et eum quidem grauem presertim apud amicum et affinem Regem non egerit sua Mtas sed duntaxat per literas simplices, Diuus enim Hieronymus, non sine causa arbitratur viuam vocem habere aliquid latentis energie, Rogo igitur et obtestor Dnes vras per viscera misericordie Jesu Christi consulant Sermo domino Regi eorum cui et potentissimus Imperator Thurcarum, tanquam Principi Christiano, alios sue etatis et vite integritate, et singulari prudencia longe prestantem potissimum concredidit hanc concordiam, vti sua Mtas non parcat sumptibus non parcat laboribus, et obsecrando et arguendo, et increpando instet apud omnes Principes Christianos potissimum apud summum Pontificem, Cesaream Mtem, Chris:

tianissimum Regem: et Regem Anglie, vt serio capescant hac rem, et authoritatiue ei finem imponant. Instet apud Sermum Regem meum, ne equas condiciones abnuat, ne Oratores suos grauetur mittere quocunque Mti domini Regis Polonie oportunum visum fuerit. Quod Principem meum omnino credo facturum ad peticionem sue Mtis, Mtas sua regia si hec (vt spero et opto) fecerit, saluabit animam suam et operiet multitudinem peccatorum. Nec vnquam sua Mtas poterit quid facere aut gloriosius, aut sanctius aut se dignius. Et hec cito fieri deberent. Nam iterum (vt audio non sine graui animi dolore) ingens procella imminet ceruicibus nris. Conuentus autem qui ad resistendum huic procelle fiunt in Germania, et alibi terrarum, vereor ne faciant, id quod semper hactenus fecerunt: parturiunt montes et Maria et nascetur ridiculus mus: Non plura. Dnes. vras. Rmam, Spectabilem et Mgcam diu et foelicissime valere ex animo opto Quas rogo velint mea perpetua seruicia per omnem occasionem commendare Sermo domino Regi Polonie, domino nro communi clementissimo, ignoscantque mihi si in his meis literis aliquid liberius dictum inuenerint, Scripsi enim hec et maxima animi amaritudine et anxietate confidenter ad viros et Chrianos et mihi amicissimos Quibus credo hac Principum in tantu ruina Chrianitatis tacitrunitatem adeo grauem ac mihi ipsi Dat in Lypper prima die Maij Anno domini M° D XXXii°

Sigismundo Regi Polonie
Joannes Klaÿski Aulicus regius

POST humillimam seruiciorum meorum in graciam Serme Mtis vre comendacionem. Serme Princeps domine domine clementissime. Scire dignetur Serma Mtas vra, quod postquam ego peracta legacione et seruiciis Serme Mtis vre redire, et ad Mtem vram redire voluissem ab Mco domino Caspar Seredi in Thokay retentus sum, propterea quod dicat fratrem suum Georgium Scheredi in Regno Serme Mtis vre, non solum contra Principum confoederationem sed etiam, contra omne ius gencium captum esse eumque non nisi per intercessionem Serme Mtis vre posse liberari, propterea ex quo video me interea non posse fieri liberum, donec fr dicti domini Casparis liberabitur, Serme Mti vre ob respectum fidelium et perpetuorum seruiciorum meorum humillime supplico dignetur eadem Serma Mtas vra, pro libertate dicti domini Georgij Scheredii laborare, credo enim quod Serma Mtas vra habebit graciosum respectum ad me quod sum in seruitute Mtis vre Serme captus, in reliquo Serme Mti vre humillima et perpetua seruicia mea commendo. Datum ex Thokay feria quinta post festum beati Georgij Martiris Anno domini M°. D. XXXii

Sigismundus primus Rex Polonie Casparo Szeredi præfecto castri Tokay.

Nobilis et Egregie grate nobis dilecte. hodie huc venerunt famuli Nobilis Joannis Klaiski Aulici et nuncii mei qui nobis declararunt, illum abs te in publico itinere cum ad nos à Sermō Rege Joanne revertebatur captum et detentum esse nulla alia vt aiebant de causa, q3 q fratris tui Georgii detencionem quem in Regno meō captum tu ipse tibi fingis et non vere prædicas tali pignore vindicare te velle dixeris. Quod illorum de audacissimo facto tuo nuncium etsi nos in tantum commouit, vt nisi celeris liberacionis fidi seruitoris mei racionem haberemus, maluerimus certe viribus q3 literis illum abs te, cum vltione temeritatis tue repetere. At cum ea sit publicarum racionum necessitas vt Aulici mei cite reuersioni lēis nos consulere oporteat, primum tibi declaramus in eum locum opinionem tuam apud nos successisse, vt existimemus te et sensu et humanitate, ne dicamus Judicio aliquo prorsus carere, qui tam magnum piaculum in violando nuncio meō preter omnem causam admittere pro tua libidine non es veritus nihil reputans q3 longe re et nomine ab ea absis facultate vt nrām regiam dignitatem, et summis quibusuis Principibus ceterisq3 probis viris venerabilem authoritatem tua violenta petulantia irritare vel contaminare debeas, deinde te serio hortamur vt simul atq3 presentes nrās legeris liberum ad nos Aulicum et nuncium meum dimittas et alÿs modis q3 crimine lese Maiestatis meē occasionem fratris tui aucupes quem in Slesia non in Regno meō, vt tu falso iactitas aduerse partis satellites imprimis et plures tuis incontinentibus contra annales Inducias admissis iniurati, prehenderint, et de quo nos liberando, licet nunc eius nos ~~non~~ peniteat, operam et authoritatem nrām multocies interposuimus

interposuimus. Quod nisi extemplo feceris, et abuti nrã pietate, qua Regni Hungariae rationibus assidue commodare studemus, perrexeris, vno negocio efficiemus vt et tu cognoscas, et quotusquisque est tue gentis homo, qui modo in Regnum nrm peruenit, experiatur, quam religiosum et impium putemus vt tua licencia et indigna leuitas dignitati nrę opposita impune pretermitti debeat. Datum Cracouię prima Maij Anno domini M°. D. XXXii

Sigismundus primus rex Polonie. Ferdinando Romanorum. Vngarie Bohemie regi: Archiduci Austriae.

Serme Princeps etc. Scripseramus Mti vrę Serme quam magna contumelia affecti simus à subdito Mtis vrę Caspare Scheredi, qui nulla ratione habita tum nrę dignitatis tum iuris et fidei publicę, Aulicum nrm Nobilem Joannem Klaiski et alium subditum N. Lubomirski quando ad nos ex legatione à Rege Joanne aduersario Mtis vrę reuertebantur, hostiliter inuasit, cepit et hucusque detinet, in qua re expectamus à Mte vrã responsum, vnacum seuera audaciae et temeritatis in dicto Scheredi animaduersione et nrę lese dignitatis vindicacione. Confidimus enim hanc iniuriam nram Mti vrę Serme pro hac necessitudine que mutuo illi nobiscum intercedit grauem et molestam esse, sed plane nescimus an id nrõ vel subditorum nrorum infortunio vel occasione data accidat quod sub eodem tempore plures nri in diuersis locis simili iniuria, nosque contumelia à subditis Mtis vrę simus affecti. Namque scripsit ad nos paulo ante Generosus Casper Maczieiowski quem ad postulacionem Mtis vrę Serme Arci Strigonien prefeceramus

quod Hispani milites illum retinuerint et tantisper se detenturos in illa Arce minentur, quamdiu illis stipendium non fuerit à Mte vra persolutum. Qua in re etiam nobis silentibus perpendere potest Mtas vra Serma quanta nobis iniuria et contumelia irrogetur, quamqz impar gratia pro officiis et beneuolencia vra referatur. Quare impense rogamus Mtem vram vt qz primum his de rebus prouideat, vt simul et subditi nri liberi fiant, et temeritas audacissimorum hominum puniatur. Nosqz talibus inimicicie incitamentis deinceps non irritemur. Factura Mtas vra rem se dignam, et non solum priuatim nobis sed publice omnibus necessariam et vtilem.

Ceterum qd aliis literis pretermisimus presentibus à Mte vra rogamus, vt si ea voluntate ad concordiam ineundam inclinata esse vellet quam in illa Rex Joannes eius aduersarius requirit, publice fidei literas tam Caesaree Mtis quàm suas pro Oratoribus aduersarii sui per presentem Nuncium ad nos mittere velit, quibus freti dicti Oratores possint tuto et sine vllo discrimine ac impedimento ad locum Conuentui deputatum peruenire, et rursus in propria reuerti. Nos vero dabimus operam vt hec ad illos sine mora hinc à nobis perferantur. Commendamus nos amori et beniuolencie frne Mtis quam dominus deus diu ac recte sanam et omni ex parte foelicissimam conseruare et tueri dignetur. Datum Cracouie Anno domini M° D. XXXii

Sigismundus Rex Polonie Ciuibus Barthuensibus.

F Amati grate nobis dilecti. Grata est nobis gratitudo vrã quam vos pro opera et patrocinio nrõ vobis declarata prefefer: rescribitis Que gratitudo etsi nram in vos vberiorem be: neuolenciam elicere adhuc potuisset, facimus tamen audax Cas: paris Scheredi quo nram dignitatem grauiter et mucreande lesit, nobis omnem de racionibus vris subleuandi volun: tatem precidit, Namqz heri accepimus illum, nescimus qua stoliditate et audacia impulsum nulla ratione regie dig: nitatis nrẽ habita, Nobilem Joannem Klaiski Aulicum et Nuncium nrm in publico itinere cum à Rege Joanne ad nos reuertebatur, violenter cepisse et captum licenter deti: nere. Quod cum iniquum sit et contra Jus gentium cõ: missum, nosqz vehementer commoueat non possumus non cogitare vt illius ista temeritas aliqua vicissim ratione pa: lam puniatur, sed et de reliquis regni Hungarie Incolis veremur ne subditi nri ista nrã graui iniuria lacessiti nisi ad literas nrãs quas illi scribimus quasqz per vos mitti illi volumus Aulicum nrm predictus Casper Scheredi libe: rum dimittat singulos qui in Regnum nrm quomodocuqz peruenerint comprehendat, et detineant, et ita indignita: tem stolidi hominis in nos perpetratam vindicent. Id quod nos vobis denunciamus ptibus, vt deinceps ab ingressu in Regnum nrm, et à nris omnibus regnicolis caueatis. Nam quemcumqz in regno nrõ huiusi subditi nri compre: hendere poterunt, audacissimo et indignissimo facto Caspa: ris Scheredi veritati proculdubio detinebunt et intercipiet Dat Cracouie prima Maij Anno M.D.XXXII° Re: gni nri anno XXVI°

Andreas Cricius Eps Plocen.
Petro Tomicio Epo Cracc. Viceccancell

R.me mi domine et benefactor colen.me Heri huc veniens reperi
meum Machnaczki cum literis vrae R.me D. ad quas rem
diuinam facturus et occupatissimus nunc respondere, et mit:
tere que mandat, nequaquam possum, sed breui per meum Ny:
cinum, si non erit alius nuntium. Miror vehementer dom.
Nisczizki Canonicum meum tam impudenter coram R.ma
D. vra vt mihi Machnaczki dixit, commentum esse, se
ius suum totum ad Archidiaconatu Plocen in arbitrium me:
um obtulisse cum promisso mihi facto Cracouie, quod volui:
set stare iudicio R.me D. vre, aut D. Doctoris Misch:
kowski, adeo postea ipsi promisso non satisfecit, vt etiam et
istinc nullo mihi responso dato, nec me salutato discesserit
et hic post multas minas arbitrium R.me D. vre meo
domino Popielski ad illud totum referente palam reiecerit
sed mirum non est, quod ita facit, vt in aliis rebus ipse, et
frater eius solent. ego et ferre cogor omnia, et quietem
domini Popielski hominis quieti magno redimere cogor, sine
quidem vlla iusta causa vel necessitate, sed non sine certo res:
pectu. Me R.me D. vre gratie diligentissime commen:
do Ex Ploczka die S. Sigismundi Anno M.D.XXXii

Sigismundus primus Rex Pol:
Ferdinando Roman: Vngarie regi

Serme Princeps etc. Perlate sunt ad nos litere Mtis vre Se:
renissime. Ex quibus perspeximus non probari illi, quod per ordi:
num Moravie decretum admissum fuerit Mgco Wilhelmo
Cune de Cunstath iure repressaliarum servitores et subditos
Serme domine Bone Coniugis nre charissime intercipere et
detinere, et quod Mtas vra literis suis apud presidentes
Moravie inhibuerit, Ne hac admissa ptate vti dictum Vilhel:
mum Cuna permittant, ad aliam illius ea iure deliberacioné
et decretum, In quo etsi id nobis imprimis est gratum quod Mtas
vra desiderio et postulacioni nre satisfacere non distulerit, Illud
tamen non potest nobis quoque non maxime gratum esse, quod Mtas
vra in hoc tuende conservandeque quietis in vicinitate comu:
nis racionem habere voluerit, pro quo fraterno et amico in:
stituto magnas agimus et habemus Mti vre gras illamque
rogamus, vt qua ipsa est erga communem tranquillitatem
voluntate, eadem esse et subditos suos facere et prestare ve:
lit, Nam quorundam incontinentes ausus et indomita teme:
ritas, Nisi Mtas vra provideat, facile et officia bone vi:
cinitatis pervertere et omnem tranquillitatem perturbare
poterunt. Ecce enim ante paucos dies quidá Caspar Scheredi
vt cognominis inarticulati ita summe et inverecunde va:
nitatis homo in Thokai à Mte vra prefectus, humanarum
racionum leges et condiciones contemnens prostrato pudore
et honestate, quam à se Regie nre dignitati debere memi:
nisse debuit, Nobilem Joannem Klaiski Aulicum nrm, quem
nos dudum ad presidendum sequestri iure Castellis quibusdam
in Transsilvania, sub Induciis trimestribus ab adversario
vre Mtis, vt scriptum erat, ante annum interceptis miseramus

publico itinere et sine vlla inimiciciarum suspicione ad nos rede:
untem, vi illata, et more predonis nrm cepit, et huc usque
detinet, non aliam vllam ob causam quam quidem non effigia:
mus vt frater suus quem falso predicat in dominijs nris
captum esse, liber dimittatur. Que illius insolens audacia quam
nobis sit adferendum grauis et molesta, explicare satis non
possumus cum tam vilibus personis Mtis vre subditis non
conueniebat dignitatem et authoritatem nram ledi et propen:
sionem qua regno Hungarie sincerite prodesse studuimus
tam aperte contemni. At cum isti ita pacis publice temerato:
res modestia et benignitate nra abuti incipiunt. Nos vicis:
sim non committemus vt dignitati nre in ista contumelia
vindicanda deesse debeamus, modis enim omnibus ad id in:
tendemus, vt hunc Schezedi intemperantis sue petulancie et
sceleris admissi propediem peniteat. Mtem vero vram ro:
gamus velit magnis itineribus ad illum mittere simulque illi
mandare, vt Aulicum nrm contra ius gentium intercep:
tum procul omni mora dimittat et recuperandi fris sui ali:
um modum quam per contumelie in nos admisse licenciam quer:
rat. Cuius detencionis vt palam est ipsemet suis intempera:
tibus factis causam et occasionem prebuit. Facturam Mtas vra
rem mutue vicinitati et tranquillitati vtilem et necessariam
et quam nos gratitudine animi nri erga Mtem vram pro:
sequemur. Commendamus nos amori et beneuolencie fraterne
Mtis vre quam foelicissimam et recte semper saluam et inco:
lumem esse ex animo optamus. Dat Cracovie die v^to
Maij Anno domini M° D° XXXii°

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancell°.

Rx

Me domine, domine mihi obseruan^me, seruiciorum meorum co:mendacionem. Me qz non paruo dolore afficiunt, non ea, que vra. D°. Rma scribit, cuius litere quacunqz materia sint scripte, non possunt mihi non esse gratissime, sed ea, que tri:stioribus literis scribendis causam dederunt. Id est duricia et obstinacio eorum, quos in causa salutes tocius Christianita:tis concernente, molliores et tractabiliores esse decebat. Quo factum est vt recusantibus aduersariis meis pacem, ad quam et potentissimus Imperator non grauate consenserat, rursus ad arma impia sit veniendum, si non aliud plus mali, certe ma:ximas Christianitatis vastaciones paritura. Nam ego cum his diebus in Valachia Transsalpina essem, cum Sti: domino Gritti, certo certius cognoui, sicuti Imperatorem potentissimum non fuis:se alienum, non solum ab ista duorum Principum inter se concor:dia, sed etiam a tocius Christianitatis amicicia, ita nunc hac non secuta, venturum contra Sermum Regem Romanorum cum tota potencia sua in eius quantum adeo permissum fuerit excidium. Quod ego ne cogitare quidem sine maximo animi dolore possum, video enim quanta ex hoc sanguinis Chriani effu:sio est futura.

Hortatur autem Regiam Sermus Rex vr, imo mr comunis clemen^mus, ad mittendum iuxta desiderium excellmi Caroli Im:peratoris et Rmi domini Cardinalis legati suos ad Germa:niam Oratores. Quod absoluto fieri iam possit, vbi in Austria Imperator recta vadit, vra. D°. cogitet. Tunc quando Rex mr Sermus paratus fuit mittere Oratores suos, ex quibus vnum iam premiserat, non in Bauariam solum ⸗ sed ad extremas Ger:manie partes inferiores aduersarii mei noluerunt. Nunc ad

⸗ (Nam Pathauium vrbem esse Bauarie dictitant)

res in has angustias est redacta, non video quomodo id fieri possit et nescio quis esset, qui Thurcis in Austriam venientibus tale munus suscipere vellet. Si Caesarea Maiestas et Serenissimus Rex Romanorum ex corde cuperent hanc pacem, neque antea factae fuissent aliquae difficultates in Oratorum Regis mei ad suam Caesaream Maiestatem transitu, Neque nunc recusarent, quominus haec causa agitaretur apud Serenissimum Regem meum Poloniae, in quo tantum bonitatem et prudentiam animadvertit ipse etiam quem isti appellant Christiani nominis hostem qui tamen plus nobis profuit parcendo quam alii profuerunt iuvando, ut ei hanc controversiam finiendam crederet. Nescio quomodo ista inuicem quadrant, eum quem Imperator Thurcarum arbitrum esse cupit, Imperator Christianus recusat. Nobis paulo ante ipsum etiam Imperatorem Christianum, non solum non recusantibus, sed ultro requirentibus et ad eum per tot terrarum spacia fortasse etiam non sine metu suspicionis amicorum meorum mittere volentibus, atque id quod non prorsus indigne ferentibus pro salute publica, quod Orator meus et idem Vaiwoda Transsyluanus ipsum hostem meum bis in domo sua propria reuerentissime adierit et apud eum Christiano orbe teste semel atque iterum sit multis diebus magno cum illius honore versatus

Haec vellem quod vestra Reverendissima Dominatio una cum Illustri domino meo domino Castellano, et Rex etiam meus sapientissimus, ita ut acta sunt consideraret, et ante oculos eorum quorum interest poneret, sed de his fortasse plus quam satis

Dominatio vestra Reverendissima cum domino Castellano Cracoviensi pro suo in rempublicam amore nunc etiam velit nos, cum domino meo Reverendissimo Coloczensi, inprimum edocere quid de hoc negocio intelligit et sperat, quamuis ista multo antea erant tractanda. Sed prouerbium Italicum est Meglio tarde chemai, et cum his seruicia mea

perpetua in gratiam Rx^me D. v^re, et dn^i mei Ill^mi necnō Rx^mi et charissimi domini mei Ilocen. plurimum et ex toto corde commendo. et in gratiam Sacratissime regie M^tis vtriusqz commendari supplico. Et v^ra D^o foelicissime valeat Ex Cyppa 9. Maij Anno M^o D^o xxxii

D^o v^ra scribit mihi se vehementer dolere, q rei noluit vnire in qua ^mo re nos q^o totam spem omnis boni reponebamus, sciat v^ra Rx^ma D^o Mag^cum dominum Thomam Nadasdinu Thesaurarium et Consiliarium Regium filium meum (eo enim mihi loco est) in hoc vehementissime elaborasse, institutis huius rei gratia pluribus dietis, Idqz suo tantum non regio inductu, Nec credat huiusmodi labores eius cassos omnino et inanes fuisse, cum eius opera nonnulli ad nos redierint primę notę homines, Nunc rursus hac eadem de causa illuc proficiscitur suo solito volatu potiusqz cursu. Est enim pegaso m^ro Laski in hoc genere simillimus, Sicut amore etiam maximo ac fraterno sunt iuncti. Speramusqz ex eius labore rursus nos non parum fructus percepturos, Is dum hec scribo apud me existens egit mecum summo studio, vt se ac servicia sua v^re Rx^me D^mi comendarem, edoctus ^enim de summa probitate ac prudencia et de plurimis aliis maximis ac raris v^re Rx^me D. virtutibus, cupit in album servitorum ac filiorum obsequentissimorum illius asscribi, Quod ego vt v^ra Rx^ma D^o facere dignetur eam vehementissime rogo promittoqz v^re Rx^me D. me talem virum in amorem D. v^re Rx^me comodare, qui non sit futurus amore et fauore illius indignus. Quem ego iam non filium sed Nepotem v^re Rx^mi D. soleo appellare, Nepotem autem ex servitore filio v^re Rx^mi D. Broderico, qui eum in filium habet

alul
Duc

A nle
est q
mis
sum
ris

P ermu
ipsius
vult
mibu
se co
rios

Alqs it
neqz
cultae
noler

Deind
necess
facio
bet co

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie: ad Albertum Marchione Brandeburgen: Ducem in Prussia Data Nicolao Nipssies Secreto regio.

Salutacione et gracia Regie Mtis nomine Illri domino Duci premissa hec priuatim nuncius dicet:

Ante omnia qd Mtas Regia impense et ex animo sollicita est quo Nepos et feudatarius Princeps Mtis sue et incolumis in summa tranquillitate a Germanica nacione, et in summo subditorum amore Ducatus Prussie vna cum posteris suis perpetuo perseuatur.

Permultum enim id interest Dominiorum Mtis sue, atqz adeo ipsiusmet Mtis sue Regie, que pro sanguinis necessitudine vult, et pro officio, ac inscripcionibus mutuis cogitur in omnibus difficultatibus de Ducatu Prussie suborientibus adesse consilio auxilioqz ipsiusmet Illri aduersus omnes aduersarios:

Atqz ita futura perspicien, qua et vnde quicqz enasci potest neqz nescius, qz preclara res sit, racione et consilio difficultates euitare posse, qz committere, vt pericula volenti nolenti subeunda sint, et vi sumptibusqz sua tutanda

Deinde qd ei cui vi et armis res gerenda est duo inprimis necessaria et vtilia sunt. alterum est ne quam det aduersario iustam causam omnes enim passim ei qui iustam habet causam libenter opitulantur alterum vt non solum necessariorum

riorum suorum sed et omnium vicinorum et maxime sub:
ditorum suorum benevolenciam et amorem sibi conciliet
atque conservet. Quem enim amant homines, eum cum sū:
ma fide et constancia admirant

Quare animadvertens Mtas. R. quod in isto banno, quod à
Caesarea Camera Mgro flagitante emissum est, hanc prae:
cipuam causam adversus ipsius Illtem. afferunt, defectionem
à fide et Ecclesia Catholica, iniusticiam propositi sui, utque om:
nes fideles concitent, adversus ipsum dominum Ducem
et subditos eius Illtis, ad hec id agentes ut Regiam Mtem
in fide suspectam faciant, si Mtas. sua, non solum consilio
verum et auxilio adiuvet, ipsum dominum Ducem adver:
sus quem bannum istud emissum esset, magis propter fidem
destitutam, quam propter Ducatum, quem Cruciferi moliun:
tur vi vel alio quocumque modo quasi à pietate desertoris
fidei Christiane exuere.

Preterea quod hec res, atque hic banni pretextus non parvam
habet speciem, unde et Regie Mti nonnihil macule
aspergi posset, et causa Mgri atque Cruciferorum iusta exis:
timari qui secundum institutum suum debent bella gere:
re cum Ethnicis et Scismaticis.

Mtas. R. vehementer cupit, et postulat ut Illris dominus
Dux huic rei consilio suo occurrat detque operam, ut ne
hec fama deserte fidei de ipsius Illt. divulgetur, unde
fieret, ut et Regia Mtas. esset extra omnem suspicio:
nem quod ad fidem Christianam pertinet; in qua Mtas. sua
sine ulla mutacione, vestigiis maiorum suorum Regum
Christianorum insistens, divina benignitate adspirante extremum

Margin: ut ostendat

extremum vult obire diem, et filium similiter moratum post se relinquere, atqz ob id qz nollet aliam de se existimacionem apud omnes homines relinquere.

fur

DEinde relatum est Mti sue Regie, et quidem non a quibusuis, id quod Mtas sua etiam per se ipsa aliquatenus animaduer: tit, offendi vehementer animos primum Consiliariorum deinde et omnium Regni Polonie Incolarum, eo qd Ill. dominus Dux cum sit feudatarius Princeps Regni Polonie magnopere ambit Ius eligendi Regis Polonie: quod neqz illi concessum est, neqz cuiqz Principi vnqz in Regno Polonie datum est, neqz in aliis Regnis datur. Illud vero magis mirabundi perpendunt, q ipse dominus Dux, neqz literas fidei a Regia Mte, neqz appellaciones ad eandem Mtem Regiam in suo Ducatu recipit et admittit. Et tamen hec sunt vera indicia quibus superior dominus a subdito et feudatario agnosci solet. Que reputantes apud se regni Incole mira et varia suspicantur.

Hinc verendum est, ne amor ille, quo in ipsum dominum Ducem mirum in modum propensi fuerunt ab inicio, refrigescat, id quod non cum commodo Mtis Regie et Ill. domini Ducis esset presertim necessitate ingruente.

Ad hec edocta est Mtas Regia a fidedignis et beneuolis ho: minibus, subditos ipsius domini Ducis molestissime ferre, q premantur exactionibus, et oneribus insolitis, tum et de noua ista fide, ad quam vi etiam inuiti compelluntur. Id quod ne Thurce quidem in captiuos nedum in liberos et ingenuos a: gunt. Quapropter quemadmodum Mti sue significatum est, varie sunt subditorum ipsius domini Ducis cogitaciones et fortassis magna eorum pars est, qui alium mallent esse rerum

verum statum in Ducatu Prussie qz hunc presentem, per quem se vehementer premi dicunt in anima et in corpore. Quid vero hec res secum afferat Ctt. sua facile, qua est prudencia perspicere potest.

Quapropter postulat et suadet Mtas Regia vt Ctt. dominus Dux huic rei contravemiat, et provideat, quo subditi sue Ctt. meliore animo sint, suamqz Ctt. observent et ament, et nequam habeant incusandi suam Ctt. ansam.

Hec atqz id genus alie res in quibus permultum situm est, si ita se quemadmodum memoratum est haberent, Mtas Regia pro debito officii sui Ctt. domino Duci, si is ignoraret, patefacere, sin sciret commonere eius Ctt. voluit, postulans et ex animo suadens vt eius Ctt. Regium suum et aliorum verorum amicorum, consilium pocius, qz palpanum et assentatorum sequatur, vtqz racione magis ducatur, qz vllis affectibus et ad eum modum se et suos subditos regat, vt bono consilio, solercia, diligencia, rebusqz prudenter agendis et ipse difficultates et pericula vitet, et subditos suos ab his tutos prestet.

Nam si Ctt. sua bonam habebit apud omnes Christianos Principes existimacionem, amabiturqz sincere et constanter, cum ab amicis et vicinis, tum a subditis suis facilius quibusuis adversitatibus et periculis occurret, atqz ea graviter a se suisqz arcebit.

Quod attinet, ad consilium et postulata, que Ctt. dominus Dux vltimo loco per Nuncios suos postulavit et petivit vt Mtas Regia ad bellicam expedicionem, quam ipse dominus Dux e Germanicis oris commota iri verebatur Duces exercitutum

Exercituum designet, et subditos Regni Poloniae ita instituat vt paratissimi sint, hec nunc non sunt factu prochiuia Regie Mti, neqz enim mos est, res nouas absqz Comitiis generalibus in Regno constituendi. Deinde sunt etiam veteri more Duces exercituum designati, ad singulas expediciones bellicas Regni vniuersales, per quas Regnum Poloniae satis strenue quorumuis hostium impetum repulit hactenus et imposterum repellet benignitate diuina.

Regia vero Mtas vna cum toto Regno suo nunqz vlla in re deerit domino Duci, dummodo ipse sit audiens consiliis Mtis sue Regie, que non nisi quod maxime ex vsu sit eiusdem consulit

Quare perspicit Mtas Regia non minus ipsa per se qz ex aliorum relacionibus, nunqz eo rem deuenturam fuisse, vt aut bannia hec ederentur, aut variis cogitacionibus hominum corda distinerentur, si idem dominus Dux, quod ad religionem Christianam pertinet Mtis sue consilium a principio in hunc vsqz diem sequutus esset

Egerunt etiam cum Mte Regia omnes subditi tam e Regno qz e terris Prussie, vt officine omnes monetarie, tam Regie qz alie vbiqz cessarent, vsqz adeo nanqz monetam auctam esse vt argenti maxima sit penuria, et caritas. Et cum Mtas sua Regia consideraret paruum esse e moneta cudenda emolumentum, propter argenti caritatem, assensa est, vt officine clauderentur omnes et Regie et alie, sed tum demum cum idem dominus Dux suasqz claudi iussisset. Postulat itaqz Mtas Regia, vt hoc subditis vtrisqz tribuatur qui hoc magnopere cupiunt et petunt atqz vt ipse dominus Dux significet, quo tempore officinas clausurus sit, vt

vt eodem tempore et Mtas Regia suas et Ciuiles claudi iubeat.

Reliqua industrie prudenciæq domini Nuncii commissa sunt qui et ea que scripta sunt verbis ornare atq amplificare potest et multa alia que sint e dignitate Mtis Regie et ex vsu communium Dominiorum excogitare sciet. Et ad se prestabit hac in re virum, vt ipsi et ornamento sit et graciam Regie Mtis faciat sibi cumulaciorem

Responsum a Duce Prussie ad legationem regiam Nicolao Nipssic oratori regio.

Principio post debitam obsequiorum oblacionem velit dominus Orator Regie Mti significare, dominum meum clementissimum Ducem Borussie talem instructionem vna cum proposicione ipa debita reverentia, ab ipso Oratore accepisse.

Deinde quod Regia Mtas impense et ex animo sollicita est quod Illmus Princeps sanus et incolumis in summa tranquillitate a Germanica nacione, et in summo subditorum amore, Ducatu Borussie vna cum posteris suis foeliciter perfruatur, atq tam clemens consilium eidem impartita est, eius Illtem, Regie Mti eo nomine, non solum supplices gras agere, verum eciam eius Illtem gaudere et in eo maiorem confidenciam collocare, animaduertere siquidem eius Illtem talia ex Regia clementi voluntate, atq fideli animo proficisci. Proinde daturam eius Illtem summis viribus operam vt erga Regiam suam Mtem vna cum successoribus suis nunquam alius qz supplex et gratus inueniatur.

Iam vero cum Regia Mtas nimirum sapiens et Christianus Rex in
prefata instructione, consilio et admonicione primum omnium et vtilis:
simum existimat, et dijudicat preclaram rem esse, racione et consilio
difficultates euitare pocius quam committere vt pericula volenti nolenti
subeunda sint, et vi sumptibusque ma luenda veniant. Insuper ei
cui vi et armis res gerenda est, duo imprimis esse necessaria, vnum
ne quam det aduersario iustam causam. Alterum vt non solum neces:
sariorum suorum, sed et omnium vicinorum, et maxime subditorum
suorum beneuolenciam sibi conciliet atque conseruet, Illmum Prin:
cipem non aliter quam Regiam Mtem apud se expendisse, idipsumque
vtilissimum arbitratum esse, dedisseque eius Illtem hactenus ei rei
operam, atque iuxta clemens Regium hoc consilium operam datu:
ram. Neque eius Illtem dubitare. Regiam Mtem facile ad animum
suum reuocaturam, quales admoniciones eidem de variis Theutonici
ordinis artibus facte fuerunt, vna cum annexa supplici peticione
Regiam Mtem dignari, pro innata sua Regia sapiencia quam
locius illis ipsis occurrere. Nimirum vt hoc periculum minori ne:
gocio vitari atque tali morbo occursum iri queat. Porro suam Illtem
neque admonere vt sciat, neque vbi speret a quoquam probe men:
surari posse, dedisse eam aduersariis suis vllam inimicicie causam
imo pocius illa quantum fieri potuit vitasse in futurum eciam
curaturum vt talia vitentur.

Preterea eius Illtem ab ineunte etate vsque in hodiernum diem, pas:
sim et semper summis viribus et quantum fieri potuit in votis
habuisse ac eciamnum habere, vt neminem non humanitate et ami:
cicia sibi deuinciat. atque id quidem non solum officiis persone
proprie, ac familiari conuersacione verumetiam magnis et gra:
uibus impensis apud summos iuxta et infimos quesiuisse. Pre:
sertim vero amplissimi Regni Polonie eique adiunctis prouinciis
clemenciam, necessitudinem et amiciciam ambiuisse. Proinde eius
Illtem in deum optimum Max: sperare firmiter nemini occasionem

occasionem datam esse, quo magis illi auxilio sit defuturus.

Quod preterea significatum est Regiam Mtem animaduertere in isto banno quod à Cesarea Camera Agro flagitante emis: sum est, hanc precipuam causam aduersus eius Illtem afferunt, nihil aliud esse quàm à fide et ab Ecclesia Catholica defectio: nem, vt ostendant iusticiam propositi sui vtqz omnes fideles concitent aduersus eius Illtem et subditos illius, idagentes vt Regiam Mtem à fide suspectam faciant, si illa non solum consilio verum et auxilio adiuuet eius Illtem etc Proinde R. Mtem vehementer cupere et postulare vt eius Illtas huic rei consilio occurrat, detqz operam, vt hec fama deserte fidei de eius Illte non diuulgetur, sic etenim fieri, vt Regia Mtas extra omnem suspicionis aleam sit futura, quatenus videlicet ad fidem Chrianam attinet.

Illtem suam ad credendum induci non posse se fidei Catholice nomine hoc banno tam atrociter notatum, Quandoquidem non esse presumendum, vt cumqz illa in hac Chriana fide ver: bi dei iuxta bibliorum et apostolorum doctrinam, non perseue: raret, hunc ordinem id quod facile credi non potest ab ini: quis suis artibus, et peticionibus, huius Ducatus destitutu: rum, atqz suo magno negocio, colligi posse, huius ordinis homines fidem eius Illt: non magnopere, sed prouinciam Borussie querere cum luce meridiana clarius constet in Ger: mania iuxta et Liuonia maxime, adeoqz in ipsius ordinis Di: cionibus et Dominiis Euangelium passim predicari, atqz id: ipsum ab ordine vel nihil vel non admodum prohiberi siue impugnari, Neqz eundem vllo modo talia moleste ferre, Sed vero si fundamentum discessionis sue Illtis à fide Catholica stabilire, adeoqz tale eius pretensum pretexere in votis haberet, nihil dubitare eius Illtem, Regiam Mtem pro sua prudencia et

et neminem non facile et sine magno negocio dispicit meum. hos huius ordinis homines, sola inuidia, sine ulla ratione agitari.

Quantum vero ex verbis banni et proscripcionis colligi potest Illmus: Princeps non alio nomine accusatur, nisi quia Illtas eius hunc ordinis fucum et hanc personam deposuit, atq; Coniugem sibi Matrimonio copulauit, Quodq; hanc prouinciam Borussie, quam ab inicio Reges, et Regnum Polonie hereditario iure gladio sibi vindicauit atq; obtinuit, à Sacro Romano Imperio et ordine abalienauerit Regieq; Mti suisq; heredibus et Regno Polonie subiugauerit, et in feudum acceperit id quod mandatum executoriale pariter secum fert.

Quod vero gloriatur hic ordo, se in hoc esse institutum vt aduersus infideles et à fide desciscentes bella gerat, conueniret ei maxime vt aduersus Thurcam, Tartarum et à fide alienos, sue professionis specimen ederet, adeoq; ad Christi fidem conuerteret, potius: quam vt Regie Mti Regno Polonie atq; illius feudo et eius Illti sit molestus, neq; enim esse necessarium eius Illtem materiali gladio ad fidem conuertere, quod eius Illtas nimirum quietus et pacificus Christianus non grauetur et Apostolis et Sacris Bibliis fundatis scripturis edoceri. Ex quo Regia Mtas et nemo bonus non facile colligere queat ab hoc ordine nihil aliud queri, quam vt primum hanc prouinciam deinde Regnum Polonie, postremo vero hereditarias Regie Mtis prouincias sub iugum suum ducere possit id quod olim Regie Mtis antecessores nuper vero ipsa Regia Mtas experta fuerit Ex quo consequi, neminem non videre vtrum malit, hoc ordo aduersus incredulos an vero aduersus Chrianam Regiam Mtem Polonie et alios bellum gerat.

Putare etiam Illmum Principem hoc probari posse videlicet dumo:
clo

dummodo Regia Mtas non moleste ferat et permittat, si inter:
rogerentur ordinis homines an velint huic pretenso iuri prouin:
cie Borussie perpetuo renunciare atque iuxta ordinis sui institu:
tum Catholice fidei gracia, aduersus suam Illtem belligerari
et hostilia moliri, velle eius Illtem, ex prescripto Sacrosancte
Christiane Apostolice ac biblice doctrine, illis respondere, atque
in fidei causa veritatis, fundamenta non eycere, adeoque quan:
tum ad hoc attinet nullam belli occasionem prestare. Quod
si hi homines ordinis (id quod facile presumi poterit) hoc
ius pretensum atque hanc Borussie prouinciam dimittere non
vellent, sine magno negocio colligi posse, utrum eius Illtis
fidem an vero prouinciam Borussie querant.

Quod ad id attinet, quod si hi homines ordinis moliantur
Regiam Mtem fidei nomine apud Christianos Monarchas et
Status suspectum facere, si Regia Mtas eius Illti et con:
silio et auxilio adfuerit sperare Illmum Principem neque
ordinem, neque quemuis alium iustis racionibus posse palam
facere, eius Illtem a Christiana fide et pietate decidisse. Qua:
doquidem illam, absit verbo inuidia, putare se bonum esse
Christianum, credereque se in deum patrem, celestem, et in Christum
Jesum filium suum eius Illtis vnicum redemptorem et salua:
torem, preterea in Spiritum sanctum insuper credere articu:
los Sacrosancte et Apostolice fidei, vellemque Christo optimo
Maximo bene adiuuante in ea fide et confidencia extremum
diem claudere.

Esse insuper eius Illti admodum molestum, Regiam Mtem
sue Illtis nomine, ulla vel sinistra suspicione vel odio gra:
uari atque eius Illtem firmiter sperare Regiam Mtem eo
quod eius Illtem perinde quasi a fide discedentem (id quod
eius Illtas minime fateatur) contra et aduersus Catholicam

Catholicam fidem defendat atqz propugnet, ad delacionem huius
ordinis apud Romanos et Chrianos Monarchas et Status nulla
sinistra suspicione vel odio granari maxime quod Regia Mtas
in votis habeat se vna cum filio suo à fide sua non discessuru
et reputare Illmum Principem ingenii sui mediocritate apud
se aliquem anguē in hac herba latere, aduersarios vtpote hoc mo:
liri, vt Regia Mtas ad quandam internam indignacionem
aduersus eius Illtem perducatur vel vt non dignetur eius Illtem
defendere ac propugnare, id quod sibi eius Illtas de Regia sua
Mte, nimirum sapientissimo ac prudentissimo Rege minime
polliceatur neqz eo nomine valde sollicitam, sed contra, omne
auxilium, clemenciam et protectionem sperare tametsi eius
Illtem putare nullius hominis defensionem vel propugnacionem
in causa fidei, preter Christum et verbum suum diuinum adeoqz
veram Apostolicam et Biblicis fundatam scripturam sumope:
re desyderari sine dubio, sperans, Regiam Mtem apud se pro:
be existimaturam quo animo et instituto hic ordo Teutonicoru
aduersus Regie Mtis antecessores, immo personam propriam
et amplissimum Regnum Polonie semper fuerit perpetuoqz sit
perseueraturus, Quodqz ille nullum non moueat lapidem
non solum Regiam Mtem tali sinistra suspicione granare,
imo magis deum optimum maximu Sathanam et mundi
tocius orbem, aduersus Regiam Mtem et Regnum Polonie
armare, atqz hanc familiam cum nomine prorsus delere, here:
ditarias terras inuadere et occupare cuius animi fuerit sem:
per, id quod Illmo Principi et aliis qui hanc ordinis personam
deposuerunt à fide dignis hominibus palam factum fuerit adeo
vt illa in publicum eius Illtas si Chriana religio aliud non
iubeat, producere facile posset

Quam parum autem hec omnia Regie Mti et Regno Polonie
hactenus fuerint fraudi, tam parum etiam hanc suspicionem

suspicionem (eciam si adsit) eidem posse incommodare. Quod si ita se habeant Illmum Principem suppliciter rogare, Regia Mtas non permittat eo nomine animum suum gravari, neqz veterem illam atqz hucusqz servatam clemenciam, cui eius Illtas maxime fidat avertere, imo potius dignetur eius Illtem illiusqz fideles subditos iuxta Regias pollicitaciones et promissiones atqz depactas transactiones. (unde hic ordo propositi sui raciones colligat, ab anima ne an à corpore neqz tu aliud quàm huius provincie dominacionem querat, minime supremus dominus defendere propugnare ac tueri

Insuper quod Regia Mtas edocta fuerit à fide dignis et hominibus benevolis, subditos eius Illtis molestissime ferre. perinde quasi premantur exactionibus et oneribus insolitis, tum eciam de nova ista fide, ad quam eciam inviti compellatur id quod ne Turce quidem in captivos tantum abesse ut ingenuos agant, Proinde quemadmodum eius Mti significatum fuerit, varias esse ipsorum subditorum cogitaciones, et fortasse magnam eorum partem inveniri, que vellet alium esse in Ducatu Borussie rerum statum, quam presentem per quem se vehementer premi dicant in anima et corpore. Quapropter Regiam Mtem postulare eius Illtas velit huic rei contra ire et prospicere quo subditi illius meliore sint animo eiusqz Illtem observent et ament etc. Illmum Principem erga Regiam Mtem eius consilii et admonicionis esse valde gratum et agnoscere Regie Mtis clementem erga se animum presertim si ita se in hunc modum habeant etc.

Et quanquam ista Regie sue Mti ab adversariis et parum amicis hominibus eius Illtis delata fuerint, attamen eius Illtem existimare, posse Regiam Mtem apud se facile perpendere, non solum in Ducatu Borussie sed in omnibus Regnis et Principatibus

Principatibus querelas audiri Quod vero tam graues querimonie quales Regie Mti fortasse delate sunt aduersus suam Illtem facte fuerint sperare eius Illtem se coram deo, Regia Mte, et quouis non esse innocentem, igr Regiam Mtem et quemcumqz supplici: ter et amice rogare vt talibus non credant vtqz hec innocencia palam fiat, velle eius Illtem (si vellent subditi vel vniuersi vel singuli eandem apud Regiam Mtem incusare, perinde quasi ea que cum equitate pugnent, eis imposita fuerint) haud grauate coram Regia Mte eo nomine sistere et respondere atqz se inde non aliter quam iustum honestum et Chrianum Principem de: cet liberum facere.

Quod vero eius Illma celsitudo nonnullos ad fidem compulerit id quod Turce et gentes non sint solite re pugnare cum huma: na racione et communi sensu, quandoquidem eius Illtas lrarum Ecclesias gubernandi et predicandi imperita, hanc prouincia Epis Concionatoribus et hominibus Theologie edoctis demanda: uerit, sibi vero eandem alioqui aliis negociis publicis satis pre: pedita, nunquam arrogauerit neqz vincere quenqz qui eo nomine eius Illtem vere insimulare queat, imo hoc agere, vt ab aliis scri: pture sacre edoceatur, Qui iuxta diuinam, saluificam Aposto: licam et Bibliis fundatam scripturam, Chrianam ordinacioné qua in Ducatu Borussie docendo, predicando et nonnullis aliis vterentur, fecerint Quam tota prouincia vt Chrianam accep: tauerit, firmiter sperans talem ordinacionem a nemine firma: cione, neqz eciam Sacra diuina scriptura labefactari tantum abesse vt subuerti et heretica censeri debeat.

Proinde Illmum Principem Ducem Borussie suppliciter et amice rogare Regia Mtas dignetur talibus delacionibus iniquis que eius Illtem maxime ledant, fidem non adhibere neqz adsentire eius etenim Illtem aliud inde nihil colligere posse quam vt illa

illa ab aduersariis talibus fictis insimulacionibus in Regiam indignacionem induci velit neqz eius Illmatem addubitare regia Mtem fidem non adhibituram neqz permittere, nimirum Chris: tianus et sapiens Rex vt contra suam Illtem commoueatur eius etenim Illtem deum optimum Maximum suppliciter et enixe ro: gare, vt illa tum non ad fidem cogatur, quam illa alios cogere in votis non habeatur

Quod vero Regia Mtas vereatur, animos Consiliariorum atqz omnium Regni Polonie Incolarum vehementer offendi, quod eius Illtas feudatarius Princeps magnopere ambiat Ius regis eligendi, et quod neqz literas publice fidei à Regia Mte neqz appellaciones ad eandem in suo Ducatu recipiat neqz illis deferat, Proinde hinc verendum esse ne amor ille quo in illius Illtem mirum in modum propensi fuerint ab inicio re: frigescat, presertim necessitate ingruente

Eius Illtem firmiter sperare huic animorum abalienacioni nul: lam vnquam dedisse occasionem, neqz hodie velle non gra: ui et molesto animo laturam talia. Proinde nihil addubitare Regiam Mtem et neminem non facile existimaturum de: bere eius Illtem Regia pacta et Iura sibi atqz subditis suis nimirum iuxta iusiurandum prestitum salua et firma conseruare, sine magno etenim negocio colligi posse, vt si illa omnia in vno articulo infirmentur quale inde damnum & incommodum sit oriturum

Proinde eius Illtem non tam hanc Regiam electionem spectare quam vt priuilegia et libertates non infirmentur, habere siqui: dem cum duos Reges quorum neutri superuicturum cupiat neqz esse possibile saluo mortalitatis ordine vt eius Illtas co: usqz viuat quo nouus Rex veniat eligendus, posse insuper

insuper Regiam Mtem et quemuis facile colligere quantum co:
templus proxime à Regia Mte persone adferatur, si illi electio
denegetur id quod hi quos eius Illtas eo nomine consuluit cum na
tura et communi consensu pugnare affirmant.

Quae cum ita se habeant, sperare eius Illtem presertim vero ex
ijs fundamentis quae in Regia Electione Sermi Principis et
Domini D. Sigismundi Augusti Regis Polonie ab eius Illte
postea vero in Regio Conuentu ferijs diui Nicolai anno
XXXI Petricouie Regie Mti, et Corone Procerum explicata
sunt, nullum periculum neque aliquid detrimenti vel indigna:
tionis inter eius Illtem atque ordines amplissimi Regni ori:
turum.

Quod ad Iudicia et appellaciones attinet, malle eius Illtem eo
nomine feriari vel minus saltem habere negocii dummodo pro
officio suo debito liceat, neque in damnum Iurisdictionis et
suorum vergat, atque non grauari si subditi per aliena tribu:
nalia iuribus suis potiri queant, verum admonere eius Illus:
tritatem subditos Iurisiurandi prestiti, suppliciter petentes
vt vetera illa sua Priuilegia et Iura Culmensia que illis
hactenus salua, firma, et illibata permanserint atque insu:
per Regijs Diplomatis fuerint firmata illis iure defenda:
tur ac propugnentur putantes nimium eos grauari si subin:
de propter appellaciones plerumque friuolas coram Regia sua
Mte respondere et litigare cogantur sepe etenim vsu venire
vt litis impense sortem ipsam longissime excedant

Posse vero eius Illtem iuxta decimum nonum articulum ipsius tran:
sactionis, ferre, neque grauari si aliquis non Principalis con:
ditionis in facti speciebus, quem suam Illtem perstringunt (id
quod maius quam subditorum negocium foret) Ius suum con:
sequi

consequi non queat vt is eã tribunalia que prefatus articulus la:
tius secum fert, appellaret et ad ea prouocaret, ex quo quiuis
in iure vtcumqz peritus sine magno negocio colligere poterit,
nil hic superioritati esse ademptum imo illud maius et forci:
us ius omnino manere saluum

Tam vero cum in proximo Regio Conuentu Petrcouię anno
XXXiii Mense Januario per eius Illtis delegatos Oratores Can:
cellarium suum et Andream Rippen, postea ad Regnum
responsum lris suis Regię Mti atqz ordinibus amplissimi
Regni eo nomine laciorem, exactiorem et veram explicatio:
nem fecerit, velle eius Illtem quantum ad eundem articu:
lum attinet esse breuiorem atqz illa in presenciarum repetere,
suppliciter et amice sperans obsecrans et rogans Regia Mtis
atqz ordines ipsi dignentur sue Illti Priuilegia libertates,
iura, et vltra hominum memoriam, imo a seculis introductas
consuetudines Regias transactiones, diplomata, promissiones
iusiuranda et confirmaciones illorum omnium (iuxta vige:
simum articulum transactionis qui expressis verbis vult,
Quod si controuersię oriantur inter subditos terrarum Bo:
russię et illorum bona debere quemuis coram eo Judicio et
tribunali, coram quo vel bona sunt sita vel reus conueniendus
domicilium habet, conueniri, neqz ad Judicem non, suũ vo:
cari) ratas firmas, saluas et illibatas conseruare imo nõ
permittere vt illis vllo modo contra eatur verũ vt eius Illtas
ad hunc modum iuxta Regnum consilium eo facilius amorẽ
et fauorem subditorum et acquirere et conseruare possit.

Quod ad publicę fidei literas attinet cum Regię pactę trans:
actiones secum ferant vt non debeat vna pars in damnũ alterius
offensores prouinciarum hospicio accipere, neqz fouere, neqz hec
transactio exprimit Regiam Mtem absqz Illmi Principis

Principis presciencia et voluntate in feudataria provincia et Duca-
tu publice fidei literas dari posse presertim vero ijs quibus neqz ius
neqz equitas satis est.

Que utcunqz se habeant ne Regia Mtas existimet eius Illtem
in votis habere, hos tres vel eciam alios articulos in disceptacione
deducere velle, eius Illtem Regie Mti significare tot scripta
et legaciones ad Regiam Mtem non solum quot eius Illtas
illa tantopere desideret et amet, imo pocius ut privilegia iura
iuxta depactas transactiones locum suum obtinere possint, factas
esse ne videlicet dissimuletur perinde quasi illis ultro renuncia-
rit proindeqz illorum usum sua mole corruisse, adeoqz fieri pos-
se, ut pacta transactiones eo proclivius infirmari queant

Porro et Regia Mtas ut nemo non intelligat eius Illtem hoc
Ducatu Borussie quem adeo et Regia Mte obtineat, tempore
vite sue contentam esse ut eandem pacifice erga Regiam Mtem
et amplissimum Regnum obsequiose possideat, Eius animi Illmum
Principem iam non esse Regiam Mtem vel ordines Regni no-
mine huius iuris eligendi negocium facessere verumtamen ut
eius Illtas sibi et heredibus atqz successoribus suis et subditis
nihil adimat, rogare eandem ut id quod factum fuerit boni
consulatur

Quod vero eius Illtas in causa appellacionis merito ad hunc mo-
dum contemni non debeat, posse Regiam Mtem et quemvis
alium facere colligere, cum eius Illtas malit alium quemcuqz
coram Regia Mte et Corona Procerum Regni via appella-
cionis litigare, Quam ut illa ipsa in Controversiis suis coram
iudice contendere debeat Iam vero cum hic articulus subditos
eius Illtis magis quam illam ipsam respiciat atqz eius Illtas ho-
mo mortalis sit, hec vero subditorum communio nunquam pereat

pereat atq; subditi suam Illtem tantopere vrgeant, Iuramentorum et promissionum subinde tam vehementem ad prestandum mencionem faciant posse Regiam Mtem existimare, quia subditis hoc negocium non parui sit momenti, bene conuenire eius Illti vt omnia iuxta prescriptum transactionum et cum eis agantur supplicitec rogans Regia Mtas dignetur eius Illtem apud se habere clementer et excusatam et comendatam sibi

Quod ad literas publice fidei attinet velle eius Illtem se quemadmodum in aliis negociis omnibus subiectum et obsequiosum erga Mtem Regiam et Regnum Polonie exhibere, Iterum supplicitec et amice rogans, si Regia Mtas velit aliquem, presertim vero talem cui neq; ius neq; equitas satis est, quiq; aduersus suam Illtem temere delinquit publice fidei literis in eius Illtis prouincia dignari vt idipsum illius presencia et voluntate fiat neq; enim velle eius Illtem aduersus eius Mtis voluntatem et desiderium dummodo in Iuribus Priuilegiis transactionibus, eius Illtis et subditorum, non pugnet, ne tantillum quidem attentare

De consilio et peticione Illmi Principis Regie Mti facta noie tuicionis et propugnacionis ingruente necessitate faciende ad quam Regia Mtas respondit hec iam factu non esse procliuia Regie Mti neq; enim morem esse res nouas absq; Comiciis generalibus in Regno constituendi Duces exercituum designari subditosq; Regni Polonie sic instituere vt ad peticionem eius Illtis sint parati, imo veteri more duces exercituum esse designatos ad singulas expediciones bellicas vniuersales Regni per quos Regnum Polonie satis strenue quorumuis hostium impetum propulerit hactenus et in posterum diuina benignitate propulsurum Regiam vero Mtem vna cum toto Regno suo nulla vnq; in re eius Illti defuturam, dummodo

illa Regie Mtis consiliis sit obediens dispicere eciam Regiam Mtem non minus per se sed ex aliorum eciam relacionibus nunquam fuisse futurum vt aut bannum hoc ederetur, aut variis cogitacionibus hominum corda distinerentur si eius Illtas quod ad Religionem attinet, eius Mtis consilium hactenus secuta fuerit.

Eius Illtem quantum ad honorem bona animam et vitam attinet agnoscere se debitricem vt Regie Mtis consiliis obtemperet, velle eciam omnino sperare atque Christum testem facere eius Illtem nunquam aliud esse molitam vel adhuc moliri atque vt veritas eo clarius liqueat appellare eius Illtem Regiam suam Mtem eandem commone faciens. Quod illa in omnibus negociis arduis et vrgentibus pariter et tribus articulis prefatis consilium et auxilium a Regia sua Mte quesiuerit et postulauerit, neque aliud eius Illtem in votis habere id quod eciam eius Illtas cum nonc inita transactione inter Regiam Mtem et Regnum Polonie atque suam Illtem et illius subditos depacta testetur super quam illa se refert. Quod vero ad conscienciam attinet que extra hunc modum soli deo et cuiusque saluti cure debet esse Non potuisse Illtem eius quicquam remittere imo voluisse a diuina Apostolica et Bibliis fundata doctrina per Theologos et Concionatores admoneri et doceri

Preterea quod Regia Mtas in sua Instructione et proposicione significat neminem ad fidem cogi debere id quod ne Thurce quidem agunt, Eius vero Regiam Mtem pro subditis Judeos, Thurcas, Tharlaros, Ruthenos, Armenos, et plerasque alias sectas tollerare necessitatis eciam tempore defendere ac propugnare atque eius Illtem confidenter sperare se a fide Christiana minime discessisse neque discessuram, id quod iam antea indicatum fuerit. Insuper iuxta diuini verbi prescriptum vincere et amari ab eodem doceri Eius Illtem eius esse confidencie (id quod suppliciter eciam rogat)

Regiam suam Mtem non permittere vt aduersus suam Illtem et sub:
ditos illius ad vllam indignacionem perducatur, imo suborta necessita:
te consilio iuxta et auxilio ipsos defensum et propugnatum iri Quan:
doquidem eius Illtem firmiter sperare et gaudere, Quod Regia
Mtas et quiuis prudens facile colligere possit, hos ordinis homines
cum hoc bamus non religionem (id quod superius abunde expli:
catum sit) immo prouincie ipsius dominacionem querere. Item
supplicare, Regia Mtas non committat se tam frigidis artibus
commoueri, facile siquidem colligi posse nihil aliud hic queri,
quam vt Regia Mtas ad inclemenciam perducatur. velle
insuper Regiam Mtem vrgente necessitate suam Illtem et fi:
deles subditos, tuicione, defensione, et propugnacione id quod
superior inferiori debeat, minimum in rem Regie Mtis et
amplissimi regni non deserere neque enim eius Illtem post deum
alium protectorem et propugnatorem quam Regiam Mtem et
amplissimum Regnum Polonie, scire ad hec vicinis Palatinis
Regni Polonie stricte precipere, vt suborta tali tempestate apud
eos portum salutis et auxilii commode possit querere, Insuper
petere eius Illtem enixe, Regia Mtas hoc curet vt vtriusque
prouincie Borussie Status et ordines conueniant et raciones
ineant, vt quiuis ad subitas et improuisas irrupciones pa:
ratus sit, vnusque alterius ope et auxilio vti queat, neque enim Re:
giam Mtem ignorare quam periculosas artes presens tempus
secum ferat, atque suam Illtem non semel admonitum hunc or:
dinem in Germania iuxta et Liuonia in votis habere vt ali:
quot milia militum improuise per Oceanum ad Borussiam tray:
ciant id quod non sit admodum impossibile Eiusque Illtem
tum omni prorsus auxilio fore destitutam Regiam Mtem
pro sua prudencia facile   que pericula eius Illti
postea vero Regie Mti et Regno Polonie essent suboritura
Proinde velle eius Illtem tali morbo iuxta Regium consilium
racione occurrere

Quod eciam cum Regia Mté omnes subditi tam e Regno quam e terris Borussie egerint ut omnes monetarie officine tam Regie quam alie passim a moneta cudenda cessent Regiam etenim Mtem considerare paruum esse a moneta cudenda emolumentum propter argenti raritatem Proinde assensam ut omnes officine et Regie et alie claudantur dummodo eius Illtas idem agat Postulare itaque Regiam Mtem hoc subditis utriusque tribui quod hoc magnopere et cupiant et petant, utque eius Illtas tempus quo suam officinam claudi velit significet

Respondere Illmum Principem cum notorium sit et manifestum quibus modis prouincia Borussie ipsius ordinis tempore et auream et argenteam monetam cudendi priuilegiata fuerit eius quoque Illtem cum adhuc supremi Mgri gereret Mgratum libere Monetam cudisse, neque a quoque eo nomine fuisse impeditam idipsum vero postea a Regia Mté et Regno Polonie et approbatum et confirmatum fuerit sperare eius Illtem minime futurum, ut illi Priuilegia, Iura, immunitates et libertates, infringerentur, Que tamen utcunque se habeant velle eius Illtem, non quia hoc debeat, imo potius ut Regie Mti inseruiat (tametsi eius Illtas Monetam superfluere non videat) aliquandiu a cudendo abstinere, et cum aliis periculum facere utcunque aliud eius Illtas timeat immirum pauperum subditorum detrimentum hic latere id quod eius Illtas iam antea aliquod ordinibus Borussie et aliis expressis verbis per literas significauerit

Porro cum eius Illtas fere biennium a Regia Mté hanc officinam exercere inceperit, neque adhuc liquidum factum fuerit monetam in Ducatu superfluere, velle eius Illtem tale biennium (non quidem ut illi sed ut subditis potius commodetur) supplere postea vero ut est indicatum a cudendis obolis Solidis et

et grossis aliquandiu abstinere atque videre commodum et vtilitatē inde orituram. In omnem vero euentum facultatem argenteę monetę trium et sex grossorum sibi reseruare, atque in presenciarum Regię Mti se consortem, liberos prouinciam et omnia sua suppliciter ad tuendum et defendendum committere et commendare

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando Regi Rom. Vngar. Bohem.
Georgio Duci Saxonie et Missnę M.
Joachimo Marchioni Brandeburgen.
Georgio Marchioni Brandeburgen
Barmino Duci Pomeranię.
Carolo Duci Minsterbergen.
Friderico duci Legnicensi.
Statibus Morauie et Lusatie.

Non dubitamus vrę Sttti cognitum esse, quod ad importunam peticionem ordinis Theutonicorum Mandatum penale, cum peremptoria ad respondendum citacione fuerit nomine Coesareę Mtis contra Sttem Principem dominum Albertum Marchionem Brandeburgen. et in Prussia Ducem Nepotem ex Sorore nrm charissimum editum, et per Tabellarium Camerę Imperialis ita illi insinuatum, vt vel prouinciam Prussię eidē ordini Theutonicorum restitueret, vel in Judicio Camerę ob non restitutam responsurus certo statuto die se sisteret, de qua re cum nos certiores facti fuissemus, etsi intelligebamus non ex voluntate Coesareę Mtis, sed ex subornacione malevolorum quorundam Stt. Nepotis nri aduersariorum id fieri, vt tamen Jurisdicionem nram quę nobis racione feudi in Prussiam et in Principem tanquam vassallum competit, tueremur,

fueremur, inhibuimus Illti sue ne in preiudicium superioritatis
iure alieno se iudicio submitteret, et sub eodem tempore apud
Caesaream Mtem medio Oratoris nri Rndi domini Joannis
Epi Culmen egimus, ne nos cum Illti Nepote nro istiusmodi edic:
tis turbari et contumelia affici permittat, sed ad nos tanqz or:
dinarium Ducis Prussie Judicem, omnes remitti mandet qui
aliquid Juris ab illo exigere vellent. Quod dum nos impe:
trasse credimus, ecce rumore quodam edocti sumus, Illtem Du:
cem Prussie Nepotem nrm ad priorem iniuriam etiam banno
Judicii Camere Imperialis lesum et proscriptam esse atqz contra
naturam et formam banni principalem eius dignitatem honore
et familiam ultra modum gravatam et offensam, Insuper uni:
versa Privilegia Jura et familie insignes istiusmodi pros:
criptione et banno ei ademptas ob quod ille, et nos una il:
lius Avunculus et feudalis dominus magnopere sumus per:
turbati, gravique molestia affecti, magna cum admiratione ex:
pendentes, cur tam non necessaria et inconvenienti contume:
lia a Judicio Imperialis Camere et nos et Nepos nr prono:
cemur. Quandoquidem et nra erga ordines Imperij pro:
pensio et Illtris Nepotis nri atqz illius maiorum Romano
Imperio, et presertim domui Austrie officia prestita aliud
longe qz quod fieri cognoscimus exigere a Judicio Imperia:
lis Camere videbantur. Quoniam vero nos scimus Illu:
stritatem vram et erga nos et erga Illtem Nepotem nrm
equo et propenso animo esse, illam plurimum rogamus velit
simul cum Caesarea Mte et Illmis Sacri Romani Imperij Prin:
cipibus Electoribus ceterisqz ordinibus contumeliam nram
et banni promulgationem prudenti Consilio ita excutere
et temperare ut et bannum, quod multorum malorum causa
prebere posset protinus revocetur et dignitas atqz honor Illtris
Nepotis nri Jurisdictionisqz nre authoritas, in integrum re:
stituantur. Expedit enim tempori providere ne istiusmodi no

non necessariis offensionibus nos et Sttus Nepos ac vasallus vr in eam necessitatem adducamur vt tuendi Juris et dignitatis nre racionem ex provocatione aduersariorum querere cogamur. Quare Sttas vra et comuni omnium tam nrorum qz Imperialis et sue subiectionis hominum qui inuicem magna et ampla exercent negocia, commoditati consulet, et nrum simul et Sttis Nepotis nri animum in pristina erga se ac Sacri Romani ordinis propensione retinebit Quam sanam et foelicem esse sp optamus eiusqz amori et beneuolencie fraterne nos comendamus Dat Crac die xxvij^a Maij Anno dni M^o D^o xxxii Regni nri anno xxvi^o

Ludouicus Gritti Vngarie gubernator Sigismundo primo Regi Polonie

Post obsequiorum nrorum fidelium humillimam commendacione Ser^me Princeps domine, domine graciosis^me Quoniam no sine paruis laboribus vsqz inpresenciarum tractauimus differencias ortas inter Sertem suam et Spectabilem Petrum Vaiwodam Moldauien maturaqz cum deliberacione omnia ad optimum finem reducere, Nichilominus visum extitit nobis pro nunc remittere prout Serti vre remittimus hominem specialem dicti Vaiwode, vna cum Mgco Mehemetbeg Magcipio Inuictissimi atqz potentissimi Cesaris Thurcorum presencium latore. Placeat itaqz et dignetur eosdem cum vno suo Secretario cum plenaria auctoritate vnanimiter iterum remittere in Curia Sermi domini, domini Regis Joannis Regis Hungarie domini mei clementissimi, vbi nos erimus et p^ta [predicta] omnia discucientur deoqz optimo Maximo Duce concludentur

concludentur, atqz ad vota Serenitatis suae reducentur. Quam foeliciter valere semper cupimus non praetermittendo eundem Mehemet in Regno Serenitatis vrae: Polonie filium suum captiuum habere amori nostri dignetur committere inquiri patriqz suo libere consignari Datum in Oppido Thersao prouincie Transsalpiensis die xi Mensis May Anno domini M°. D. xxxii°

SIgismundus primus Rex Poloniae Ciuitatibus Cassouie, Leutssenie, Bartfte, Epperiess, Cebinii

Famati grate nobis dilecti. Reddite sunt nobis litere vre, quibus audaciam et nephas à Caspare Scheredi erga nos admissum ab innocencia vra ea racione depellitis, quod neqz illius conscii fueritis, neqz cum factum audissetis, illud probaueritis Quamquidem excusationem de ignorancia facti vram licet, ita vt scribitis suscipimus ob contumelie tamen magnitudinem qua ab improbo et nequam homine sumus grauiter offensi adduci non possumus vt aliquid aliud quam quod ab inicio vobis scripsimus instituere ad vindicandam vim, in Nunctio nro à scelesto homine perpetratam, debeamus, namqz omnibus modis qui excogitari poterunt iniuriam que nobis cum nisi:gni lesione Mtis in Hungaria preter omne Ius et phas contigit et priuatim in authore et eius coniunctis, et in vniuersum in omnibus vlcisci volumus, vt cognoscat quisqz nos dignitatem et honorem nostrum non solum velle, sed posse eciam contra improbos tueri Datum Cracouie die vltima Mensis May Anno domini M° D°. xxxii Regni nri anno xxvi°

Sigismundus primus Rex Poloniae Joanni Dantisco Epo Culmen: suo apud Cesarem oratori

Rnde in Chro Pr sincere nobis dilecte. Dudum hoc a nobis expetiverat Sermus dominus Ferdinandus Hungarie et Bohemie Rex, affinis nr charissimus, vt Illma dominam Hedwigim filiam meam primogenitam nemini desponderemus nisi prius de Connubio illius consilium a Mte sua haberemus, cuius rei nos memores, cum non multo ante de desponsanda illa Illtri domino Ludovico Bavarie Duci sollicitati essemus, firmare in hoc consilium nrm non potuimus: tametsi illam viro iam tradere et ipsius et nre raciones vehementer exposcunt. Quare vobis committimus vt Sermo domino Regi Ferdinando id quod nobis de Illustri domino Duce Bavarie propositum est exponatis et a Mte sua petatis nomine nro vt nobis sententiam suam in hoc declaret vel si Mti sue connubium hoc non placeret consulere dignetur sicubi melius Illma filia mea collocari possit idque quod vobis per Mtem suam responsum exit nobis hoc Cubiculario simul et omnia que istic gerantur et tractantur perscribatis et bene valete Dat Crac prima die Junij Anno domini Mo. Do. xxxii Regni nostri anno xxvio

Stefanus Brodericus Eps Sirmien.
Petro Tomicio Epo Craccouiensi
Regni Polonie Vicecancellario.

Rme domine domine mi colendissime Seruiciorum meorum commendacionem, Miseram superiori tempore ad vram Rmam D. quoddam indultum Pontificium vbi sua Sanctitas dispensat mecum et cum octo aliis personis per me nominandis super irregularitate incursa certis modis sicut ibi continetur, egit apud me Venerabilis et egregius dominus Joannes Abramffii Custos Varadien vt pro eo vre Rme D. scriberem petit esse vnus ex illo numero absoluendorum. supplico igr vre Rme D. dignetur ei super hoc beneficium sue absolucionis siue dispensacionis impartiri Quod ego conabor apud vram Rmam D seruiciis meis promereri.

Noua nunc non sunt alia nisi q expectatur Illris dominus Gritti qui iam in Transsiluaniam peruenit, Caesar eciam Turcarum dicitur iam non procul esse a Belgrado

Hic negocia Regia prospere procedunt nunc eciam adepta est sua Mtas quandam insignem Arcem que fuit de patrimonio Stephani Bathori als Palatini Wilagosswar vocatam spes eciam est de Themesswar Vram Rmam D optime cupio valere cui seruicia mea commendo et Illri domino meo domino Castellano ex Sylua vii Junij Anno domini Mo D XXXii

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tonnicio Epo Cracc. Vicecancel.

RME domine Serviciorum meorum commendacionem. Is dns Melchior Secretarius Regius cum istuc proficisceretur non eget opus vllis literis cum ipse sit relaturus Rme D. V. omnem statum rerum nrarum cuius tamen summa illa est quod duricia et obstinacione adversariorum meorum exitus est e Sede sua Princeps omnium potentissimus qui vadit ad perdenda et funditus euertenda quantum autem à deo permissum ei fuerit Dominia eorum non sine ingenti malo miserorum Christianorum Quodsi voluissent facile poterat euitari sed iam acta agimus itaqz de publicis satis.

Ego adhuc sum anceps eo modo quo scripsi nuper, Rogo oro et supplico dignetur me suo consilio Vra Rma D. adiuuare vnacum Illmo domino meo domino Castellano, cui seruicia mea cupio commendari Negocium huius domini Melchioris inter Secretarios multum accepti Regie Mti, commendo supplex Vre Rme D. et oro eciam ob mea seruicia vt in negocio pro quo laborat optatum finem consequatur patrocinio Vre Rme D. et Vra Rma D foelicissime valeat Datum ex Lyppa 9 Junij Anno M. D. XXXII

Sigismundus primus Rex Polo(nie)
Carolo V. Cesari Catholico

SErme et excellenme Princeps etc. Cum nuper ex literis Rndi
Patris domini Joannis Epi Culmen Oris nri cognouissemus, illu(m)
ad cognicionem Mtis vre Serme detulisse quod mandatum
penale cum peremptoria ad iustificandum Citacionem Illtri Prin:
cipi domino Alberto Marchioni Brandeburgen et in Prussia
Duci Nepoti ex Sorore nro charmo, nomine Mtis vre Coesa:
ree transmissum, nobis et singulis Regni nri ordinibus pre:
iudiciale videretur, Quodque saluis Juribus dominij feudalis
nri in executionem admittere nobis non liceret Sperauimus tu(m)
Mtem vram Coesaream pro rei equitate in Judicio Imperialis
Camere inhibituram esse, ne quid contra Vasallum nrm in pre:
iudicium superioritatis nre Judiciale fieri vel statui permitte:
ret, cum ad nos tanquam ordinarium Vasalli Principis Judicem
pertineat Jus cuiuis aduersum agenti reddere: verum aliter
multo quam sperabamus ea in re accidisse audiuimus, relatum si:
quidem nobis est dilectum Nepotem nrm Prussie Ducem per
Judicium Imperialis Camere bannitum et proscriptum esse atque
preter banni naturam et formam eius Principalem dignitatem
honorem et familiam vltra modum lesam, Priuilegiaque atque yma:
gines illi ademptas esse. In quo cum perinde nos ac ipsum Va:
sallum nrm offensos aduertamus non possumus nisi grauj et
molesto animo hanc illatam contumeliam ferre presertim cu(m)
certo nobis persuademus Judicium Camere non voluntate
Mtis vre sed impulsu aduersariorum et inuidorum Ducis
predicti hec decreuisse et pronunctiasse Proinde Mtem vram
Coesaream plurimum rogamus vt pro sua natiue ingenita

bonitate expenderet et ad animum suum iniuriam Nepoti meo
et nobis illatam reuocare velit deincepsqz ita de hoc negocio
vna cum Illmis Principibus Electoribus, et reliquis Imperii
ordinibus statuere ne amplius et meę superioritatis Iurisdi:
cio et Nepotis simul ac vasalli mei dignitas ab illmis ledatur
aduersariis et vt bannum emissum quod occasionem mul:
ti mali facere possit, qz primum reuocetur Conuenit enim et
expedit prouidere ne istiusmodi non necessariis offensionibus
nos et Illris Nepos ac vasallus me in eam occasionem
adducamur vt tuendi Iuris et dignitatis meę racionem
ex prouocatione aduersariorum querere debeamus, In quo Mtas
vra Caesarea non minus priuatis meis qz publicis et comu:
nibus subditorum vtriusqz meorum qui magna inuicem
et ampla inter se habent negocia racionibus commodabit.
et meam erga se veterem obseruanciam, meiqz Nepotis Prin:
cipis Principis officia, in pristino Statu retinere dignabitur
Cuius nos vt semper solemus beneuolenciae ex animo com:
mendamus et eam foelicissimam esse atqz recte diu sa:
nam et incolumem vehementer optamus Datum Cracoviae
die prima Junij Anno dni M° . D. XXXii°
Regni mei anno XXvi°

Appologia Ducis Prussiæ Ad Sigismundum regem Poloniæ missa:

Invictissimis ac potentissimis Principibus et dominis, domino Carolo Romanorum Caesari, domino Ferdinando Romanorum Regi fratribus Imperii augustis, Germanie, Hispaniarum, Hungarie, Bohemie Regi, Archiducibus Austrie clementissimis et clementibus Principibus, preterea Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Equestri ordini atque rebus publicis Germanie omnibusque et singulis quibus hec mea Apologia obuenit, offerimus nos Albertus Dei gratia Marchio Brandeburgensis Borussie etc. Dux, debita mea et amica obsequia officia, bonam et clementem voluntatem iuxta cuiusque dignitatem et Statum, Potentissimi, Reverendissimi, Illustrissimi, Reverendi, Generosi, Nobiles, Strenui, Honorabiles, et prudentes, clementissimi, dilectissimi, cognati, agnati, affines, amici, fratres et chari. Oblatum est nobis xx. Marcii Anno 1531° xxxi° proximo preterito, vestre Caesaree Maiestatis mandatum vna cum clausula iustifficatoria, et annexa, Cittacione controuersiam inter nos et Ducatum meum Borussie atque ordinem Theutonicorum continens. Et quia hoc negocium ad Serenissimum et potentissimum Principem et dominum dominum Sigismundum Regem Polonie Magnum Ducem Lithuanie Ruthenorum, Prutenorum, et Masouie dominum et heredem, vti mei feudi dominum pertinere, hoc egit eius Regia Maiestas vt per peculiarem suum Camere tabellarium mandatum et inhibicionem nobis insinuaret cuius exemplar subscripsimus

Sigismundus Dei gratia, Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie

Russie, Prussie, Masouieque etc. dominus et heres Illustri Principi domino Alberto Marchioni Brandeburgensi ac in Prussia Stetinia, Cassubia etc. duci, Principi Rugie et Burgrabio Noremberger Nepoti meo charissimo. Salutem et felicitatem. Illustris Princeps et domine Nepos charissime, pridie ex certis subditis meis accepimus missum esse ad Illustritatem vestram Caesareae Maiestatis Tabellarium, hominem Iuratum, cum penali eiusmodi mandato et peremptoria Cittacione, vt vel intra octo Septimanas prouinciam Prussie Venerabili Valtero a Cronemberg ordinis Theutonicorum vbique generali Magistro et administratori in Prussia creato sub pena Imperialis banni restituat, vel intra Nonaginta dies post lapsum octo Septimanarum in Iudicio Imperialis Camere compareat Iudicialiter responsura, quibus de causis eam ipsam restitucionem vt prescriptum est facere non teneatur.

Cuius rei nouitate nos moniti et permoti nostramque causam hic magis quam Illustritatis vestre agi cernentes, duximus pro negotii equitate et proprietatis directique Domini Iure quod nobis in Prussia ab antiquo competit, presentem Nuncium meum cum literis meis ad Illustritatem vestram mittere, quibus illam commonefacimus, et hortamur. Quantumque ex Iure superioritatis nostre debemus illi mandamus, tanquam meo et Regni mei subiecto et feudatario Principi, ne qua racione se vel Prussie terras alieni aliene et noue Iurisdicioni implicare ne ne minitis vel inscijs nobis racione prouincie Prutenice, vel edicta que mea non essent recipere vel mandatis quibusuis parere et obsequi, sub pena amissionis feudi sibi per nos in Prussia concessi presumat. Cum enim sciamus nos prouinciam istam pro Iure in illam meo veteri, ab Illustritate vestra vlroque inuita, et diu renitente, magnis sumptibus et impensis bellicis recuperatam, ad nos solos supremo Iure directoque

Dominio pertinere, admittere nolemus alicuius alterius in illa
Iurisdicione que non à nrã descenderet authoritate exerceri
Quare iterum et serio hortamur Illtem vrãm, vtqz Ius suum
et authoritas suprema postulat illi mandamus, ne quid in ne:
gocio Pruthenice prouincie, contra voluntatem nrãm, et con:
tra Omagialis debiti sui officium, directe vel indirecte faciat
vel prestet. Nos enim sicut Iure et titulo Prussie Prin:
cipatus, supra hominum memoriam cum predecessoribus nris
Polonie Regibus, cum summo honore vtebamur, ita nunc
contra quosuis nobis per impeticionem Illtis vrẽ, obliqua,
quadam racione in Iure nrõ detrahere volen, et Ius nrm,
et Illtem vrãm tanqz Vasallum strenue et alacriter de:
fendemus, modo Illtas vrã et à voluntate nrã, et à de:
bito officio suo ita vt supra scripsimus non recedat Fa:
ctura pro honore et officio suo, et nrã Regia beneuo:
lencia et fauoris augumento singulari, et sub pena,
amissionis feudi suprascripta / Bene valeat Illtas vrã
Datum in Ciuitate nrã Regia Cracovien die XXIX
Mensis Aprilis Anno dni M° . D . XXXI Re:
gni nri anno XXV

Preterea indicauit nobis eadem Regia Mtas Polonie eius:
modi mandatum et inhibicionem, vrẽ Caesaree Mti per
suum Oratorem in Aula Caesarea insinuasse, qua racione
et nonnullis alijs Indicijs factum est vt crederemus
vrẽ Caesaree Mti satis factum fuisse, verum tn quia
aduersarij mei contenti non sunt hoc immenso periculo
atqz irrecuperabili calamitate in qua ipsi miseram depo:
pulatam et laceram prouinciam Borussie vitam meam, rem
familiarem, et fortunam vniuersam suis ipsorum machina:
cionibus non solum induxerunt et impulerunt, verum etiam

etiam subinde moliuntur honorem meum et Principalem di:
gnitatem traducere, insuper apud vram Caesaream Mtem
Christianos et Spirituales, et temporales Principes et Ma:
gistratus, equestrem ordinem, atque ut quod ad honoris
mei et Principalis dignitatis denigracionem pertinet
nihil intentatum relinquatur, eciam apud vulgus divul:
gatis adher aereis typis excussis libellis, subinde id
agunt et in votis habent apud magnos et parvos supre:
mos et infimos hanc Camarinam perpetuo tandem move:
re

Et quamquam pro Christiana pietate eius animi simus cuiusmodi
calumnias, contumelias, et iniurias boni consulere ac
patienter ferre, nimirum cum non ignoremus, cui eius
iniurie vindicta debeatur, nempe omnipotenti, qui
scrutator est cordium, eam tribuere, ut pro sua divi:
na voluntate ei morbo medeatur, atque inter nos com:
missa et omissa iudicet. Preterea per hanc meam Apo:
logiam et Iustam defensionem in votis habeamus, Ne:
minem quantum fieri potest atque hec periculosa tempora
ferunt temere offendere, neque servum alienum qui do:
mino suo stat et cadit iudicare, presertim vero supremi
ordinis hominum ad quos hoc negotium quoque pertinet fac:
torum mentionem fieri atque ignobili vulgo palam face:
re vult, tamen quia hec Christiana et longeva mea pa:
ciencia atque in publicum emissa mea Appologia et de:
fensio nos quietos minime reddere potest, adversarii quoque
mei quiescere nolunt, Impellit nos me et meorum honor
et Principalis dignitas atque provincie mee summa ne:
cessitas, ut in hunc modum compendiariam defensionem
evulgemus, in qua nos non sine Christiana paciencia et
principali mansuetudine ea modestia utimur, atque plectimur

protestamur coram deo iuxta et mundo eius animi nos nõ
esse vt quemuis inique offendamus, sed nihil aliud nos
querere qȝ quod ad Cristianam pacem (qua hoc nr̃o pe:
riculoso tempore nihil preciosius pertinere queat.

Principio aduersarius nr̃ Administrator ordinis Theuto:
nicorum, de tribus nos insimulauit, primum perinde quasi
prouinciam Borussie ab Imperio Romano et ordine aba:
lienauerimus, atqȝ dominis non suis et prophanis temere
et propter necessitatem subiecerimus, deinde quia ordi:
nis personam cum veste contra principalem promissionem
deposuimus et prophani facti sumus.

Postremo perinde ac si in robur et firmamentum prefatorum
duorum ante dictam prouinciam Borussie infeudum per
petuum acceperimus, proinde duxisse vxorem, vt spes prolis
procreande nobis non deesset

Quod ad primum attinet, putant aduersarii nos, in deum
peccasse, honori nr̃o et principali modestie contraisse, atqȝ
adeo perinde quasi transgressorem diuinorum mandatorum,
in grauem indignationem omnipotentis incidisse, quo telo
conantur Spiritualium Ingratum aduersum nos armare

Deinde hoc agunt vt nos apud vram̃ Caesaream et Regiam
Mtes, Illtates, et apud vos reliquos traducant, atqȝ eas in:
clementes, parum nobis fauentes et amicos reddant, non
aliter qȝ si magnopere hic ordo eis curae sit atqȝ vt ad bellum
et Chrianam sanguinis effusionem inducant.

Postremo moliuntur hoc negocium vulgo palam facere vt in:
perite qȝ plebis animos a nobis alienent, hacqȝ via eorum

eorum cause fuerunt facere, atque adeo vniuersam Germaniam (quantum per eas fieri potest id tamen quod deus pro sua clementia auertat) nobis inuisam reddere

Nos vero deo gra[tia], diuina naturali et Ciuili racione, et Iure fundati sumus istis cauillacionibus et calumniis, quantum satis est respondere porro hoc tempore ea plana facere aduersariis meis qui hoc maxime querunt vt nobis gladium e manibus ex torqueant, minime commodum nobis futurum existimamus

Proinde suo tempore et loco, minimum ad hanc rem conuenientibus reseruantes et vt nemo non intelligat innocentiam nostram, q[uam]q[uam] inique in hunc modum insimulemur: prouocamus id quod antea q[uo]q[ue] à nobis factum est ad verum Chri[sti]anum liberum, et generale Concilium eiusmodi videlicet quod iuxta prescriptum Biblie veteris, et noui testamenti congregatum erit, vbi parati sumus Sacre Scripture Iudicium et sentenciam ferre, an per hanc persone atque ordinis deposicione aduersus conscientiam, Iusiurandum, atque promissiones à nobis aliquid commissum sit Quod si in tali Chri[sti]ano concilio per sacram scripturam per quam eiusmodi controuersie animam et conscientiam pertingentes discerni et Iudicari debent victi fuerimus, vti iam ante dictum est, atque per eandem sacram scripturam docebimur hominum vota, que cum preceptis diuinis ex diametro pugnant diuinis iussionibus preferri oportere, non dedignabimur iuxta sacre scripture prescriptum eiusmodi decretis parere, porro quia hactenus horum nihil planum factum est neque fieri potest, Que est mea erga Deum fiducia vt planum fiat. suplices enixe et amice rogamus et petimus quia hoc mandatum cum annexa Cittacione per importunam et iniquam

delacionem aduersariorum emanauit. vra Caesarea et Regia Mtes, Illtes, et vos alii nolint eidem fidem praestare.

Verum tamen ne nro silentio apud aliquos suspecti efficiamur atque eo nomine mensemur, volumus innocentiam nram saltem perstringere

Quod ad primum caput attinet de quo erga deum nos maxime excusare conuenit, operepretium non ducimus futurum vt ne: cessarium pluribus agere. Confitemur deo domino seruatori nro nos peccatorem, Nihilo secius tamen Christianum et natur Principem, cui soli hoc in negocio, stamus et cadimus qui nouit cor nrm, qua necessitate angustia et timore, ad hoc moti et impulsi sumus quantisque expericulis, nra prouincia, cum subditis, hac racione sit liberata, neque diffidimus suam diuinam clementiam in cuius conspectu nemo innocens inuenitur, animi nri bonam voluntatem et conatum in hac causa et reliquis, quae vt res pub. Christiana promoueretur tentatae sunt, promouere et tueri non dedignaturum, quandoquidem nihil preter summam necessitatem quae diuinis pariter naturalibus et ciuilibus racionibus fulcita est à nobis factum fuit, id quod à nobis suo tempore et loco explicari poterit.

Quantum ad reliqua duo capita, nempe secundum et tercium attinet, non speramus vris Caesareae et Regiae Mtibus Illustritatibus, et vobis reliquis vlla racione eiusmodi per libellos diuulgatas calumnias placere quandoquidem si in hunc modum atque libellis hec controuersia tractari debet non poterit paci inseruiri, quibus profecto nihil aliud efficitur quam cum Monarchae et mundi Principes inseruntur ignobili vulgo intextrinis, apud Stinam, et in aliis locis, praestat

prestaltur occasio istiusmodi negocia tractare, neqz tamen ad eum finem peruenitur, ad quem perueniri debet, proinde hac in parte, hoc saltem agimus, vt aduersariis meis modestia saltem per diuinam clementiam superiores esse possimus atqz ipsorum nos pocius qz ipsi racionem habere ac impresenciarum eis parcere

Quod si eo animo fieret vt vrē Caesarea et Regia Mtēs Celsitudines et vos reliqui cum equestri ordine, bellum aduersus nos suscipiant, nihil profecto aliud euenire poterit, qz, vt firmiter credimus vras Caesaream et Regiam Mtēs atqz reliquos Christianos ordines, iuxta suam prudenciam posse existimare, qz fuerit eiusmodi propositum periculosum, timoris plenum, atqz reipub. Christiane perniciosum quando sine negocio colligi potest qz sine controuersia natus Princeps Electoralis domus Brandeburgen, Sacro Romano Imperio, et Celsitudini domui Austrie, atqz aliis Electoribus Principibus cum meis maioribus inseruiuimus, non sine consilio et temere, sed acceptis promissionibus adhuc adolescens ad hoc graue onus subeundum et bellum suscipiendum inducti sumus, In quo (absit verbo inuidia) vt humano more loquamur, sic versati sumus, vt sperare mus nos deo et hominibus placituros, Cum eciam nihil diffidimus, neminem bonum aliud de nobis dicturum nisi qz omnia ea egerimus, que bonum et honestum Principem et caput decet Qui neqz corporis neqz vite discrimina detrectantes in mediis periculis versati sumus, bona mea et patria et reliqua impendimus atqz adeo oia ea moliti que pacis et belli tempora exigunt id quod partim amicis, partim inimicis testari queamus.

Et cum omnia quatenus possibile fuit, pretexito bello et vite

vite discrimine et rerum mearum iactura fecerimus, nimi:
rum ea spe, vt iam diximus, vt deo et hominibus grati effi:
ceremur, atq3 ordini commodaremus, nobis (que est hu:
mana fragilitas) honorem, famam, et gloriam aucuparemur,
nihil aliud à superis impetrare potuimus, nisi quia nobis
tantum victorie prestitum fuit, quantum suis ad hoc bel:
lum exsuscitandum habuimus, et edocti sumus deum op:
timum maximum sua opera minime velle humanis viri:
bus tutanda esse, atq3 adeo vt hec fracta foedera, non alr
q3 olim decennales Inducias in Ptolomaide vindicare queat.
Proinde mea et meorum iactura aliorum crimina per:
soluimus, neq3 enim minus nos q3 quiq3 antecessores nri
prouincie Borussie pacem optauimus, qui se iureiurando
et Omagiis Regno Polonie insinuarint, si non magna
deliberacione multis promissionibus, admonicionibus, et
mandatis coacti fuerimus, vt suetis foederibus et perpe:
tue iureiurando firmate paci de facto contrairemus, atq3
huic bello, meis sic volentibus occasionem prestaremus.
Porro hic pretermittimus ex professo, suo tempore pla:
num facturi q3 vafris persuasionibus et consiliis, prete:
rea pollicitis auxiliis in hanc arenam inducti simus

VErum tamen à Mundo solitam gram impetrauimus, à
meis etiam derelicti nihil aliud q3 vituperium et damnu
reportauimus vsq3 adeo vt et consilio et auxilio (quod no:
bis maxime necessarium erat) destituti atq3 in eum ne:
cessitatis angulum impulsi, vt in ptate mea tam non fue:
rit bellum finire q3 fuit id ipsum suscipere Proinde coacti
fuimus Inducias magis necessarias q3 vtiles, neq3 ecia
ex animi mei sentencia facere

Hic q° manifestum et notorium est, quantum ijs quadrien:
nalibus

nalibus induciis, laboris, sollicitudinis, diligenciē, admoni:
cionis, et peticionis apud Compromissarios et alios summos iux:
ta et infimos ordines Sacri Romani Imperii, apud vram Cae:
saream Mtem in Hispania, apud Germanos, Pannonas
et Bohemos etc ipsi ordini, partim ipsimet, partim vero per
meos suum et nostri ordinis Oratores insumpseramus: neqz
tamen plus profecimus nisi quia id quod reliquum fuit
dilapidavimus, multum contraximus aeris alieni, provinciā
cum subditis ad extremam paupertatem deduximus, atqz
adeo nos ad instans et ante oculos positum bellum ineptiores
fecimus

Et in hunc modum ab hominibus presertim ijs, qui nos, vt
Principem adhuc adolescentem ad hoc induxerunt, derelicti
omni consolatione et auxilio passim destituti, atqz cum et
salus et interitus nobis, atqz meis subditis solis ampli:
us esset curae, hoc tandem tametsi admodum sero, egimus,
vertimus nos ad Chrm Seruatorem nrm, et supplices pos:
tulauimus auxilium: Qui nos oculis sue bonitatis perpe:
tue et misericordie aspexit atqz illuminauit tenebras cor:
dis mei, vt matura deliberacione et iusto consilio, et au:
xilio Procerum ordinis in Prussia, ac misere depopulato:
rum subditorum meorum, in extrema necessitate, hanc cō:
pendiariam viam ad pacem inseruientem ingredi coacti
sumus Siquidem cum preteritis Induciis, neqz per nos neqz
alios amicos et ordines à Regno Polonie nouas Inducias
impetrare possemus sed vel firmam pacem inire vel bellū
quale ante Inducias intermissum erat, denuo suscipere cogeremur

Quandoqidem Regnum Polonie nolebat amplius vetus peri:
culum tollerare, neqz poterat depopulata mea et lacera proui:
cia bellum ferre et pati Eas condiciones cum Proceribus or:
dinis

ordinis in Prussia pro Christiana pietate, non quidem vt nobis, sed
vt prouinciae meae inseruiremus atque vt grauibus calamitatibus
caedibus et cruento aduersus victore acceptauimus. Praeterea eam
viam pro Christiana pietate et dilectione quam erga subditos ha:
bemus, atque supradicta necessitate ingressi, quae ad pacem et
tutelam subditorum fuit magis commoda atque adeo à nemine
non quin etiam à meis derelicti, pacem iniquis condicionibus,
nimirum quam victor nobis praescripsit acceptare coacti sumus

Insuper luce hac meridiana clarius à nobis probari potest, et
planum fieri, tametsi plane exhaustus Princeps et à summis
iuxta et infimis, fanis et prophanis derelicti nos et depopu:
latorum miserque depauperatorum subditorum meorum de:
flenda calamitas iusti et potentis victoris fortuna et poten:
cia, qui supremam potestatem et Regnum habet, neminem
superiorem agnoscit, inuitos, propter conscienciam et necessita:
tem, in hunc necessitatis angulum compulit. Neque tamen victas
manus dedimus, nisi prius omnem lapidem mouissemus, atque
summorum ordinum mandato pacem seruare, aduersus Regnum
Poloniae nihil hostile moliri admoniti et iussi sumus, adeoque vt
nihil amplius nobis, neque consilii neque auxilij superesset.
Proinde victor iuxta fortunam suam et summo iure belli pacem
nobis dare voluit atque in hunc modum victi pacis condici:
ones secundum suam voluntatem, nimirum victoris, vti antea
dictum, acceptare coacti sumus. Quem ex subiectione diuini
et humani iuris prouinciae Prussiae solum vt feudi dominum
non agnoscere et ab eo declinare, neque potuimus neque volui:
mus. Porro quamquam ad supremam necessitatem nondum co:
compulsi fuerimus id tamen quod factum est, attamen potue:
runt nos saltem miserere depopulatorum qui adhuc superfuerunt
et depopulatorum subditorum lachrimae, viduarum et orpha:
norum eiulatus, qui etiam quemuis Tyrannum ad misericor:
diam

cordiam mouere queant istuc impellere poluerunt vt magis, pacem quam miserabile bellum atque effusionem sanguinis Christiani et innocentis optaremus

Quod si ordinis homines, cum suis, atque hijs qui hanc necessitatem calumniantur, pacis tempore, nos eo non induxissent, vt suetam et debitam fidelitatem Regno Poloniae praestare detrectaremus, valde credibile est Regnum Poloniae, quicquid tandem iuris in hac prouincia Borussiae habuit et bello acquisiuit si aduersus ea ab ordine itum non fuisset, vt semel initum foedus amplius minime infregissent

Praeterea si praefati mei aduersarii tempore belli, et finitis Induciis eiusmodi fide, consilio et opere complendo auxilio nobis commodassent quae omnia ad superandum tam potentem Regem satis videri potuissent et ipsi aliter nos quam diligentem et probum Principem decet gessissemus bono consilio non acquiescemus, eiusmodique auxilio fuissemus abusi, dedissemus sine controuersia meis aduersariis, calumniandi occasionem Proinde speravimus hac Christiana excusatione aduersariis meis abunde satisfactum, vtque nobis molesti amplius non fuissent, neque nos apud summos iuxta et infimos traduxissent animos suos ab effusione Christiani sanguinis abduxissent, id quod ab eis, vti Princeps Christianus per deum optimum maximum creatorem, et per Iesum Christum seruatorem meum petimus, qui dignetur eorum corda lumine diuinae bonitatis et misericordiae illuminare vt verbum suum et praecepta pro summa reipublicae Christianae necessitate ~~Christianae necessitate~~ partim ne Christianus sanguis temere effundatur, partim vt viduae et orphani tueantur, animis suis non sine fructu concipiant et splendere faciant, Regno Polo,

nobis, misere afflicte provincie, et aliis quibus hec causa cu-
re est, temere negocium non facessant

Iam si hec mea iusta et Christiana excusatio, eis nondum satisfa-
cere potest sed gloriam adhuc que est istorum hominum professio
sitiunt, satis et abunde habent o christe temporis et loci sua
miliciam exercendi, atque multas afflictas animas ex fauci-
bus crudelissimi Tyranni Thurce, si modo in genibus de-
orum situm est, liberandi.

Possent insuper maiore Iure, et minore negocio, si eis facultates
atque res familiares deficerent, ademptas ditiones in Sicilia,
Apulia, Italia et aliis provinciis recuperare, quam aliena bo-
na magno periculo atque sine ulla spe, tanta Christiani san-
guinis effusione et tantis impensis invadere.

Nisi quia existimari debeat Regnum Polonie cum suis poten-
tibus complicibus minus animi et fortune ad eorum et
maiorum suorum sanguine parta tuenda, habere, quam iam
olim ablata recuperare verumtamen ut adversarii mei
atque alii hic temere periculum non subeant fideliter atque
pro Christiana charitate eos admonemus.

Preterea quod nobis ab adversariis obicitur, Maluisse nos poten-
tissimi et Christiani Regis, Regis Danorum filiam uxorem
iuxta divinum preceptum, ducere, quam in peccatorum luto con-
tra divinum et humanum ius perpetuo tandem volutari

Et quia hoc factum sacra scriptura fundatum est, adeo ut
adversarii mei idipsum haud ignorare queant: absurdum
plane ducimus cum tam prudentibus, hac de re, pluribus agere
atque parati sumus eius facti nos suo loco racionem reddere

reddere Interim aduersariis meis per nos liceat (atq3 vtinam fieri queat id quod à deo optimo Maximo optamus) in celibatu caste viuere. Quantum ad nos attinet, ingenue fatemur hoc donum nobis minime esse elargitum, proinde maluimus iuxta Pauli doctrinam Christiane in Matrimonio viuere q3 extra Matrimonium in presentiarum vri atq3 in futuro seculo à Regno celorum excludi

Quod vero ad aduersariorum meorum conatum, ad armandum in nos equestrem ordinem attinet, maluimus modeste et tanto libentius tegere, quanto certiores sumus, quia et suum et ipsi: mi, preter nostram admonicionem sciunt, quantum prouincia Borussie Germanis hactenus commodauerit, In quam semper plus rei familiaris et sanguinis ab eis impensum est, q3 fructus inde perceptum

Et quemadmodum Galli sepulturam suam in Lambardia ita Germani suam in Prussia nuper (dominus prospiciat futuram) habuerunt, an vero hic ordo Theutonicorum equitibus Germanie profuerit, nemo magis nouit, q3 illi ipsi, Ista enim nondum preterierunt. Proinde fideliter oramus Deum optimum Maximum probi et honorabilis equestris ordinis cum in Germania, tum in aliis nationibus corda et animos ad sui nominis gloriam et honorem, atq3 in tutelam deplorate reipublice Christiane, non ad famam et inanem gloriam aucupandam, qua Regna et prouincias inundant productiorum atq3 longe aliis victoriis dignaturum

Et quia aduersarii mei vltra hoc agunt, vt nos apud vulgus et plebem in odium et inuidiam perducant. Rogamus et admonemus diligenter, amice et clementer omnes et singulos cuiuscumq3 condicionibus et ordinis, vt dignentur, secundum

secundum enumeratas rationes, ea quę facta et intermissa sunt non aliter qz iuxta precepta diuini et humani Iuris facta et intermissa esse diiudicare. Quandoquidem minime dubitamus si hec causa suo loco, atqz apud eos quorum maxime interest controuerteretur per nos et ipsos, planum mundo fieri, vtrumqz nihil aliud quesitum q quod diuina pariter et humana iura secum ferunt et permittunt Quod si palam fieret, si hec causa aliorsum, qz ad pacem pertineret vt vulgus etiam Germanię, pro sua Christiana conscientia, re familiari et vita, plus inde dispendii qz commodi reportaret. Proinde speramus neminem tam immitem et parum Christianum erga nos futurum qui se temere ad hoc induci in sui internicionem patiatur vt nos indicta causa et nondum auditos condemnet, atqz contra diuinam et humanam ęquitatem temere ledat

Quodsi inueniatur, cui iuste iste rationes nondum satisfaciat et nos accusare paratus sit, non dedignabimur coram eo tribunali, apud quod ratione proprietatis et possessionis sistere cogimur id quod antea dictum fuit, respondere atqz sententiam expectare Nichil prorsus dubitantes neminem non habere nos eo nomine excusatos

Que cum ita se habeant speramus omnibus supremis et infimis ordinibus, atqz aduersariis meis hac modesta mea excusatione satisfieri adeoqz vt amplius nobis periculum non faciant siquidem certi sumus neminem conscientiam meam preter deum diiudicaturum.

Quod ad externa et ciuilia attinet, existimamus nihil dubitantes quin vniuersus Mundus non aliter sit expensurus, nos meo corpore nihil aliud prestare potuisse, qz quod impune

impune apud deum et homines factum speramus. Et quod pro sua bonitate diuina non nrm, sed reipublice commodum querere coacti sumus. Insuper magne Europe parti pacem parauimus atque Germanie propugnaculum longi tractus aduersus ethnicos et Scismaticos hostes extruximus. Atque vtinam plures sint, qui non sua (nimirum Terrena et propediem interitura) sed reipublice Christiane necessaria quererent, profecto minus haberet et Ciuilis et externi belli in numerato, atque fieri posset, vt commune Christiano hosti, maiore vi et commodius resisteretur, ad quod promouendum nos (vt natus Princeps Illustris, et antique Electoralis familie Brandeburgen) summa cura Christiani et principalis animi debitores agnoscimus

Verum tamen si hac mea modesta defensione et excusatione aduersariis meis Administratori, si diis placet, et aliis satisfactum non fuerit, Protestamur coram Deo optimo Maximo, sanis et prosanis, summis et infimis ordinibus suprema necessitate nos impelli, alteram nram que iusti voluimus superat Appologiam, edere, et in publicum emittere: qua hodie magna deliberatione premimus, ne summos iuxta et infimos ordines, ymo etiam aduersarios meos (quos saluos potius quam perditos cupimus) quibus modestia superiores esse volumus, offendamus, et ad extremam necessitatem pro Christiana pietate promouere in votis habere. Forte futurum est cui tamen occasionem non libenter prestaremus, vt Christi Seruatoris mei dictum impleatur, quo ait, omnis plantacio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur etc. Quis vero in Animum suum inducere potest, vt credat, ex deo plantatas esse tot inquietas conscientias, que ex eorum fructibus passim et in multis prouinciis cognite sint? que tantum Ciuilium et externorum bellorum (grauiori verbo vti non libet)

tot annis exuscitauerunt. Proinde si repentinum aliquod ma:
lum et periculum inde ortum fuerit, speramus et confidimus nos
apud deum et homines excusatos iri. In summa hoc preca:
tes: Deus optimus Maximus velit suo populo Chriano mise:
ricorditer preire, eumqz perpetua pace dignari amen

Responsum a Sigismundo rege Polo^e Georgio Kunheim oratori Alberti Ducis in Prussia.

Ad ea que secretius D^o. vra Mti sue Ser^me nomine Ill^mi
Principis sui declarauit primo loco Mtas sua Serma agit et
habet magnas gras Ill^me D^ni sue, quod tam amanter tamqz
plena beniuolencia Mti sue valetudinem et multam felici:
tatem precata fuerit. Cupitqz vicissim Mtas sua Serma
vt Illma eius D^o. cum suis omnibus omni ex parte como:
da valetudine et felicissimis quibusqz successibus vtatur
siquidem id Mtas sua Ill^me D. sue, tamqz Nepoti suo
charmo ex corde et integerrimo affectu fauet

Caeterum quod D^o. vra hec que dixit postulauit esse apud
Mtem suam sepulta et recondita, Mtas sua Serma cum
dominis Consiliariis qui adfuerunt legationi prestare hoc
voluit Ill^me D^ni sue vt nullo inditio ad alterius cogni:
cionem hec que dicta sunt perueniant.

De ratione banni contra Ill^mam D^nem suam promulgati hoc
idem nunc quod in publica responsione sensit, Mtas sua
respondet, Namqz et dolet vehementer Illma D. suam ista
contumelia affici, et quomodo ab illa celerius liberetur

liberetur et euoluatur se talem operam daturam esse recipit et pollicetur qualem Illmas sua suasit: et res postea videbitur pos: tulare Interea tamen dum non adferuntur responsa ad lras, que Cesareae et Romanorum Mti et aliis Principibus scripte snt vult et censet Mtas sua consultius fore ne quid Illma D. sua contra quempiam ex Imperio hominem admittat quod offe: sam vel contumeliam preseferre videri possit

Commemoracionem quam Illma D. sua facit Mti sue de Prus: sie Status et conditionis mutatione, attente perpendit Mtas sua et ex illa quantum presencia tempora prestent priori: bus considerauit. quorum cum vtrumqz commoda cum incommo: dis confert non potest non letari ex his que in bonum or: dinem tempore vite sue collocauit

E diuerso autem magnopere dolet Mtas sua esse quosdam maleuo: los siue illi sint officiales Rlis Mtis siue quipiam alii qui totam controuersiam et difficultatem racione limitum in Magno Ducatu Lithuanie subortam ex voluntate et subornacione Sermi D. Conjugis Mtis sue factam calu: mniantur, id enim illi non vere predicant vel insimulant et Sermam Rlem Mtem immerentem in inuidiam Illme D. sue adducunt, namqz illius Rlis Mtas nihil illicit: cri cupit, Mtas autem sua nihil admitti mandat nisi quod dudum in tuendis bonis et finibus illorum locorum custo: diendis à prefectis anterioribus fieri solebat.

Quare Mtas sua Serma postulat ab Illma D.ne sua vt his rumoribus vel sermonibus incertis fidem non adhibe: ant et id sibi de Rli Mte persuadere velit quod de amica et beneuolenti affine quispiam sibi persuadere possit.

Quod autem attinet ad responsionem in prefexito Conuentu

Conuentu Illme D. sue de facultate eligendi Regis datam
Mtas sua Serma dolet, egro animo Illmam D. suam excepisse
neqz contentam ex illa velle esse, cum tamen Mtas sua cu
toto Senatu contrarium sibi de Illtis sue animo persuade:
bant, presertim cum sciant apud prudentem et equum Prin:
cipem ea debere esse accepta que ex Juris et equitatis
racionibus deducta et facta esse noscerentur, ea autem
que sunt Illme D. sue in responsione data talia sunt vt
à nemine in dubium vocari vel alio intelligencie sensu
agnosci possint. Quare Mtas eius Serma postulat ab
Illma D. sua ne his que frequenti Senatu conclusa et
edita sunt aduersari, neue hec que vt insolita, ita prorsus
aduersus Jura huius Regni sunt optare velit Nam et
Mtas sua Serma de illis neqz mutare neqz detrahere
amplius quicqz potest et de Electionis munere non tantu
Mti sue Serme quantum ipsis solis Senatoribus inter:
sit et expediat consulere et prouidere Extra eam ante
rerum perpetuitatem et tante prerogatiue vel Priuilegii
ad posteritatem Illtis sue transmissionem Consiliarii ac
vniuersi ordines Regni Mtis sue perequè sicut et ipsa
Mtas sua nihil habent iucundius vel magis optatum qz vt
pro sua erga Illtem suam, que omnibus est acceptissima af:
fectu et obseruancia in rebus aliis omnibus illi pro virili
sua amplissime satisfaciant semper Cracouie ix Junii
Anno domini M° D°. XXXii°

Delectum et preparationem quam Illtas sua fieri cupit Mtas
sua Serma in terris suis Prussie adhuc imperabit, curabitqz
diligenter vt omnes illic ordines, ad omnem contingentem
necessitatem, Armis, Equis, et aliis bellicis rebus et in:
strumentis instructi parati et bene prouisi reperiantur

Responsum a Sigismundo rege Poloniae Georgio Canein oratori Ducis Prussiae.

Ad ea quae D. V. nomine Ill. domini Alberti in Prussia Ducis etc domini sui, diffuse in praesentia Mtis suae, et Senatorum eius consessu retulit Mtas sua Serma breuibus respondere mandauit.

Ac imprimis quidem fatetur Mtas sua se memoria tenere id quod Ill. D. commemorat, quo tempore penale ad comparendum mandatum Illi suae nomine Caesareae Mtis fuerit redditum et ab Illte eius deinde Mti suae transmissum: quod quam illo eodem tempore Mtas sua Serma Illi suae inhibuerit, ne se Judicio Camerae vtpote extraneo et incompetenti submitteret, Et propterea item Cum Caesarea Mte per literas et medio Rndi domini Epi Culmensis Oratoris sui egerit, ne hac in re Illtem suam indebita et incompetenti euocatione molestari permittat, adiungens se pro suo Iure et consanguineitatis vinculo haec in personam Illtis suae et terras suas Prussiae feudales admittere non posse

In qua re sicut fuit gratum et acceptum Mti suae obsequium Illtis D. suae eius, ita rursum grauis et molesta est Caesareae Mtis in primo incepto perseueratio, et banni aduersus Illtem D. suam contumeliosa promulgatio cuius promulgationis iniuriam, cum Mtas sua per aeque ad se et Regnum suum ac ad Illtem suam pertinere agnoscat, rationem qua Illtas sua iniuriam reprimi et prohiberi posse iudicat amplexa

amplexa est, literasq; tam ad Caesaream et Serenissimi domini Regis Romanorum Maiestatem, q; ad reliquos Imperii ordines et plerosq; alios Principes, ut visum est Illustrissimi D. sue scribi fecit quas per proprios suos nuncios transmittet, exempla vero illarum ad Illustrissimam D. suam perferenda D. vestre dari mandavit

Ex quibus scriptis si quid commodi Maiestas sua consequetur non minus hoc erit Maiestati sue gratum, q; cetera sua Illustrissimis commoda solent esse grata. Sin minus autem litere id quod optat Illustrissima D. sua ea in re effecerint, queret tum demum Maiestas sua modos et raciones una cum Regni sui Consiliariis et cum ipsa eciam Illustrissima sua, quibus Illustrissima D. sua a banno et incompetenti iudiciorum impeticione liberari possit, quam alioquin ut tenetur cum omnibus suis subditis contra quorumvis conatus vel inpugnationes tueri vult Maiestas sua constanter quantum in se est pollicetur, modo Illustrissimas sua de omnibus que undecumq; accident cum Maiestate sua, sicut facit, consilium capiat et nihil adversum aliquem inconsulta Maiestate admittat.

Apologiam quam in breviorem libellum redactam Illustrissima D. sua Maiestati sue Serenissime transmisit, legi sibi fecit, Maiestas sua a cuius edicione tametsi consultius ducat Maiestas sua plane et in toto abstinere, deliberationi tamen et voluntati Illustrissime D. sue indulgens, non repugnat, ut ita edatur quemadmodum est a Maiestate sua recognita. De hijs que annotacionibus emendata sunt utilius Maiestas sua putat tacere q; illa scriptis recensere

Ceterum quod Illustrissima D. sua culpe Commissariorum Maiestatis regie attribuit, q; limites inter Magnum Ducatum Lithuanie et terram ac Ducatum Illustrissime D. sue recogniti, et revisi.

et remissi non fuerint, domini Lithuani id vicissim in pre:
fectos Illtis D. sue reiciunt quos scribunt non secundum
literarum testimonia, sed secundum arbitrium et volun:
tatem suam locorum appellationem designare voluisse.
Verum cum videatur Illtri D. sue vt alii Comissarij
ad recensendos dictos limites deputentur Mtas sua
Serma idipsum facile concedit et admittit curareqz vult
vt ad eam anni partem qua commode lustrari et dis:
tingui limites solent, Commissarii ad loca confinium
designata descendant, et rem quantum in eis erit
transigant et absoluant.

Postremo quod D. vra retulit Illtrem D. suam et
subditos illius grauari certis nouis vectigalium impo:
sitionibus per prefectos Mtis sue in Ducatu Masouie
institutis Mtas sua Serma perquiri de hoc vti se ha:
beat, faciet, et prefectis suis nihilominus mandabit vt
nihil preter solitum et equum aduersus Illtem D. suam
vel subditos illius in exigendis prestacionibus admittat
quos ita facturos esse Mtas sua non dubitat.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanorum Vngarie Bohemie regi. Archiduci Austrie

Erme Princeps. Cum accepissemus literas Cesaree Mtis quibus declarauit prestare a se citra incommodum et offensa dignitatis summi Pontificis et sue, non posse, vt locus Oratoribus de pace inter Mtem vram et aduersarium illius in Pataujen Ciuitate assignatus, commutari in alium quempiam locum Regni nri debeat, miseramus e uestigio Cubicularium in Hungariam ad Mtis vre aduersarium, cum literis nris, idque quod a Cesarea Mte de difficultate loci commutandi acceperamus, illi perscripsimus, subinde pro nra in Rempublicam Chrianam propensione et affectu persuasione nra illum adhortari, vt Cesaree Mtis sentencie de loco Oratoribus designato non repugnaret, Sed Oratores suos in Ciuitatem ipsam Pataujen festine mitteret, nec pluris faceret desiderii et affectus sui raciones quam bonus reipublice Chriane commoditatem que ex concordia quocunque sit in loco facta, subsequi facile posset ad hec quid illi nobis responderit, Mtas vra ex literarum illius exemplis que cum presentibus ei mittimus, abunde cognoscet Quia vero illius Scripta pre se ferre nobis videntur quandam de mitendis vbilibet Oratoribus facilitatem dummodo certus esse possit, vram Mtem negocium concordie serio secum instituere et transigere velle. Rogamus vram Mtem Serenam velit nobis ea in re animi sui sentenciam indicare vt nos vicissim de illa aduersarium Mtis vre certiorem facere, et id quod pro communi vtilitate necessarium videretur, illi persuadere possimus, priusque aduentu infidelium in Hungariam, in

in omnibus consiliis meis disturbemur. Namq; intelleximus ex nuncio meo, qui ex Thurcia proxime ad nos rediit, Imperatorem Thurcorum magno apparatu, et numerosis validisq; copiis se in Hungariam accingere, et seuissimas vastaciones prouinciis Christianis minari, cuius terrori et hostili conatui, etsi nihil dubitamus Maiestatem vestram sui et Caesareae Maiestatis viribus resistere posse optaremus tamen vt citra vim armorum et sine tumultuacione populorum non minus sumptuosa quam periculosa tranquillitas in regnis, et in animis dissidentibus reconciliatio ad longam communem foelicitatem, et presentem multorum necessitatem constitueretur. Quare Maiestatem vestram Serenissimam pro ea quam praesefert in rem Christianam pietate, et officio, rogamus et obtestamur, velit ad concordiam cum adversario ineundam certam voluntatem in se formare. vt per seria instituta celerius ad tractatus et finem optatum perueniri possit. In quo Maiestas vestra sibi subditisq; suis et omnibus aliis Christianis Principibus ac populis mirifice commodabit Dei vero omnipotentis clementiam sibi cum amplissimo laudis et gloriae fructu comparabit Commendamus nos amori et beniuolenciae fraternae Maiestatis vestrae Serenissimae et optamus ex animo, vt deus omnipotens seruet illam diutissime sanam et semper foelicissimam Datum Cracouiae die v^a Junii Anno M^o. D^o. XXXii^o Regni mei anno XXvi^o.

SIgismundo primo regi Polonie
Andreas Cricius Eps Plocensis
Felix Srenski Palat^s Plocensis
Georgius a Coniopat palat. Pomerae
Nicol. de Dzialin Castell. Culmen.

SACRA Regia Maiestas
et domine, domine clemen^me

Humillimam nostri commendacionem. Quemadmodum Sa:
cra Mtas Vra dignata est nobis committere, differentiam
inter Cives Thorunen et Plocen per modum concordie com:
ponere, venimus huc Mtis Vre mandato satisfacere vo:
lentes, ac omnem operam nram, que fieri potuit, impendi:
mus, vt et concordiam inter illos faceremus, et Mti Vre hac
molestiam adimeremus. Adduxit quidem Serme Rex vtraqz pars
rationes pro se non vulgares, adduxit et magna dispen:
dia, suamqz egestatem, in quam ex ista causa devenerunt,
vt difficillimum videretur, alteri aliquid remittere, alteri
aliquid concedere; tamen persuasionibus meis adducti ex:
hibuerunt se vtrinqz faciles ad ea prestanda, que nobis
viderentur, et que ab ipsis prestari possent, Nos igitur
expensis vtrinsqz partis rationibus et damnis Plocensium
pro quibus Decretum obtinuerunt, in hunc modum concor:
diam inter eos fecimus, quod Thorunen solvere debent Plo:
censibus trecentos florenos, et Plocen totam hanc litem
super damnis et impensis extinguere. Quam concordiam
vtraqz pars gratissimo animo suscepit, vt vsuuenire solet,
per longas lites et bella fatigatis. Et quia Cives Thorunen
declararunt nobis magna sua dispendia et magnam eges:
tatem, quam subierunt ratione istius demissionis in tuen:
dis suis Privilegiis, quod et res ipsa palam testatur, conside:
rantes

considerantes quantum interfit Mtis Vrę et reipublicę, tam nobilem Ciuitatem conseruare. Supplicamus humiliter Sacrę Mti Vrę dignetur eius benignam habere rationem, et illam aliqua gratia sua subleuare, quum id suo tempore petent à Sacra Mte Vra, quam illi nos omnibus seruiciis meis demereri curabimus. Quod vero ad Plocen attinet, qui et ipsi dispendia et egestatem suam queruntur, et non quod illis decretum est, sed quod fieri potuit accipere debent, quoniam hec sua dispendia non tantum suę Ciuitatis sed etiam aliarum Ciuitatum et Mercatorum libere deslimitacionis causa subierunt. Equissimum esset eis ab istis omnibus rependi qui nunc eorum opera et sumptu demittendi habent libertatem, quod etiam aliquibus modis fieri poterit, vbi gratia Mtis Vrę illis non deerit. Cui nos humiliter commendamus. Wladislauię feria secunda intra octauas Corporis Christi Anno dni M° . D. XXXii°

Sigismundus primus Rex Polonię Laurentio Cardinali Campeio Legato Appco

Rme in Chro Pr &c. Cum literis quę nobis à Caesarea Mte allatę sunt, Rmę quoque Vrę D. literę sunt nobis redditę, ex quibus libenter intelleximus magnę curę esse Sanctissimo domino meo vt Regnum Hungarię pacificaretur discordięque sediciones, et intestina dissensio, quę totam rempublicam Christianam in periculum vocant ex illo submoueantur. Accedente enim Stis suę authoritate speramus racionem concordię, quę inter Serenum dominum Ferdinandum

Ferdinandum Romanorum Regem et Regem Joannem illius aduersarium hactenus per nos confici non potuit medio D. vrę Rme, et aliorum Principum Germanię opera facilius ad optatum finem deduci posse.. Caeterum quod à nobis postulabat D. vrã Rma vt persuasione nrã apud Regem Joannem aduersarium Serenmi domini Romanorum Regis efficeremus, ne Oratores suos in Patauien Ciuitatem, vel aliã quampiam Ratisponę vicinam vrbem super concordia mittere repugnaret, prestitimus in hoc non minus diligentem qz officiosam operam, vt simul D. vrę Rme desiderio et rei communis Chrianę vtilitati satisfaceremus, scripsimus siquidem ad illum ea quę nobis ad rem et persuasionem necessariam et accommodata videbantur Quantum vero istis scriptis effecerimus D. vrã Rma ex exemplis literarum illius quę cum pntibus mittimus plene cognoscet. Nobis etenim ille videtur non futurus difficilis in mittendis quocumqz oratoribus, dummodo certus esse possit negocium concordię Serenmum Romanorum Regem serio secum aggredi et transigere velle, Cuius negocii de concordia racio cum tota ex declaratione certe et seria Serenmi domini Romanorum Regis voluntatis dependeat Do vrã Rma summi Pontificis nomine operari velit tam apud Caesaream qz Romanorum Regis Mtem, vt nobis aliqua significatione sensum animi sui de certitudine seria in concordia tractacionis indicent, quo nos eorum deliberacione instructi valeamus apud Regem Joannem aduersarium, quod cepimus de oratoribus mittendis persuasione nrã consequi

De nobis autem Do. vrã Rma sibi persuadeat, qz tam in mittendis Oratoribus nrĩs qz in exhibendis pro bono publico officiis presto sumus semper futuri, nulla prorsus vel impendii vel laboris ratione habita, agnoscimus enim nos

nos publice vtilitati et Christiane professioni hoc deberemus. Quod tametsi ab inicio suscepte de Regno illo contencionis sincere et sollicite prestiterimus, nunc tamen illud accurate, quantum in nobis facultateque nostra esset, impendere non grauaremur, si quid in persuadendo concordiam efficere nos posse cognoscamus. Ad euitandum enim ingens exicium et miserabiles Christianarum prouinciarum vastaciones prohibendas, id maxime necessarium esse putamus, vt concordia citissime inter Serenissimum Regem Romanorum et Regem Joannem illius aduersarium transigatur, pax facta publicetur. Alioqui omnia calamitatis et crudelitatis genera in populum Christi deuoluentur. Quare D. vestram Reverendissimam rogamus, prudentiam suam et summi Pontificis authoritatem in hac publica necessitate ita accommodare et dispensare velit vt fructum aliquem pacis ex consiliis et opera eius omnes capiamus. Facturam D. vestra Reverendissima rem professione sua dignam, publice vtilem et nobis aliisque multis Principibus Christianis maiorem in modum gratam. Quam foelicissimam in bona et diuturna valetudine esse ex animo optamus. Datum Cracouie die V. Junij Anno domini M. D. XXXII.
Regni nostri anno XXVI.

Sigismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie Dalmatie Croacie Slauonie

Cum rediisset ad nos Cubicularius meus, attulissetque nobis a Mte vra literas quibus ad rationes Coesaree Mtis quas de negocio mittendorum in Pataniem Ciuitatem Oratorum nobis perscripserat respondet, euestigio Cubicularium ad Coesaream Mtem et Sermum Regem Ferdinandum misimus quibus et Mtis vre literarum exempla misimus et ex iudicio meo que ad rem pertinere videbantur scripsimus, subinde vtrumque illorum rogantes, vt nobis spem et significationem certe et serie ad concordiam voluntatis et propensionis sue aperiant a quibus tametsi nescimus quid nobis responsi afferetur, in omnem tamen euentum, multum expedire censemus, vt Oratores Mtis vre sint parati et instructi, ac si eundum illis esset, ne si occasio rei bene gerende se offerat, mora et tarditate amittatur Quare Mtem vram rogamus, vt propter communem bonum consilia et voluntatem suam ita componere et obfirmare velit, vt si visum fuerit nobis consultum Oratores meos de concordia vbicumque mittere, illa quoque suos mittere, neque recuset, neque tardet Quod Mtem vram Sermam pro ea qua est predita Christiana pietate facturam credimus. Cuius nos beneuolencie et amori fraterno vt solemus comendamus et illam semper foelicissimam et in multos annos recte sanam esse ex animo optamus Datum Crac die va Junij Ao D xxxii Regni mei anno xxvi°

Andreas Cricius Episcopus Plocen.
Petro Tomiczki Epo Craccouiensi
Regni Polonie Vicecancell.o Auunculo

Rme in Chro Pr, et domine benefactor colen.me. Ad literas Rme. D. vre quas iam pridem accepi, nunc primum respondere cogor, neqz dum tamen liber a summis meis occupacionibus, quibus hic obruor, Testamentum quod mihi vra Rma. Do. mittere dignata est, nobile vetustatis monumentum, magno mihi fuit solacio, comodu cum meum qz testamentum mestus recognoscerem, placuerunt sane omnia, sed disposicio de seruis precipue, hoc modo si nunc testamenta conderentur, seruos haberemus minus contumaces et maledicos, Mandare mihi dignata est de hinc Rma. Do. vra vt scriberem duo exempla literarum in vrbem, que mitto, quibus si illi videtur adiungere dignetur, rogo de prorogando Jubileo ad structuram Ecclesie mee, tantum ad dies Quadragesimales et Pasche, Nam Jubileus huius anni serius aliquanto allatus fuit, quam vt debite publicari et in bonum ordinem, vt ex vsu fuisset disponi potuerit, nunc primum enim cognouimus, quo pacto commode hec gracia dispensari debuit cum expirat. De Elogio vero ad Sacellum Rme. Do. vre prorsus non intelligo, quomodo ex animo Rme. D. vre scribi deberet, si litere sculpi debent in ipso sepulchro, ibi nomina, vita, et merita decencius annotantur, si vero circum vel super ostio, aut in pariete, ibi dictum aliquod appositum magis quadrat

quadrat, id clare ex literis R.me D. V.re cognoscere non potui, porro cum prius exempli tantum causa miseram R.me D. V.re Epigramma scribendum sub eius imagine, offenderant eius modestiam laudes que ei videbantur immodice, nunc igitur si in tumulo notanda est vita, et merita R.me D.nis V.re, vt fieri solet, quid aliud scribi debeat, sine laudibus, ego prorsus non comperio. Quamuis autem laudes, que cuiquam in vita tribuuntur, maiorem videntur habere speciem adulacionis quam iudicii, presertim in fortunis, vnde vetat scriptura, non laudandum quenquam ante mortem, tamen cum receptum et solenne sit viris eruditis in scriptis suis homines meritos laudibus celebrare, que lacius patent quam illa que Sepulchris inscribuntur, quas tamen quotus quisque est qui de se non libenter audiat, etiam si absunt à veritate, inuidie vero, vt inquit Poeta, non est in monumenta locus. nescio quid refugiat V.ra R.ma D.o vt ea sint in tumulo, vel sub eius imagine que passim sunt in ore omnium, aut igitur hec amolanda sunt in vita, que in vita oriuntur, aut relinquendum vbi post vitam amolentur. Quare valde in hac re perplexus adhuc exquirendum duxi à R.ma D.o V.ra num titulus Sepulchro sit scribendus an parieti dictum aliquod Sacello et Sepulchro appositum prosa ne an carmine, et in suma gustum suum in hac re paulo clarius mihi indicare dignetur, vt condimentum esse possit ad eius Stomachum. Accepi etiam constitucionem nouam de tuendo Priuilegio n.ro ordinario que videtur hic apud hos Rompetas esse ludibrio egoque prorsus non intelligo ad cuius instanciam quo instigante, et quo processu exequi, vbi opus est, debeat, nobis autem aut prouisis meis ista vt mihi videntur, non licent. Quare supplico R.me D.ni V.re vt super hoc mihi aliquam instructionem dare et si que opus essent ad hos Capitaneos mittere dignaretur. Cuius

gracie me etiam atq etiam diligentissime commendo. Ex Ploczka die xv^a Maij Anno M° D° xxxii°

Andreas Cricziki Eps Ploczen
Petro Tomiczki epo Crac. Vicecancell

R. ME in Chro Pr domine benefactor colendissime. Postq ea est sententia Rme D. vre, vt Elogium Sacello et monumento ipsius simplex et breue asscribatur, mihi etiam probatur hec illius modestia, plus etiam laudis habitura ex laudum neglectu, quam laudipetarum gloriosas ipsorum glorias, et presertim cum fama hominum vt inquit Plautus immortalis est, tanto tenacior eorum qui sunt illius fugitaciores. Mitto igitur Rme D. vre Elogium ipsum vt mihi videtur, iuxta prescriptum eius, pauculis mutatis et adiectis que ad rem quod ipse sibi conditorium statuat videbantur, de quo pulchra est Epistola Plinij iunioris libro Epistolarum eius sexto, ad Albinum, quam per ocium perlegere non grauetur

De prorogando Jubileo ad Ecclesiam meam quamuis prorsus neq calamum habeam in re propria, mitto tamen vt mihi asscribendum videtur. Jam mi Rme dne ieci Ecclesie mee fundamenta et primarium lapidem ipse, spectante et bene precante pene vniuerso populo imposui, quod foelix faustumq sit, Architecti nauant egregiam operam vt ex principijs liquet, fundamenta sunt et solida et non profunda dominus deus reliqua secundet.

Negocium Thorunen cum Plocen magna cura et molestia mea tandem cum dominis mecum designatis composui, Ploceu

ut Ceretani solent à viginti millibus constiterunt in trecen:
tis florenis, idque potissimum racione Scaphe ipsorum cum
frumento quam Thorunnen receperant, que saltem ex equi:
tate illis rependi debuit, eciam si Plocen illa Decreta no
habuissent, non memini tamen ex aliqua concordia tam
fuisse contentos homines ex utraque parte quam fuerunt illi
Thorunnen habent animum petendi à Mte Regia ut ali:
quomodo de servanda ipsorum Civitate providere dignaretur
sine que ademptione portus indies magis deficere ab om:
nibus dicitur, id erit arbitrij Mtis sue Commendo me
gratie Rme. D. vre. Ex Ploczka die vii.a Junii
Anno domini M.o D.o XXXii.o

Petrus Tomicius Episcopus primum Premislien, dehinc Po:
snanien, postremo Cracovien et Regni Polonie Vicecan:
cellarius, mortalitatis memor, ipse sibi posuit Anno sa:
lutis M. D. XXXii.o

vel hoc modo racione Sacelli

Deo optimo Maximo, suoque postremo muneri Petrus Tomi:
cius primum Premislien, dehinc Posnanien, post Craco:
vien Epus et Regni Polonie Vicecancellarius mortalita:
tis memor ipse posuit Anno salutis M.o D.o XXXii.o

Postremum munus hominis vocatur apud
probos autores, mors, et que ad mortuos
rite pertinent.

Andr. Cricius Eps Plocen
Bonae reginae Poloniae

SAcra Rlis Maiestas
et domina dna clementissima

Humillimam mei commendacionem. De repagulo montis à flumine consuluimus cum domino Palatino, Magistros quos habere potuimus, qui omnes vnanimiter censent, et res ipsa apparet, quod nisi fiat ipsum repagulum, eam partem montis vbi est palacium Mtis vre breui necessario ruituram, quemadmodum non pridem ante memoria Capitaneorum nobilior ipsius Palacii pars vnacum monte corruerat, vt alii faciendum censent, magno sumptu opus esset tamen nobis videtur exemplo domini Abbatis Czerwenen, qui simili necessitate sui Monasterii egregie obstruxit, sumptu vt audio perquam modico, idem hic fieri posse presertim cum ex opposito lignorum erit satis preter palos quercinos, qui eciam faciliter aliunde demitti poterint, credo item quod ex antiqua materia Ecclesie multum manebit, quod non erit necessarium Architectis, id etiam ad opus obstaculi conducet, quamprimum domi erit dominus Abbas Cervenen, mittam pro illo, et de ipsius repagulo, ac eius impensa diligentissime perquiram, simul ac de meo consulam, et deinde Mti vre quicquid ab illo cognouero perscribam, Negocium Plocen cum Thorunen magna cura et molestia tandem composuimus, vtraque parte, quod mihi mirum est, valde contenta cum enim Thorunen produxissent coram nobis testimonia sub sigillis Regiis, quod non solum non tenebantur respondere

respondere in iure Polonico, sed etiam quod comparentes sem:
per se ad forum suum excipiebant ad diluendum Decreta
contra ipsos vigore contumacie obtenta et Plocen nulla alia
damna preter impensas que in Iure Polonico taxari non
solent, nisi Scapham vnam sibi per Thorunen acceptam do:
cere potuerunt, effecimus licet egre quod Thorunen daturi
sunt ante Quadragesimam trecentos florenos Plocen:
sibus pro damnis, et Plocenses libenter sunt accepturi, et ac:
cepturi fuissent adhuc minus more Ceretanorum, qui precium
Centum flor. indicantes deueniunt ad duos denarios, nisi
nos licitando cum Thorunen ipsos ad eam summam racionibus
perduxissemus, sed sic fieri solet inter eos, qui vel bello vel
lite sunt fatigati et metuo ne de Regno Vngarie dissi:
dentibus idem eueniat, si modo et hoc per tercium, qui inter:
cessit, licebit/ venerant illuc ad me domini Calissien, Bres:
ten, et Iuniwladislauien Palatini, multique alii non vulgares
Nobiles, qui concordiam ipsam mirifice probarunt, faciat domi:
nus deus vt pariter Mti vre probetur. Serma mea domina
iam nuper auspice domino deo iecit Ecclesie mee prima fundamenta
Architectique tam egregie nauant operam, quod vt et ipsi pol:
licentur, et labor ipse indicat, fundamenta omnia ad festum
Sancti Michaelis educentur, dominus deus ceptum meum
fortunare ad extremum dignetur, nunc discedo hinc Poltoui:
am ibi etiam structuram Arcis longe propter fundamenta dif:
ficiliorem continuaturus, me Sacre Mti vre etiam atque etiam
humiliter commendo. Ex Ploczka die vii Iunii Anno
domini M° D. XXXii°

Sigismundus Rex Polonie
Ferdinando Regi

Serme Princeps D. Scripseramus Mti vre Serme quam magna contumelia affecti simus à subdito Mtis vre Caspare Scheredi qui nulla racione habita, tum nre dignitatis tum iuris et fidei publice Aulicum nrm Nobilem Joanne Klaiski et aliu subditum N. Lubomirski quando ad nos ex legacione à Rege Joanne aduersario Mtis vre reuertebantur, hostiliter inuasit, cepit et hucusqz detinet, in qua re expectamus à Mte vra responsum, vnacum seuera audacie et temeritatis in dicto Scheredi animaduersione et nre lese dignitatis vindicacione Confidimus enim hanc iniuriam nram Mti vre Serme pro hac necessitudine que mutuo illi nobiscum intercedit, grauem et molestam esse, sed plane nescimus an id nro vel subditoru nostrorum infortunio vel occasione data accidat, quod sub eodem tempore plures et nri in diuersis locis simili iniuria nosqz contumelia à subditis Mtis vre simus affecti, Namqz scripsit ad nos paulo ante Generosus Casper Maczieiowsky quem ad postulacionem Mtis vre Serme Arci Strigoniensi prefeceramus, qd Hispani milites illu retinuerint et tantisper se detenturos in illa Arce minentur quamdiu illis Stipendium debitum non fuerit à Mte vra persolutum. Qua in re eciam nobis silentibus perpendere potest Mtas vra Serma quanta nobis iniuria et contumelia irrogetur. quanqz impar gra pro officiis et beneuolencia nra refferatur. Quare impense

impense rogamus Mtem vram ut quamprimum his de re:
bus prouideat ut simul et subditi mei liberi fiant et teme:
ritas audacissimorum hominum puniatur, Nosqz talibus
inimicicie inuitamentis deinceps non irritemur. Facturam
Mtas vra rem se dignam et non solum priuatim no:
bis sed publice omnibus necessariam et utilem.
Coeterum quod aliis literis praetermisimus partibus à Mte
vra rogamus ut si ea voluntate ad concordiam ineundam
inclinata esse volet, quam in illa Rex Joannes eius adver:
sarius requirit publice fidei literas tam Caesareae Mtis
quam suas pro Oratoribus aduersarii sui per partem Nu:
cium ad nos mittere velit quibus freti dicti Oratores pos:
sint tuto et sine ullo discrimine ac impedimento ad locum
Conuentui deputatum peruenire, et rursus in propria re:
uerti. Nos vero dabimus operam ut haec ad illos sine mo:
ra hinc à vobis perferantur. Commendamus nos amori
et beneuolenciae fraternae Mtis vrae Quam dns
deus diu ac recte sanam et omni ex parte foelicissimam
conseruare et tueri dignetur. Datum Cracouie die
xii^a Junij Anno domini M^o . D . XXXii^o
Regni vero mei Anno XXVi^o

. . .

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Luce de gorca Castell. posnanien. Capit°
Maioris polonie generali

T

Tametsi plane intelligam me tantum à Mgcia Vra amari vt credam illam, non minus officii et beneuolencie sue sponte in re mea prestaturam esse, quam mihi roganti tribuere ex illa posset vel deberet: Non multo tamen moleste fero quin eciam facile patior datum esse tempus in quo amorem erga me illius in presentia valeam experiri.

Andream de Thamzin pigneny

Nouit Mgcia Vra ex multis preteritis argumentis qz infensum et occulte aduersum semper Pallatinum Crac habuerim non vllam aliam ob causam, qz qp illius iniquis plerunqz consiliis et conatibus, rectam meam opponebam sentenciam. Js cum nuper talem contra Consules Crac instituisset actionem qua nichil perniciosius, si illam peruicisset Regie Mti, et reipublice accidere potuisset, sentencia mea commotus, quam libere et necessario contrariam illius opinioni in Senatu dixi incontinenter sua solita vecordia, et verbis intemperantibus ac imodestis in me palam inuectus est. Asserens me omnia tum in Senatu dixisse, non tam vt reipublice commodis prodessem, quam vt sibi tantummodo nocerem. Adijciens etiam, qp deinceps nollet dissimulare mecum, sed hostilia omnia aduersum me moliri. Ad que etsi tum ego, et mee proffessionis, et regie dignitatis habens racionem pauca tranquille responderim: suo tamen loco et tempore contra illum id quod necessarium videbitur, agere pro mea et amicorum meorum

orum

meorum dignitate cogito: In quibus cum Mgciam vram habeam precipua mihi beneuolencia et necessitudine coniunctam. illam magnopere rogo vt mea sua, et suorum ope denique fauore et consilio causam meam iustissimam tueri et defendere iuuare velit, et non permittere vt impiorum conatibus mea virtute parta dignitas, ante oculos pene amicorum incessi (nam opprimi non poterit) inique debeat. Nihil enim dubito que illius est iniquitas et maleuolencia quod omnem mouebit lapidem, vt turbas contra me excitet pro more suo, mihique nocere possit, Ego vero vicissim et industria et facultate mea nunquam comodis et voluntati Mgcie vre deero vbicunque vel occasio vel illius significatione monitus et compellatus fuero. Qua in re responsum Mcie vre cum amico consilio coniunctum expectabo. Interim me solito illius amori commendo etc. Datum Cracouie xv^a Junij Anno domini M^o. D. XXXii^o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Francisco de Frangepanib. Archiepo Colocen.

R.MI in Chro Pr et domine maior honorandissime. Reddite sunt mihi litere vre Rme D. quibus mihi et domino Castellano Cracouien. scribens vtrumque nrm accusat, quod quo tempore istuc missus erat Cubicularius Mtis Serenmi Regis mei cum literis ad Serm Regem vrm, nil ad se scripserimus: cum tamen et amicicie nre vinculum eius generis officium a nobis postularet, et neque argumentum, neque tempus ad scribendum defuisse nobis videbatur. Cui accusationi etsi nos negare non possumus silentium ipsum iustam causam et occasionem prebuisse, fateri tamen noluimus silencii vel taciturnitatis culpam ad aliquem nrm pertinere. Namque vt ab amico inicium faciam de Castellano Crac. illo tempore quo nuncius mittebatur longissime hinc aberat, sicut et hoc tempore abest, et ego persuasum omnino ex certis coniecturis et relationibus apud me habebam D. vram Rmam istic putem esse non debuisse. Qua sola mea persuasione, et non negligencia, vel obliuione vlla factum est quod nil tum ad illam literarum dederim, daturus alioquin non grauatim ad illam sicuti ad Rmum quoque D. Sirmiensem dederam si hec dubitandi racio mihi tum in mentem non venisset. Quare D. vra Rma id quod ex occasione et errore contigit non nobis vicio vertere, sed tempori et rei ipsi, vt facta est tribuere velit

Caeterum ad illa que D.o V.ra R.ma contra Caesaree M.tis raciones prudenter et copiose disputauit, ego cum domino Castellano responderem libenter, et ex meo Judicio aliqua in medium afferrem, sed non puto vt nobis liceat hoc tem: pore quidpiam ex sentencia mea hiis de rebus scribere, pre: sertim cum mee litere, nunctiis, nec literis verba tuto hoc tempore committantur. hoc saltem silencio nolumus pre: terire Dnacionis V.re R.me disputacionem, et pruden: tissimas in singulis racionibus consideraciones, summe nobis placere, et probari a quibus in nullo alio dissenti: mus, nisi in hoc, quod vbi D. V.re R.me videbatur ad rem plurimum pertinere vt que literis et per Cubicu: larium M.tis domini mei ad Ser.mum dominum Hungarie Regem hinc sint transmissa, per aliquem insignem Ora: torem fuissent honoris causa declarata, nobis propterea hoc non videtur fuisse vel necessarium vel commodum quod in tam angusto temporis spacio quod tum adhuc ad fi: nem annalium Induciarum restabat, non potuisset illam celeritatem itineris grauis Or. cum Comitatu suo con: sequi, quam leuis et expeditus nuncius est consequutus et quam eciam rerum agendarum occasio magnopere vide: batur postulare. huc accedit quod in re concordie ea que vtilia essent, non que fastum preseferunt spectanda et amplectenda nobis ducebamus. In hiis tamen si nos ten: tare volet D.o V.ra R.ma officium meum ipsa extra culpam esse testabitur, quod quemadmodum ab inicio rerum fecimus, nunc eciam integerrime et cum summa diligentia ad omnem publice vtilitatis occasionem accomodatiores su: mus adiungendo industriam meam, curae sollicitudini et authoritati M.tis domini mei, quam hucusque M.tas sua non desinit reipublice Christiane prestare. Quecumque enim per: tinere ad fructum transigende concordie arbitratur, illa

vtrimq; insinuat, suadet, et per nuncios hinc inde partibus tras:
mittit. Nunc etiam cum ad Cesaream Mtem scripsit, vt si:
bi de suo et fris Sermi Romanorum Regis animo certam
aliquam significationem faceret, an ex animo et serio con:
cordie tractacionem aggredi vellet, duxit ex re esse Mtas
sua, vt vicissim interea dum respondet Cesar à Sermo
domino Rege Hungarie certior fiat, an sit omnino in Pa
tauien Ciuitatem vel aliam Germanie locum suos mis:
sura ad tractandum de concordia et pace Oratores, qua
sola de causa cum isthuc presentem mittat Mtas sua Cubicu:
larium, erit prudencie et officii D. vre Rme per:
suadere Mti Sermi Regis sui vt hac in re certam vo:
luntatem suam mee Regie Mti aperiat vt illa cognitam
habens vtriusq; partis animum, facilius consilia et per:
suasiones suas ad vtilitatem rei gerende accommodare
valeat .. Faciet ea in hoc D. vra Rma rem non minus
sue q; vniuerse reipublice Christiane vtilem et ad celerita:
tem suscipiendi negocii pernecessariam Cuius ego me amori
commendo Datum Cracouie die XV^a Junij Anno
domini M° D° XXXii°

SIgismundus primus Rex Polonie
CArolo V. Cæsari Christianorum.

SErme et excellentissime Princeps etc. Cum allate essent nobis literæ Mtis vrẽ Sermẽ quibus et id quod aduersarius Sermi domini Romanorum Regis de mittendis in Regnum mem sup concordia Oratoribus proposuit, nec à se prestari nec à Sermo frẽ suo suscipi posse, multis racionibus declarauit, et nos beneuolentissime hortata est, vt boni publici causa ad mittendos in Pataniem Ciuitatem Oratores, eundem Sermũ domini Romanorum Regis aduersarium persuasione meá adducamus. Nos vt racionibus publici commodi simul et vrẽ Mtis Sermẽ postulaci: oni satisfaceremus confestim post acceptas lrãs Cubicularium mem ad dictum Sermi fratris Mtis vrẽ aduersarium, magnis itineribus miseramus, eiqz et raciones Mtis vrẽ Serẽ propter quas integrum sibi fore non existimat vt locus ad Conuentum Oratoribus in Pataniem Ciuitate semel designatus commutetur et meam persuasiõm pietati et commodo reipublicẽ Chrianẽ accommodatam accurate perscripsimus ad que omnia, quid ille vsqz modo rescripsit ex illius literarum exemplis que cum p̃ntibus Mti vrẽ Cœsareẽ mittimus, abunde cognoscet in quibus quoniam nos aduertimus illius animum ad omnia que serio de pace agerentur nunc etiam lapsis Induciis non fore difficilem Mtem vrãm Sermam rogamus velit pro sua singulari in rem Chrianam pietate Sermo frĩ suo persuadere et similiter pro authoritate et gracia mutua fraterna apud illius Mtem efficere, vt in hac que se offert adhuc occasiuncula, cum aduersario suo aliquid serio de concordia agere et pacem equis et honestis condicionibus cum

cum illo transigere velit, quo et Hungaria Nobilissimum Christianitatis membrum ab imminenti interitu et reliquae Christianae provinciae à metu et trepidacione liberari possit. Nam nos certe edocti sumus à Nuncio nostro qui de negocio Valachico ad Imperatorem Thurcorum missus medius quartus ad nos rediit, ipsum Imperatorem validissimo Exercitu et pergrandi apparatu bellico iam in procinctu adversus Christianos esse, suntque omnia et plena periculi, mente agitare, in quo quid sit facto opus quidue Maiestati vestrae Serenissimae pro Imperiali dignitate sua conveniat, illius prudentiae dispiciendum relinquimus, sed tamen ne et ipsi in aliquo necessitati publicae deesse videamur maiorem in modum à Maiestate vestra Serenissima rogamus consulere cum Serenissimo fratre suo de racione concordiae dignetur nos demum certiores facere, an cum adversario suo sic ut ipse querit condiciones pacis serio velit recipere ut vicissim et nos cognita voluntate suae Maiestatis eidem adversario quae oportuna videbuntur, nunciare et persuadere possimus. De his si quidem quae publice sunt utilia, melius censemus sero quam numquam consulere, in quo Maiestas vestra Serenissima amplissima laude et gloria dignitatem suam cumulabit et de christianorum salute egregie merebitur. Commendamus nos amori et benivolenciae Maiestatis vestrae Serenissimae illamque semper foelicissimam, et ad multos annos recte sanam, saluam et incolumem esse ex animo optamus. Datum Cracoviae die xv^a Junij Anno domini M^o. D. XXXii^o Regni nostri XXvi^o

JOANNES de Tancżin Castellanus et Capit Lublinen Marsalcus Curie regie: cum Andrea fratre Aulico regio veniens ad Capitulare Crac: sequen^a verba coram Can^cis dixerunt: nomine fratris sui Andree de Tanczin Castellani Cracouien

Miłosciwa kxiaza pan Voiewoda Cracowski brath naß przisłal nas ku .w. m. skarzanie sie, opowiadaiacz krziwdi y cziaskosczi ktore ma od kxiedza Biskupa Cracowskiego., ktorego Papieß potwierdził Krol dał a w. m. przijaliscie sobie za przelozonego, zadaiac zato v. m. iako Radi iego. abiscie to, czo vam powiemi, vsiebie vaziej vazili. A ize rzecz iesth przidlvsszim abichom sia vczim nieomilili abo czego nieprzepamietali pissarz iego milosc bedzie sczcztij czedl. v. m. ta skarga

Pan Woiewoda Cracowski iako v. m. taino nieiesth zawzdi sie oto stara y przicziniа abi pozithi rzeczi pospolitei vrtei Coronie bili mnozoni: ktorich gdi niemała czasc przichodzit baczil zdobiwania kruszczu a zboza tego ktore wziemi iesth dał bijdz Sstola wielikiem koßtem y nakladem swogim, abi gori tij gdzie skarb kruszczowi iesth bili oßuschoni, za ktora praczа y naklath swoi nadziewał sie miecz pozitku iakoss mial oth tich czo nagorach robia ktorego pozithu iemu niezriczac kxiadz Biskup, nie znatchniema swiatego Stanislawa anij znarodu stolicze iego alie zuprzeimego vporu a wasni swei iego milosczi broni zakazuiane przes vlozenie trzech Carbow. ktori znak iesth zapowiedzi gorniei abi tam nierobiono. niebaczac tego iß wedlie prawa gornego. ten kto stola bije biwa porzitan

za iednego gwarka a kazdi gwarek to prawo ma yß gdi robotu poczmie na czÿiei dziedzinie, pan dziedzim oneÿ iemu ieÿ bronic niema, pokÿ ia on foldruie. A tak pan Voiewoda v. M. opowieda, ize broniac tich krzi: wd swoich niechcze nic czinicz przecziwko swiatemu Stanislawowi i stolici iego. Alie przecziwko kxiadzu Piotrowi Stomije, ktori zwasnij a zo poru swego iemu takowe krziwdi czini, iemu sia bronic chcze z braczia ÿ sprziiacioli swoÿmi. Bo tak sobie zato ma, kto iego Milosczi broniiez chcze pozitku ÿ zboza tego ktorego pod: ziemia schukaia iß sie tesch iego milosczi badzie go: dzilo pozitkow ÿ dziesiaczin zboza tego ktore kazdi rok na ziemi roscie bronije aÿch niedopusczac

Petrus Tomiczki Eps Crac.
Andree Cricio Epo Plocen

Rme in Chro Pr et domine, Nepos charme. Cum literis D. vre Rme quas ad me scripsit accepi exempla lite: rarum de quibus ad illam scripseram. Que cum mihi multum placuissent extemplo ex illis literas confeci et in vrbem Romam per Banchum transmisi. quandoquidem iter Austriam ei adolescenti qui huc erat a dno Archi: diacono Poltonien missus tutum non videbatur

Quod post longam deliberacionem suam Suffraganeum sibi delegerit et acceperit. Do vra Rma dominum Bro: linski magnopere probo, video enim id omnibus gratum esse. quod ei muneri et dignitati virum pbum traglliu et laudatu prefecerit

De contencione mea cum Palatino Cracouien, quam tardius ad D. vram Rmam scripserim, non est factum negligencia sed errore meus enim Gorski per quem id significare volebam Dni vre Rme me insciо et insalutato hinc discessit, post: hac vero nullus se obtulerat cui recte lras dare potuisse. At D. vre Rme humanitas, vel pocius singularis be: niuolencia quam mihi in hoc casu sponte declarauit, miri: fice mihi grata et animo meo iocunda extitit. Nam cum mihi visa est D. vra Rma antehac semper laudiatque dignitati mee plurimum fauere, hoc tempore literis amicis oportune ad me scriptis amplissime mihi comprobauit toto se animo de meo honore et tuende dignitatis racione cogit: tare pro quo illi summas ago et habeo gras cum singulari animi gratitudine coniunctas, idque vicissim amore et be: niuolencia mea veteri illi cumulate referre curabo. Sci: at me tamen istorum iniquis odiis nihil moueri, quin po: tius illis me credat magis incendi et inflammari, vt in dicenda mea in Senatu iusta et recta sentencia digni: tatem meam retineam. Cuius me amori commendo. Datum Cracouie die XVa Julij Anno dni Mo D. XXXIIo

Petrus Tomiczki Epus Vicecancell.
Petro kmite de Vissnicze Marsalco regni

MAgce domine amice et affinis charme ac honoran. Nemo est qui non consideret quique non doleat et suspiret pedites armatos, fuisse non pridem ad Conuentum Proschouien adductos, contra quem vero fuerint conducti de hoc diffiniri certo non possum. Doleo tamen Ius publicum esse violatum audaci et non vsitato apud nos facinore, quod si multo transibit plura inde mala posthac subsequentur. Imperator Thurcarum cum magnis copiis transiens circa Dravam fluuium per Carinthiam et Stiriam penetrauit iam in Austriam et quidem insperate putabant enim domini Germani illum iturum fuisse eo itinere quo iuerat ante duos annos. Itaque multa horrenda et crudelia damna ferro et igne fertur illic fecisse et etiam nunc facere. E diuerso Principes Christiani colligunt vires et satagunt vt potencie impii Tiranni et hostis resistere possint quorum desideria et conatus dominus deus fortunare dignetur etc.

Actus stultus Andree de Tanczin Palatini Cracoviensis.

Post mortem Pieniaszek Judicis terre Cracovien, indictus fuit
Conventus in oppido Prossewice ad diem xi Julii 1532
ad eligendum novum Judicem, Andreas de Thenczin Pa:
latinus Cracovien: iniquarum causarum patronus versutus,
Et in repca per suggestiones pravas turbulenti consilii autor.
intelligens Nicolaum Thaslziczki Subiudicem Cracoviensem,
suffragiis omnium bonorum, eligendum fore ad officium Judi:
catus: volens eum repellere: contulit se ad eum ipsum Con:
ventum in Prossewice. Accepit que secum fratres suos: Joannem
de Tanczin Castellanum et Capitm Lublinen. Curie regie Mar:
salcum: et Andream de Tanczin Aulicum regium. Adduxit
etiam illuc secum nonnullos Nobiles pauperiores Jorgheltiiykos suos
quibus annuum donativum per .x. florenos dabat. et alios quorum
causas iniustas in Judiciis promovebat. Adduxit preterea Centum
Septuaginta pedites: ex officinis opificum Urbis Cracovien. singulos
grossis octo ad illos aliquot dies, conductos. eo consilio atque
intentione, ut hac manu stipatus: Petrum Tomicium Epm Crac
Regni Vicecancell contumelia afficeret: quem venturum illo cre:
debat. Insuper Ut si qui essent, qui Taslziczkio studerent, eos de:
terreret. Eum vero eligeret iudicem, cuius improbitate ad iniqua
iudicia veluti apto instrumento uteretur. Oderat autem eum et
ipsum Tasliczki, cum propter animi magnitudinem, tum vero quod ex:
pertus eum esset in iudiciis: incorruptum Judicem, iniustarumque eius
causarum adversarium. Erat autem Tasliczki vir statura procera
decoraque: Juris patrii peritus. eloquens. in multis rebus versatus
prudens. probus: et magne inter homines reputationis. Eadem de
causa idem Palatinus inimicus erat Petro Tomiczki Epo: quod is
uti incorruptus ac magnanimus Senator, custos iusticie: et boni
publici fidelis amator, contra turbulentos et iniquos eius conatus
animose se semper opponebat. et cum quo paucis ante diebus iniquam
causam, et bono statui Civitatis Crac perniciosam obtinere intenti
acerrimam in Senatu contentionem habuit. eumque rege cunctisque
faventibus gratulantibusque repressit. Non interfuit ei Conventui

Petrus Tomicius Eps, non timore ullo. (habebat enim bonorum omnium assistentiam.) sed ut furentem ira inimicum, ruere in infamiam precipitem sineret. Similiter et Chrophorus de Ssidlowiec Castell^s Crac. Regni Cancellarius eidem Conventui non interfuit. Miserant tamen ambo nuntios suos: qui amborum nomine Suffragium Tassziczkio detulerunt. Aderant autem illic Stanislaus de Sprova Castellanus Visliciensis: Spitek de Tarnow Castellanus Zarnoview. et Nobilitas multa primaria Qui omnes Suffragia sua Thassiczki dederunt —— -

Andreas contra Palatinus Crac: et Joannes de Tanczin frater eius Castell^s Lubliniew. Marsalcus: et Nicolaus Cikowsky Castellanus Sandecew avarissimus homo: cum reliqua suorum Jurgeltnirorum parte: duodecim personas ad Judicatum nominarunt. pretermisso Tassiczkio. contra quem tunc ipse Palatinus infamem invectivam fecit: quod scilicet crimine falsi infamatus esset: quod falsa pleraque in libros Actorum Judicialium inscribi: authentica rursus pleraque ex hisdem libris elacerari permiserit. esse eum male existimationis et conservationis inter homines: et ob id Judicatus officio indignum. Hanc palatini invectivam frater eius Marsalcus subsecutus: dixit eum se talem habere et existimare: qualem illum frater suus Palat^s pinxisset. et tamdiu pro tali habiturum: donec se expurgaverit. Neque esse idoneum capacemque officii iudicatus.

Tassiczki autem impetrato dicendi silentio: (obtundebatur adversariorum vocibus: ne quidquam dicere posset.) magna animi libertate respondit: Non posse se neque debere ab hisdem iudicari, a quibus accusaretur: Nullius se vitii esse conscium. esse se virum bonum, bene conservatum: fame integre, existimationis honeste apud regem. apud Senatum. apud cunctos denique ordines regni habitum. A nemine se unquam ullius vitii accusatum. Se denique non in angulis sed in crebris ac publicis magnorum hominum congregationibus. Judiciis. comitiis. in celebritatibus: in actionibus et consiliis publicis regni, in ipsa etiam Curia regia, in luce hominum: in ipso regis et Senatorum conspectu se semper versatum esse. ubi unicuique locus fuisse contra se dicendi accusandique: se que purgandi, et innocentiam suam declarandi. confidere se esse tam idoneum ac dignum iudicatus officio propter merita virtutesque suas: quam ille putaret se castellanatu Cracoviensi dignum. et cetera id genus in hac sententiam

non tam necessitate se purgandi: q ne videretur potentia
Palatini territus esse, copiose vir eloquens dixit.
Conventu hac turba soluto: reque ad regem delata: Rex
ad xij Julij cognitioni huic praesedit. Andreas de Tarnzin
haec eadem quae prius accusabat. Tassirzki contra, constans verbi,
magno animo liberaque oratione, pro se, cunctis faventibus, di:
cebat: et recrimatione etiam in Palatinum usus.
xix° tandem Julij, Rex inter utrumque pronunciavit.
Joannes Choienski Eps Premisliew, Decretum a Tomicio scriptum,
ex charta in hanc sententiam legit: Quod quecunque dicta utrinque
fuerint, ea neutri eorum famae: honori: existimationi, eorumque
posterorum, nocere posse nec debere. quod decretum est infrascriptum
Ambobus mox per Regem sub gravissima animadversione impe:
ratum, ut alter adversus alterum vi nulla uti auderet.
Postremo cum in illo turbulento Prossenicensi conventu, Judex
concordibus Suffragiis: non esset electus: Rex eligendi Judicis
jus ad se recidisse pronunciavit: seque eum electurum dixit, qui
sit ex usu et reipublicae dignitate futurus. Ipsumque Tassirzki, iudicem
creavit. Palatinus autem qui secundum se pronunciatum iri
arbitrabatur: quod non ex voto res ei recidisset: quoniam eam levitatem
incurrisset, non solum aegre tulit: sed etiam flevit muliebriter:
et insuper, nisi verecundia prohiberetur: velle se ex Christianismo
in Judaismum transire: fertur dixisse.

Decretum inter Tasszicski: et inter Andream de Tanczin Palatinum Cracouiensem.

Do. Choienski pronunctiauit.

Krol iego milosczi raczil slisszecz i dostatecznie wirozumiecz zaloba y odmowa wlei przi, ktora sie stoczila przet iego Crolewska miloscziax. A nierad slissecz raczi tei shodliwey a przed tim niebiwalei roznicze, ktora siax stala na Seimie Proszewskim nowo przeminialim.

A gdisz Sliachta a riczerstwo poddani iego Crolewskiei M^ci Ziemie Cracowskiei wedlie praw, wolnosci a Statutow swich ziemskich, o takowe rzeczi, o ktore Sgiem Proschewski bil polozon, to iesth, o obierzanie Sadziego Ziemskiego, zrownacz siax niemoghli: Jego Crolewska M^c iako pan zwierzchni chczanc wszithkie poddanc swe wzgodzie y wszornosczi, wmierze a wpokoin rad zachowacz, raczil to roskazac wirokiem swim powiedziec isch przeczim zadnei iney naidowac iego Crolewska milosczi niexaczi, abi ti rzeczi ktore w Proszewiczach, i to przed iego Crolewska miloscziax miedzi Stronami siax zbiegli: Panu Thasszczkiemu Podsadkowij iaka shoda na iego poczeiwosczi, a dobrei powiesczi niesc miali, iakosz shodne niesa: ani napotomne czaszi shodzicz maiax iemu, ani potomkom iego. Jestlibi tesch druga Strona za to sobie miala: abi pan Thasszczki slowi swimi iei czo vbliziecz mial, takiesch iego Crolewska M^c wirzeka i naidowac raczi: isch iei to napoczeiwosczi a dobrey slawie, ninie i napotomne czaszi, zadnei skodi, niesecz niema.

A iako tesch pan Podsandek iego Crolewskiei milosczi swimi pokornemi prozbami prossil, abi od moczi, a od gwaltu opatrzon

był: isch iego Crolewska M^c i iemu: i kazdemu poddane:
mu y sluzebnikowi swemu takowa obrona powinowath
iesth czinic; roskazuie wschitkiem pospolicie: i raczi tho
pod wielikim a srogim karaniem to tak miecz, abi zadni
mimo rzad a prawo nan, ani zadni ieden na drugiego nie:
siagal. Bo bi iego Crolewska milosc na ty i takowe
rzeczi bes srogiei kazni daliei patrzicz nieraczil

Iczo sie rozerwania a roznice Sliachti a zebrania seimo:
wego okolo obierania sadziego doticze iego Crolewska mi:
losc raczi spissek tich ossob ktore sa zobu stron na San:
dzthwo ziemie Crakowskiei obrani i miemomi ksobie
przijacz, a insch raczi takiego Sandziego obracz ktory
sie iego Crolewskiei milosci podlie godnosci a potrzebi
ziemskiei podobac bendzie.

Promulgata et pronunciata Cracouie in Rege. die xix
July Mo D. XXXij Regni Regie
Mtis XXvi per dominum Joannem Choienski
Epm Premislien ex prescripto Rmi dni Crac

Decretum regis Sigismundi primi inter Do. Tomicium Epm: Et Andream de Tanczin Palatinum Cracouiensem.

Panie Voiewoda nieradzissmi slisseli ani tego radzi widzie: mi izescie sią na on czas, nasschem zdaniem, bez potrzebi i bes przyczyni, slowi przikremi a nieznosnimi na Kxiadza Biskvpa Crakowskiego azwlascza wprzitomnosci tak wie: lie opczich livdzi sią siangnali alie zwielka wdziacznoscią przimuiemi isch to Kxiandz Biskvp maianc nas a ossobą nasszą Cralewską na bacznosczi aprzed oczima, ti slową wasche sobie nieprziiemne kv vczliwosci naschei i swoiei wam zmilczal i mamy zato izescie wiantssza bacznosc na nas miecz mieli prze ktore przyczini naiduiemi izescie Kxiandzu Biskupowi ti slowa winni naprawicz, bo chczemi abi kazdi zrad nasszich widzemie swe w Radach naschich wolnie mowil a ieden nadrugiego azwlascza w: przitomnosci naschei sią miesiangal ani podnosil bo pamią: thuiemy izesmi na skargą a zandoscz waschą orzeczi i slo: wa dobrze rowmieische a wsszakosch tim podobne livdzi zacznich domow wkarame swe bierali a przeto naiduiemi abiscie to timi slowi Kxiandzu Biskupowi iawnie napra: wilj.

Kxieze mili Biskupie, gdisch Crol iego M. tak naliescz raczil izemia przecziw. v. M. slowi swimi wistampil i vaschą M. obrazil czo sie stalo za niektorimi zalosczami mimy ktore mią na on czas potikali maiacz tesch omilne sprawi A przeto v. M. proschą abi v. M. tich slow a rzeczi sobie vwaziecz a obcziazacz nieraczil, animo siebie ii pnsczicz a insch ich

wieczei przeciw mnie nieprziaźliwie niewspominacz: y owszem wprziaźliwi koniecz wszitko obroczicz Bom ia .v.m. nigdi za inego niemial, any mam iedno za cznego a dobrego Biskupa i wierna rada a vrzadnika Crolia iego milosci i rzeczi pospolitei Dicta die XXiiii Julii in Arce Crac Anno domini M° D XXXii°

Cricius. Tomicio

RME in Chró Pr. et domine, benefactor colendissime. Audiens Rmam .D. vram cum domino Palatino Cracovien in graciam rediisse, mitto istuc visum quo pacto ei in care, et aliis omnibus succedat, si recte gaudeo plurimum, et domino deo grás ago, Sin minus vehementer rogo vt quid à me servicii sibi exhiberi velit significare dignetur, voluntas enim mea semper in procinctu stat ad omne ipsius obsequium, cui omnia quę possum prestare et debeo et sum paratus, nihilq est quod magis doleam, quam me de ipsius successibus et audire tantum idq sero, et nullo alio, quam literis, animu et obsequium meu testari, neq opus est vt mihi grás agat, cum debitum meu facio, nisi vt imperet tanquam servitori omnia debenti

Quod negocium domini Archidiaconi Poltovien tam favorabiliter in Vrbem expediri curaverit, plurimas ago et habeo grás Rme .D. vrę, vnaq cum illo semper demereri curabo, similiter et de prorogando Jubileo in subsidiu Ecclesię meę quod equidem facto nunc calculo cum non vulgare ... compperissem etiam atq etiam rogo dignetur per occasioné Scribendi Romam adhuc de ipsa prorogacione preces iterare

Pestis vehemens in Varschevia, in Czerwiensko, et in Lowicz, et in opidis ac villis circumquaque, precludit mihi iter ad Synodum neque scio quomodo citra periculum, maxime cum multo famulicio, penetrare potero, eo tamen nunc Ploczkam, vt illic de ipso itinere consilium oportunum capiam. Nam si aderit illic Rma D. vra, quod in tanta vicinarum regionum tempestate tantisque rerum momentis vix fieri posse credo † Cuius gracie me et obsequia mea qua possum diligencia commendo Lowicie die x Augusti Anno dni M° D. XXXII

† plurimj dolorem prerciptam mihi eius videndi occasionem.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Andree Cricio Episcopo Plocensi.

RME in Chro Pr. et domine Nepos charme Quod audiuit D. vra Rma me cum domino Palatino Craconien rediisse in graciam, id plane verum est. Namque cum ego aduerterem Regiam Mtem pati nolle nra dissidia assensus sum facile reconciliacioni, quam et Mtem suam solam et cum honore meo procurare perspexeram sicut hec breui coram lacius D. vre Rme verbis exponam. Lras quas in vrbem misi iam perlatas esse existimo et nichil dubito negocium prorogacionis gracie Jubilei, de quo scripsimus recte iri expeditum, tum si nanciscar Nuncium qui proxime in Vrbem proficiscatur petita iterabo et commendacionibus Mtis Regie illa fulciam libenter, vtcumque nunc tristes nimium Nuncii adferuntur de crudelitate communis hostis nri Turci, et reipublice nre raciones in varias difficultates et pericula adducte sunt: ego tamen vt debitum et officium simul prestem meum nre Ecclesiastice ~~priuate~~ reipublice ad Sinodum prouincialem omnino excurrere decreui, citto huc reuersus ad obeunda consularia

sularia officia reditmeus spero autem quod . D. vram Rxmã illic sicut cupio sanam et incolumem offendam Cuius amori et benevolencie fraterne me ex animo commendo, et foelicis: simam esse semper in recta valetudine, vehementer desy: dero Dat Crac : Augusti Anno M°. D. xxxij°

Clausula ex epla Tomicij epi ad Georgium Czupski scripta

Indictus fuit Conventus particularis in Proschowice ad feriam quin: tam preteritam pro eligendo Judice terre Crac ad quem Palati: nus Crac cum Cohorte peditum ex fece hominum mechanicorum collecta fuit profectus, qua vim inferre voluit Nobilitati huius terre, et eligere ad officium Judicatus eos qui essent pro eius ar: bitrio. qua re violavit pacem comunem, fecit contra leges et Jura Regni, eiecit namque ibi, seu eijci fecit Nobiles viros de eorum hospitiis dominum Nicolaum Tbassiczki Subiudicem Crac virum probum, industrium, et optime semper conserva: tum volens excludere illum, ab Electione, multis verbis probrosis bonam famam et honorem illius tangentibus affecit aliaque plura indigna, et non ferenda illic patravit, Que si absque iusta animadversione abibunt, crescet hominum licen: cia in immensum, que posthac non facile sisti et cohiberi pote: rit Sed de ijs certius ab aliis intelligetis Crac die xv^a Julii Anno domini M° . D°. XXXij°

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell. Ioanni de Tarnow comiti Palat° Russie Exercituum Regni Polonie duci generali.

Magce domine, domine fr et consanguinee honorandme. Reddite sunt mihi lre Mae vre, quibus primum deliberacionis et instituti sui racionem mihi exponit, deinde postulat consilium, et auxilium meum in re quam mente concepit. Ad quas ut libet sinceriter et sine fucco respondere, nichil novi in mediu adducam sed que et mea natura, et Mae vre mutua me: cum coniunctio et necessitudo postulant, paucis declarabo.

Novi ego quidem ea prudencia et animi magnitudine Mgciam vram esse preditam, ut nemo illi sapientius se ipsa suadere possit: verum ut illius voluntati in exponendo consilio meo satisfa: ciam, non censeo illi quoque hoc tempore abscedendum a patria, Namque licet multi plerumque rem suam privatam et publicam patria procul bene gerant, multi tamen vicissim propterea sunt improbati, quod cum domi Illres esse etatemque suam bene ac honeste agere possent, in externis gestis laudem cum periculo quesierint. Et tametsi non repugno causas esse posse ho: nestas, que Mgciam vram sollicitent et invitent, ut cum primis Chrianis orbis capitibus, in bellum contra fero: cissimos Chrianis nominis hostes, nunc proficiscatur et des: cendat, assentiri tamen non possum ut plus illis tribui quam domestice necessitati a Mcia vra debeat, de qua neces: sitate vel me tacente ipsa secum facile meditari et repu: tari singula potest. Talis enim est et tanta ut aliorum mihi ope et auxiliis indigere videatur, nedum quod su: orum precipuis et probatis viribus destitui debeat.

Huc accedit q foedera cum Thurco inita et Sacrae Mtis Regiae honos, alia denique multa, quae nunc de industria taceo, instituto Mgtiae Vrae magnopere obstant, neque decoro salvo permittunt, ut illa in tanta varietate rerum et temporum perturbatione, Regem et dominum suum, uxorem amicos, patriam denique ipsam deserere debeat. Quare ad eum haec sunt opera magni et excelsi animi publica commoda suis propriis anteponere, claritatemque et amplitudinem omnem suam, ad res magnas in patria gerendas explicandasque accommodare: maiorem in modum a Vra Mgcia tanque fre charissimo rogo ut cogitationibus suis moderari, et non nimis spei suae credere velit. Cogitetque omnem dignitatem suam cum patriae comuni repca coniunctam esse debere. Prudentis siquidem est cogitacoe in utramque partem quid accidere possit providere nec comittere aliquid, ut aliquando dicendum sit, nonputaram. Erit hoc omnibus Regni Incolis gratum, et ipsi Mgtiae Vrae postea iucundum.

Caeterum q sepulta adhuc apud me ea esse vult Mgcia Vra, prestabo id illi quidem ego, sed suspicionem tamen multorum non effugiam sinistram, qui cum in tota Aula palam esse hoc institutum Mtiae Vrae aduertent, sicut reipsa est omnibus cognitum me non temere ignorantiam simulare iudicabunt.

Cum Regia Mte adhuc post acceptas Mgtae Vrae literas nullam eius rei mentionem feci, non videtur siquidem mihi id racionibus Mgtae Vrae conducere, ut cum Mte sua serio de his agatur. Quod reliquum est nil dubitare debet Mgcia Vra me illius honori dignitati et commodo industria, officio, et omni facultate mea nunque esse defuturum.

Quid egerit in preterito Conventu Proschovien. Vrae Mtis amicus et meus ac omnium bonorum inimicus, qui cum Coborte peditum ex fece hominum Mechanicorum collecta illuc veniens, pacem communem violavit, multaque alia indigna fecit, puto iam Mgciam Vram ex aliis intellexisse. Commendo me amori et benevolencie fraterne Vre Mgcie Quam Christus dominus cum suis omnibus incolumem et foelicem in multos annos conservare dignetur. Datum Cracovie Julij. Anno domini M°. D. XXXij°

Petrus Tomiczki Eps. Crac. Vicecancell. Chrofero Szidlovicio Castell° Cracovien. R. P. Cancellario.

MAgce domine. Quod ad ea que mihi Mcia Vra super instituto Mci domini Palatini Russie affinis sui et consanguinei mei charissimi scripsit, tam diu non responderim non est factum ulla vel negligencia vel oblivione mea, sed quod in hac animi perturbacione et anxietate in quam me induxit malevolencia hominis non solum persone mee, sed eciam omnium bonorum inimicissimi, urbe discedere, et in Rus animi gracia secedere coactus fuerim, ubi neque scribendi neque mittendi literas per aliquot dies facultatem et commoditatem habere potueram. Quare Mgciam Vram rogo, ut hanc moram et tarditatem in respondendo meam boni consulere velit.

Sub idem tempus quo literas à Mgcia Vra acceperam, reddite mihi fuerant eciam litere Mci domini Joannis de Tarnow Palatini Russie, quibus omnem instituti et voluntatis sue racionem mihi descripsit. Que res cum mihi non modo non

decora, sed et factu admodum hoc tempore propter multas magni momenti causas difficilis videretur dehortatus sum Mtiā suam à suscepta de proficiscendo extra Regnum cogitatione, omnibus Judicii mei persuasionibus apud illam contendens vt hoc institutum deserende patrie deponeret, Regie Mti, amicis totique demum reipublice, suo discessu non incommodaret, prestat siquidem patriam rebus bene gestis illustrare, quam aliene reipublice vtcumque labenti, ope vel auxilio inseruire.
Hec autem ego feci partim monitis Mtis vre, partim officio meo inductus, tametsi non ignorem plus authoritatem et consilia Mtis vre apud illmus Mtiam quam persuasionem meam ponderis habere. faciemus et deinceps omnia que ad retinendum illum in patria facere posse videbuntur.
Rogauerat à me Mgcia sua, vt ego id taciturnitate celatum retinerem, quod ego quidem illi presto, sed tamen ceteros nihil minus prestare video, qui palam inter vulgus hoc iam predicant et affirmant. Cum Regia autem Mte |primum| ea de re aliquid conferam opperiar Mgcie sue responsum, quam confido mutata voluntate mihi responsuram esse.

Dominus Casper Maczieiowski pridie huc recta ex Ratisbona à Cesare venit, is refert Cesarem cum Sermo Rege Romanorum fratre suo, et omnibus Imperii Principibus facere grandem aduersus Thurcas preparationem cuius magnam partem tam in Exercitu, quam in operibus bellicis extare iam dicit. dicit etiam post paucos dies hic apud nos affuturum Rmum dominum Joannem Dantiscum Epm Culmensem, qui cum omnium rerum cognicionem teneat nobis singula certius veniens exponere poterit.

Ex Hungaria incerta adhuc nunciantur, Namque alii Bude alii in aliis Variis locis Thurcorum Castra esse predicant, &

In quibus ego tunc primum meam firmabo fidem. cum à domino Laurentio Mischkowski Castellano Biecen Oratore Regio aliquid de hijs certi afferetur quod cum erit, ego Mati vre perscribere nihil morabor. Interim me illius amori et beniuolencie fraterne commendo, et cum omnibus suis foelicissimam esse atque recte in multos annos sanam et incolumem ex animo cupio. Datum Crac. xviij.a Junij Anno domini . M.o . D.o . xxxij.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Chrofero de Schidlovec Castell. Crac. Cancell.o

Magce domine. Binas accepi sub id tempus Mgcie vre literas heri vnas, nudiustercius alteras. prioribus à me postulauit Mgcia vra, vt Mtem Regiam persuasione mea adducerem, vt literis suis Regiis Mgcum dominum Palatinum Russie ab instituto proficiscendi in Germaniam reuocaret Quod tametsi pro desiderio Mgcie vre tentaui, efficere tamen non potui. dicente Mte sua sibi non videri integrum vt de re quam ex rumoribus tantummodo accepit, et que illi non est ad animum, ad illius Mgciam scribere debeat. Alteris literis rogat vra Mcia, vt consilium et operam meam interponerem, vt omnino dominus ipse Palatinus Russie quibuscumque racionibus domi retineatur. In qua re tametsi feci quod maxime potui apud illius Mgciam Ceris persuadens, consulens, et contendens ne hoc institutum suum, quod nemini prudenti satisfaciat prosequatur. Adhuc tamen non recuso in hoc omnem reliquam ingenii et industrie mee facultatem impendere, vt et Mgcie vre desiderio satisfieri, et illius Mgcie rationibus recte consuli à me

possit. Intelligo enim ex hac re nisi cito conquiescat et supprimatur, non parum dignitati et existimacioni illmis Mgcie, partim apud Principes nros partim eciam apud Regni Incolas detrahi posse. Quod si id ad Regiam Mtem serio deferatur tum maxime indecora aliqua opinione Mgciam suam affici suspicarer Nam cum Mtas sua non assentietur illius voluntati quod proculdubio faciet, vererer ne hec res sinistre malevolorum hominum interpretacioni occasionem daret Quare Mgciam vram ego rogo, vt diutius non indulgeat istis Mae sue cupiditatibus, sed serio cum illa agat tanquam Pr et amicus illius maximus, ne id cogitet vel instituat, quod citra indignitatem suam, et Regie Mtis indignationem reliquorumque displicenciam persequi nequaquam posset, spero enim id solam Mgciam vram in illius Mae animo moderari et sistere partim authoritate, partim consilio suo prudentissimo posse. Ad quam rem opportuno tempore opera et industria mea non deerit. Commendo me amori etc. Datum Cracovie die iiija July Anno domini M°. D°. XXXij°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Chrofero Schidlouicio Castell.o Cracouien
Regni Polonie Cancell.o

Magce domine etc. Mirifice me consolarunt Mgae vre et Mgci Palatini Russie lre, ex quibus vtrisque intellexi aliquantulum iam ipsius Mgci domini Palatini Russie serium institutum refrixisse. Namque cum scribat se nolle institutum suum inconsulta Mgcia vra prosequi, facile conijcio illius Mgciam remissa affectus vehementia ad animi sui prudentiam rediisse. Et spero futurum quod consiliis et paterna Mae vre persuasione retineri poterit, et penitus à profectionis instituto amoveri. In quo etsi iam semel ego officiosam navavi operam scriptis et persuasionibus meis à Mgcia sua contendens ne se externe glorie desiderijs vinci et ab officiis patrie abduci patiatur, adhuc tamen in putia, quantum in me est id apud illam repeto, maxime id optans, vt maturè deliberacionem de profectione deponat, et voluntatem suam cum meis consilijs coniungat, subiungens et illud quod videtur Mae vre expedire vt ad Aulam huc se transferat et vna cum Mgcia vra hic moretur, Regiam Mtem in hac rerum maxima varietate consiliis suis adiutura.

Ceterum quod Mcia Vra scribit se huc propediem venturam esse magnopere mihi est gratum. et ago et habeo illi hoc nomine magnam gratiam, video enim quam conducat reipublice nre vt primores in expediendis negociis pnti tpe occurrentibus Mti Regie presto sint à consiliis semper. Ego etiam vtcumque variis et indignis modis per hoc totum tempus fuerim hic tractatus, dabo tamen operam, vt breui

tempore priuatis meis negociis absolutis ad officium publicu cito reuerti possim.
De Doctore Aucto reuocando faciam omnem operam qua potuero maxima, sed vereor ne difficilem mentem Regia in hoc offendam, quam Mgcia vra diu nouit in suscipien: dis seruitoribus esse difficillimam. Quod reliquum est me amori et beneuolencie fraterne Mcie vre co: mendo etc. Datum Cracouie die xi Augusti Anno domini M. D. XXXij.

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Ioanni de Tarnow Palatino Russiae.
Exercituum regni Poloe Duci generali.

MAgce domine fr et consanguinee charme ac honorandme. Scripsi prioribus lris breuem et apertam animi et consilii mei sentenciam Mgcie vre, quod scilicet in hoc rerum statu et condicione magis conducere illius honori et dig: nitati putauerim, vt domi maneat, qz indubiam exter: narum rerum et euentuum fortunam se profectione institu: ta transferat, sed quoniam hactenus Mgciam vram nontantum consilys et sentencia mea permouere quantum suo instituto tribuere cognoui, continere me non potui, quin ab illa iterum hoc contendam, ne difficillimo tempore patriam propter quascumqz vel maximas externas obla: tas honoris condiciones deserat. Nam etsi ego non conce: dam raciones quibus M. vra ad proficiscendum nititur non parum in se habere honestatis, fateri tamen rursus co: gor plus illis tribui, a vra Mgcia debere, que cum necessitate reipublice et patrie sue coniuncte sunt, qz que

priuati illius honoris ac commodi spem sequuntur. Quare
pro iure mẽe mutuę coniunctionis et fraterni amoris vinculo
illam magnopere pntibus rogo, et obtestor deponere iam et
prorsus deserere velit suam profectionis institute delibera:
cionem, que non modo amicis et necessariis suis molesta est
sed omnibus eciam qui recte intelligunt et iudicant, non
omnino videtur decora. Maiorem enim laudem Mgcia
vrã merebitur, si in officiis tuende patrie permanserit
q̃ si externe glorie assequende spem amplectatur. Vt
autem facilius animum ab instituto suo amouere et in Mgã
domini Castellani Crac Soceri et patris sui atq̃ meis
consiliis confirmari possit, Suaderem amice vt huc se q̃
primum ad Aulam Mtis Regie transferet, simulq̃
et Mtem suam consiliis in tanta rerum varietate suble:
uaret et Mtem Rlem aliqua racione sibi placatam effi:
ceret; que mihi videtur Mgcie vre nimis etiam nõ
occulte infensa esse. hoc tamen ego Mcie vre prudencie
committo, quam confido nihil temere contra amicorum sa:
luberrima consilia et monita facturum. Commendo me
solito amori et beneuolencie fraterne Mgcie vre quam
semper cum suis omnibus foelicissimam esse et recte saluam
ac incolumem vehementer et ex animo opto Dat Cra:
couie xi Augusti Anno Mo Do xxxi

MAgi
non
per
seg
et
ex
aut
tar
uta
ser
Lit
et
re
Da

SEr
Cu
Ser
vr
om
nol
Re
se

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree Niemerowicz Lituano.

MAg^ce domine amice char^me ac honoran. Perturbauit nos non mediocriter obsidio domini Eustaphii in Castro Czirkassi per Imperatorem Precopen et eius ordam et coniectura as: sequimur q id factum sit propter Asslam Soltanum qui et receptum haberi apud dominum Eustaphij et per illud ex promissione Mtis Regie foueri solet. Credimus autem q dominus Eustaphij se viriliter deffendet et Thar: tari adiuuante domino deo non pocientur votis suis. Na Mtas Regia pro sua prudencia ac vigilancia non de: seret et illum et vram M. quod ipsum dominos quoqz Lithuanos facturos esse confidimus et speramus. Valeat et sit foelix vra M. et quicquid istic innouabitur, reddere curet Mtem Regiam de omnibus certiore.

Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Regi Rom. Vngarie etc.

SErme Princeps etc. Cum Generosus Smyl Cuna de Cunstat per publicum fidem datam istuc ad Mtem vram Serenissimam se conferebat, supplicauit nobis vt illum Mti vre commendaremus, confidens se apud illam commendaci: one mea in gratiam restitui posse, quem quoniam nos scimus Nobili et honesta familia esse, per idqz tempus quo hic in Regno meo fuit, tranquille et quiete se in omnibus gessis: se, negare illi intercessionem meam non potuimus. Quare

commendamus Illum Mti vrae Sermae et simul rogamus, vt condonata illi culpa qua adversus illam excesserat, in gratiam suam restituere illum dignetur. facturu Mtas vra Serma, rem et nobis gratam, et sua Regia pietate dignam quam perpetua servitute ipse Cuna Mti vrae Sermae mereri curabit, et nos benevolenti gratifficatione referre curabimus. Commendamus nos amori et benivolentiae fraternae Mtis vrae Sermae et ex animo optamus vt deus omnipotens illam cum suis omnibus diu sanam et semper foelicissimam conservare et tueri dignetur. Datt Cracoviae die xvija Junij Anno dni 1532 Regni mei anno xxvio

Chrofero Szidlovicio Castel. Crac. Cancello
Ioanni de Tarnow Castell. Palato Russiae
Exercituum Regni Poloe Duci generali

MAgce sincere nobis dilecte. Credimus non ignorare S. tuam quod Generosus Joannes Pieniazek Judex terrae Cracovien cum in vivis adhuc esset, quattuor millia florenorum nobis in redemptionem bonorum Sandecen quae Generoso olim Petro Odnewski erant oppignorata, ea condicione dederit, vt tamdiu ipse vel heredes sui dictis bonis praeessent eaque tenerent, quamdiu haec summa ex perceptione proventuum non extenuaretur. Cui condicioni iam pene moriens idem ipse Judex et aliam hac nobis suscipientibus adiecit, quod heredes sui redempto pecunia sua censu quem Cives Sandecen quot annis pendunt vicariis Ecclesiae Cathedralis Cracovien debeant etiam in praefectura Sandecen ad extenuationem

eiusdem pecuniȩ soluendȩ permanere. Quare cum neque per has susceptas condiciones, neque per datam obligationem et promissionem nram literariam, liceat nobis et S.tis tuȩ peticionis et meritorum Generosi Stanislai Stadniczki Castellani Sandecen rationem habere, boni consulet S. tua et id non nostrȩ voluntati sed occasioni necessitatis attribuet. Quam bene valere et foelicem esse optamus Dat Craconiȩ die XXij.a Junij Anno M.D.o XXXij.o Regni nri anno XXVj.o

Andreas Cricius Eps Ploccen
Petro Tomicio Epo Craccouien
R.P. Vicecancell.

RME in Chro Pr et domine benefactor colendissime. Mitto R.me D.ni Vrȩ quȩ Romam, et ad Caesarem scribi mandauit, et gaudeo vehementer illum nobis Protectorem factum, qui ab omnibus commendatur, et qui Patrui vestigia sequutus R.mam D.nem Vram cumprimis obseruare curabit. Si adhuc non scripsit Romam de prorogando Jubileo Ecclesiȩ meȩ, supplico adscribere in hiis literis tam ad Pontificem, quam etiam ad Protectorem dignetur, sed neque repetere noceret

Ego mi R.me domine, licet adhuc in ea ȩtate et ocio, possum ipsemet commode munus Pontificium obire et exercere, obeoque et exerceo illud libentissime, tamen ne illi aliter interpretentur, qui alia omnia nos agere honestius putant, quam ea quȩ professionis nrȩ sunt, delegi mihi Suffraganeum, vnum ex duobus quos dudum animo designaueram, nempe dominum Archidiaconum Polthouiensem, tametsi erant aliquot

quot alii qui sine meo sumptu et prouisione munus hoc cap:
tabant. is nunc mittit Romam pro expeditione sua, itaque
rogo adscribere non grauetur Rma. Do. Vra saltem ad
Protectorem id quod ultra scienciam eius subiunxi et com:
mendare hoc negocium Domino Doctori Rzeczicza, literasque
securitatis huic nunctio concedere dignetur, qui etiam et
alias literas, quas Rma. Do. Vra. mittere dignabitur
commode portare poterit, est enim Rompeta et confidens
et expertus. Commendo me meaque seruicia in gratiam
Rme. D. Vre Poltthonie penultima Junij Anno
domini Mo. Do. XXXii^o

Cricius Tomicio

RME mi domine et benefactor colendissime. Venit nuper
ad me dominus Zebrzidowski Nepos meus quem ma:
luissem per tantum tempus vel fuisse in seruicio Rme
D. Vre in Aula, vel honestiore occasione abfuisse.
vtcumque sit commendo illum Rme. D.ni Vre gre,
et me vna, Quam dominus deus seruet semper
sospitem et foelicem Poltouie x^a Julij Anno
domini. Mo. Do. XXXij^o

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Alberto de Brandeburg Marchioni Duci in Prussia.

Illme Princeps et domine domine honorandme. Cum hic postulatum fuisset nomine Illmis vrę apud Mtem Regiam dominum meum clementissimum, vt literę ad Principes et cęteros Germanię Ordines de reuocando banno contra Illmem vram promulgato scriberentur, nihil tum ego officii et diligentię pretermisi, vt ei honesto et necessario desiderio Illme D. vrę satisfieri potuisset, quin etiam ipse illas et scribi et perferri ad omnes curaui, à quorum maiore parte etsi responsa ea fuerant allata, quòd ad postulationem Mtis suę vellent causam hanc Illme D. vrę apud Cęsaream et Romanorum Mtem promouere, illa tamen ego non tam ad rem pertinere putaui vt mitti Illme D. vrę debuissent. At cum nunc Rndus dominus Joannes Dantiscus Episcopus Culmen Mti suę scribat quid sit ea in re in Conuentu Ratisbonen nuper factum, verba ex illius literis describenda duxi quę in Sceda presentibus inclusa Illme D. vrę mitto, vt interim quod huc redit ipse dominus Epus aliquid de rebus suis cognoscet planius omnia ex verbis ipsius domini Epi tum cum redibit cognitura cuius iam reditum in horas expectamus. Commendo me et officia mea Illme D. vrę quam ex animo et diutissime sanam et semper foelicissimam esse cum suis omnibus vehementer desidero. Dat Cracouię die xxv.a July Anno dni M.o D.o xxxij.o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ducibus et Statibus Slesiae

Illres Principes, Rndi, Spectabiles, Mgci, Nobiles, et Famati sincere et grate nobis dilecti. Accepimus litteras .D. vrarum, quibus scribunt Tutores et subditos Illris domini Ducis Thessnen ad se retulisse, qd ob presentem magni momenti et communem necessitatem expedire illis videretur, vt quemadmodum in sui pupilli bonis et reliquo tractu Hungariā prospiciente silue sunt cese ad impediendam et prohibendam hostium incursionē, cederentur eciam in bonis Nobilium Laurencii et Joanis fratrum de Comorow subditorum meorum, que vtrique in Regno meo in illa tn̄ propinquitate et vicinia habēt, qua damnum ab hostibus dari et bellum inferri atque irrupcio immitti posset, in qua re .D.nes vrē a nobis postulauit vt iussu meo Nobiles subditi mei predicti cedi silnas bonorum suorum faciant et permittant. Quodqidē etsi prius quam litere .D. vrarum ad nos peruenerint ab ipsis subditis nris in querela graui accepimus. Dicentibus illis sylnas bonorum suorum et antea semel et hoc tempore iterum sine sciencia et voluntate sua cesas esse, exindeque et illos et locius Regni mei raciones et Jus iniuria affici, Nolentes tn̄ publice et communi omnium vicinorum necessitati deesse, Mandauimus eisdem subditis nris de Comorow, vt nunc propter hanc necessariam causam permittant sylnas suas cedi, salua tn̄ manente pristina cuiusque possessione et conditione finium, nunc cum illorum bona intra fines regni nri sunt posita, cautum hoc nobis et

illis esse apud D. vras volumus, ut quod ad postulacionē illarum et propter temporum necessitatem benivole concedimus ad usum posthac possessionis et veterum limitum perturbacionem non trahatur quod D. vras pro officio et pro bone vicinitatis iure prospecturas esse non dubitamus Que bene et foeliciter valeant Dat Cracouie die v.a Augusti Anno domini M.o D.o XXXvj.o Regni nostri anno XXvj.o

Sigismundus I. Rex Polonie Alberto Duci Prussie

Ill. etc. Declaravit nobis paulo ante per literas suas ex Torumo datas Nobilis Paulus Fassolth Capitaneus Ill.tis vre Ilauien se propterea ex Ducatu Ill. vre discessisse q certis non tollerandis ab illa, seu eius Officialibus iniurijs premeretur, subinde à nobis supplicans, ut de saluo conductu illi provideremus, quo ille fretus possit in Regno terrisque Prussie ac reliquis dominiis meis secure morari et res negociaque sua cum vra Ill.te tute et sine metu transigere In quare tametsi nos nihil antea neque ab Ill.te vra neque à quoque alio audivimus, cogitantes tamen q cum ille sit non vilis condicionis, et militaris homo, posset irritatus et meis et Ill.tis vre dominiis per inimiciciarum denunctiacionem nocere, repulsam supplicationi sue dare non fuit nobis visum, sed saluum Conductum illi ad festum Sancti Martini proximum concessimus, ut interea et ipse res suas tranquille curare, et nos ab Ill.te vra quid id rei sit intelligere possimus, Quare Ill.tem vram hortamur, ut nobis totam istius rei racionem describat et simul certiores nos faciat, an in Aula mea, vel istic

in propinquo coram Commissariis, à nobis et à se designan:
dis rem hanc agi et transigi malit. Nos enim propter bonu
pacis et meam authoritatem interponere, et Commissarios
Sex viros prudentes et neutri parti suspectos vt ille optat
deputare nihil grauabimur, quibus alios totidem proparte
sua Illtas vra adiungeret. Q uam et foelicem esse et
recte incolumem optamus Dat Cracouie die iiij July
A nno domini Mº . Dº. XXXijº Regni
nri anno XXvjº

SIgismundus primus Rex Polonie Alberto Duci prussiae

Illris Princeps et domine Nepos charme. Probe hec intel:
leximus que nobis Illtas vra in commendacionem cause
Casparis Cober Ciuis Elbingensis subditi nri scripsit.
postulat enim Illtas vra, vt non obstante inhibicione
qua Commissariis inhibuimus ne causam apud se actam
amplius indicent, procedere, ad illius cognitione dictos
Commissarios permittamus. N os etsi cupiamus Illris
vre intercessionis et commendacionis racionem habere quia
tamen citra iniuriam alterius partis id facere non possu:
mus, vt datam inhibicionem reuocemus, optamus vt id
Illtas vra boni consulat et ita vt fieri potest suscipiat.
Ea enim inhibicio que à nobis facta est nihil constitucioni
Serenmi Regis Casimiri bone memorie patris nri desidc:
ratissimi quemadmodum Illtas vra scripsit repugnat,
cum nos non vetamur eadem constitucione que ad Ius Po:
lonicu tantummodo et non ad illud Prutenicu pertinet, in:
hibiciones ad extraordinarios Iudices quales Commissarii

sunt dare Et proinde censemus id equitatis et iuris esse vt ipse Casper Cober causam suam in iure sue Ciuitatis ordinario, in quo si quid sibi non satisfactum pro iusticia sua putauerit, prouocandi ad Conuentum terrarum nrarum Prussie vel ad nos habebit facultatem, tum enim cum per appellacionem ad nos delata fuerit res nos id in illius caussa decernemus quod equum et iustum esse censebimus bene valeat Sltas vra et sit semper foelix Dat Cracouie die va Augusti Anno Mo Do xxxvj Regni nri anno xxvj

Sigismundus Rex Polonie Ciuibus SAndecensibus.

FAmatis Proconsuli et Consulibus Ciuitatis nre Sandecen fidelibus dilectis gram Regiam famati fideles dilecti Significauit nobis per Nuncium et literas suas Mgcus Orator Sermi et Christianissimi domini Regis Gallie quod propter grauia et ingencia bella que modo sunt in Regno Hungarie non possit secure redire ad Regem suum nam per Hungariam, et demum per Mare iter suum facere vellet, Rogauitqz nos vt quoad libere et secure abire de Regno meo possit nos illi istic et in alijs locis Regni mei Ius hospicii et libertatem manendi admitteremus Nos vero scientes officii mei esse vt Oratoribus Regum et Principum Chrianorum ad nos venientibus omnem gram et fauorem exhibeamus Mandamus vobis vt quamdiu idem Orator isthic manserit et honorem debitum vt decet exhibeatis et nullam vim molestiam aut iniuriam illi et eius seruitoribus inferatis, aut

inferri permittatis sub gravissima indignatione mea aliter facere non ausuri Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Statibus Marchionat. Moravie

Rde in Chro Pr, Spectabiles, Mgci, Generosi et Nobiles sincere et grate nobis dilecti. Accepimus lras Sinceritatum vrarum quibus declarant se edoctas esse quod Mgcus Hieronimus de Lasko, intendat damnis et incommodis quibusuis, vel iniuriis Marchionatum istud Moravie afficere, et postulant à nobis vt prouideamus ne quid ab illo tanqz subdito nro iniurie vel incomodi isti Marchionatui afferatur, adjcientes vbi quod ab illo audax facinus admittatur, se id sine molestia et offensione tollerare non posse, Nos credimus Stes vras non latere, quod iam à multo tempore idem Mgcus Hieronimus de Lasko seruiciis se Sermi domini Regis Joannis addixit et quecumqz in rebus bellicis molitur vel administrat, hec iussu illius Mtis preter scienciam et voluntatem nram facit Quare cum neqz liceat neqz sit honestum vt nos negociis et seruitoribus alienis leges prescribere, et mandata dare debeamus, non postulabunt hoc à nobis Stes vre quod ipse sole in similibus non facerent. Nos enim quantum ad regnum nrm attinet prestare volumus, vt nulla ex hinc iniuria vel damnum Marchionatui Moravie afferatur, neqz aliqui milites per Regnum nrm traducantur, et diligenter curabimus vt eam beneuolenciam amicam vicinitatem cum Sinceritatibus

vris qua dudum usi sumus retineamus et quantum in nobis est conseruemus hoc idem de Statibus vris nobis pollicentes Que bene foeliciterqz valeant omnes Dat Cracouie xxx Julii Anno domini M° . D. XXXii Regni nostri anno XXvi°

SIgismundus primus Rex Polonie Alberto Duci Prussiae.

Illtris Princeps et domine Nepos char^me. Probe hec intellexi: mus que nobis Illtas vra in commendacionem cause Casparis Cober Ciuis Elbingensis subditi nri scripsit, postulat enim Illtas vra, vt non obstante inhibicione qua Commissariis inhibuimus ne causam apud se actam, amplius iudicent procedere ad in illius cognicione dictos Commissarios permittamus nos etsi cupiamus Illtis vre intercessionis et commendacionis racionem habere, quia bn citra iniuriam alterius partis id facere non possumus, vt datam inhibicionem reuocemus, optamus vt id Illtas vra boni consulat et ita vt fieri potest suscipiat

Ea enim inhibicio que a nobis facta est, nihil constitucioni Ser^mi Regis Casimiri bone memorie patris nostri desideratissimi, quemadmodum Illtas vra scripsit, repugnat, cum nos non vetamur eadem constitucione que ad Jus Polonicum tantummodo et non ad illud Prutenicum pertinet, inhibiciones ad extraordinarios Judices quales Commissarii sunt, dare et proinde censemus id equitatis et Juris esse vt ipse Caspar Cober agat

CARolus V Cesar Catholicus Sigismundo primo regi Polonie

CArolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus, Germanie, Hispaniarum, vtriusque Sicilie, Hierusalem etc. Rex, Archidux Austrie, Dux Burgundie, Comes Flandrie etc. Sermo Principi domino Sigismundo Regi Polonie Magno Duci Lithuanie etc. fratri et consanguineo meo charo Salutem et fraterni amoris perpetuum incrementum. legimus literas Serenitatis vre quas de dissidio Hungarico die xva Junii ad nos dedit, et exemplar quoque literarum aduersarii Sermi Romanorum Regis fratris mei charmi ad Sertem, cuius de reipublice salute studium, quemadmodum non possumus non vehementer probare, ita ad literas prefati aduersarii, respondere, in quibus multa falso asseuerantur, plurimaque preter Regum ac Principum morem iactantur, superuacaneum existimamus, presertim cum eiusmodi sint, vt si ab ipsomet aduersario denuo legantur, quam multa deprehensurus sit, que reticere pocius quam scribere vel ipso Judice oportuisset. Non tamen dissimulandum esse existimamus, quod nunc de falso timore summi Pontificis nunc de obitu pie memorie Regis Ludouici scribit, Primum, vt que sua Sanctitas de Jure Sermi fris mei melius instructa pro sua iusticia et equitate facit, vano pocius timori quam Iuri tribuatur, alterum vt eorum culpam qui Regem in Prelio deseruere, et qui Thurcas in perniciem reipublice concitarunt, in eos scilicet deriuet qui cum Regem armis iuuare vellent, aliorum viribus inuasi, ad se suaque tutanda eos conuertere coacti sunt. sed hec missa faciamus, maiora enim nunc agitantur

agitantur animo, q̃ʒ vt ea libeat aut vacet consutare ad rem paucis respondebimus. Quanq̃ʒ ex eisdem literis ellicere poteramus, q̃ʒ non habeat prefatus adversarius animum ad pacem propensum, qui de ea se libenter agere velle scribit, modo id à nobis et Ser.mo fratre n.ro serio agatur, et nec vbi, nec quando, nec quibus modis id faciendum esse existimiet vsq̃ʒ declarat. vnde quid hic habeat animi, Thurcarum forte presidio ac viribus fretus facile indicare quis possit. Attamen vt Ser.ti v.re et ceteris Principibus Chrianis perspicuum sit per nos non stare quemadmodum nunq̃ʒ stetit, quominus hec pax et concordia fiat. Denuo Ser.ti v.re pollicemur, nichil nos in presencia magis cupere, q̃ʒ vt dissidium hoc reipublice perniciosum è medio tollatur, et firmissima ac perpetua pax et concordia inter contendentes firmetur et stabiliatur, de eaq̃ʒ nos et Ser.mus fr.r n.r serio atq̃ʒ ex animo agere velle, veluti hec seriò et ex animo dicimus, non quod Thurcarum vires aut minas vereamur, ad ita res n.ras disposuerimus, vt favente deo optimo Maximo cui eas ex animo commendavimus, rempublicam Christianam ab eorum iugo nos servaturos speremus, sed quod perspiciamus nihil esse adeo solidum ac firmum quod non discordia dilabatur, nihil rursus tam fragile, quod non concordia firmetur et crescat. Agat igitur Serenitas v.ra cum adversa parte, vt tanq̃ʒ Christianus, Chriane reipublice salutem privatis affectibus preferat, et animum ad hanc pacem disponat, et videbit q̃ʒ parum erit difficultatis in Ser.mo fr.e n.ro ad honestas pacis condiciones amplectendas inducendo. Quodsi forte n.ra hac lenitate inductus, et Thurcarum presidio fretus, maluerit bellum q̃ʒ pacem, et sua arma sempiternorum hostium qui rempublicam vastent, armis adiungere q̃ʒ n.ris, eam qui ab eorum iniuriis tueamur, nos certe nec n.ris copiis tum Italicis tum Germanicis, nec Romani

Imperii viribus reipublice unquam defuturi sumus. Quod si ceteri Christiani Principes quibus idem imminet periculum suas vires nostris adiungere voluerint minori negocio res co̅ficietur, sin minus prestabimus saltem nos que omnipotenti deo Reipublice Christiane nostrisque honori et dignitati debemus Que omnia Serenitatem vestram latere nolumus vt sciat nos ita propensos esse ad pacem, vt etiam paratissimi simus ad bellum Quemadmodum à Rendo Joane Dantisco Epo Culmen eius Ore hec latius habitura est Faxit optimus deus vt conatus nostri in illius gloriam et reipublice salutem cedant et vt Serenitas vestra diu ac foeliciter regnet et valeat Datum in Civitate nostra Imperiali Ratisbona die iiij^a Mensis July Anno domini 1532 Imperii nostri duodecimo

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Dantisco Epo Culmen. oratori

Reverende in Christo Pater sincere nobis dilecte. Cum Magnificus Hieronimus à Lasko missus à Rege suo ad Caesaream Maiestatem Orator hac iter faceret, nomine Serenissimi Regis Joannis, à nobis postulavit vt cum apud Caesaream et reliquos Principes Christianos ageret de promovenda ope illorum inter Reges de Regno Hungarie dissidentes concordia et pace, nos quoque tum nomine nostro iuvari illum apud Caesaream Maiestatem et alios Principes mandaremus. Quod cum visus est pro bono publico et communi necessitate postulare, negare illi honeste non potuimus. Quare Paternitati tue committimus vt in Consiliis ad concordiam conducentibus illum prudencia dexteritateque sua iuvet, et quatenus consilia eius contra

contra professionem neutralitatis meę facere non videbuntur, illi adsit. Nam quantum vtriq; parti, de opera meá ad pacé conciliandam libenter concedimus, tantum é contrario vbi res à concordia amouetur, neutri officium meum accommodare decreuimus. In qua re non dubitamus Pr̃tem tuam ita comode pro industria et prudencia sua agere omnia posse, vt nihil nobis neutralitatem profitentibus ab altera vtra partium imputari queat.

Coeterum quia dudum literas publice fidei à Mté Coesarea, pro quibus nos Cubicularium istuc misimus, Oratores Serm̃i Regis Joannis expectarunt. P. tuam hortamur, vt illas, q; primum ad nos, si adhuc non fecit, transmitti curet, Cum quibus nos vicissim illos consequi in itinere curabimus ne non habito saluo conductu periculi aliquid subire cogantur. Factura tua Pr̃tas pro officio suo et gra meá Quę ut bene valeat Dat Cracouię. M°. D°. XXXij°

Joannes Rex Vngarię Sigismundo regi Polonię.

Ex^me. Princeps affinis et tanq; Pr̃ noster char^me. Accepimus literas vr̃é Mtis, per hunc Cubicularium eiusq ad nos missas, in quibus rursus scribit ad nos de Oratoribus, qui in negocio pacis inter nos et aduersarium meum mitti deberent tenendis, paratis atq; instructis, super quo negocio cum vr̃á Mtas his superioribus diebus satis clare intellexisse mentem meam potuerit et totum huius rei statum nescimus quid nunc ad Mtem vr̃am scribamus, Intellexit enim vr̃a Mtas primum hoc, quod semper ab inicio intellexerat, Nos vt semper fuisse, ita nunc q; esse paratos, ad

concordiam cum aduersario honestis, et Regno meo, ac eius co:
seruacioni vtilibus condicionibus meundam, deinde plures esse
causas, cur nos Oratores meos in Germaniam mittere nō
potuerimus et nunc longe minus possimus. Ad quod eciam
nos fuisse paratos tunc, quando fuit tempus Mtas. vra
et nobis locupletissimus testis. Quippe cum Or nr, isqz
non vnus ex gregariis, vel mediocribus Oratoribus, sed
Vaiwoda nr Transiluanus, atqz idem non postremus
eciam ex dominis istius Regni vre Mtis Polonie, bis
fuerit per plures dies in Curia eciam aduersarii mei sed
iam videt Mtas vra, eo rem esse deductam, aduersarii nri
obstinacione, vt iam potentissimus Thurcarum Imperator cū
omnibus viribus suis appropinquet, illud certe mirati su:
mus ab inicio semper, et nunc qz mirari non desinimus
q de re tanti momenti, tam paruam curam gerant, hii pre:
sertim ad quos potissimum pertineret, huiusmodi dissidia tol:
lere ac de salute publica dies, noctesqz cogitare, et quomo:
do tam iniqui sint rerum humanarum Judices vt aequum
esse censeant, Nos hoc eciam vnico Regno preter quod nil
in mundo habemus, quod nulla fraude, nulla vi, sed legit:
time consequuti sumus priuatos, et a solo meo Natali ac
dulci patria exlorres, vitam miseram alicubi in tenebris,
ac perpetua ignominia ducere potius qz q aduersario meo
ex tot Regnis et amplissimis titulis aliquid decrescat ac de:
cedat. Vram Mtem foelicissime valere et Regnare cu:
pimus, et eidem omnia mea ex animo diligentissime comen:
damus. ex Buda octaua die Mensis July Anno dni
M° D XXXII Regnorum meorum anno Sexto

MAg
scr
Ioa
cia
xe
per
fer
cor
do
ci
ca
Th
goc
do
pof
nr
lic
dip
vo
la
ze
et
zea
Or
fi

Sigismundus primus Rex Polonie / Palat° Sandomirien

MAg^ce sincere nobis dilecte. Ita est quemadmodum edoctam se
scribit tua S^tas, de misso per nos in Aulam Ser^mi domini
Joannis Hungarie Regis Oratore nro, rediens enim ex Tur:
cia Nuncius nr Vilamowski declarauit nobis se cum hoc
responso ab Imperatore Thurcorum ad nos dimissum esse, q Im:
perator ipse missurus erat ad nos Oratorem suum qui dif:
ferenciam hanc inter nos et Voiewodam Moldauiensem
componeret quem Oratorem referebat idem Vilamowski Lu:
douicum Gritti futurum fuisse, postea vero ipse Ludouicus
Gritti miserat ad nos Nuncium suum per quem Signifi:
cauerat nobis se Oratorem ad nos à domino suo Imperatore
Thurcorum designatum esse, sed quia exigentibus aliis ne:
gociis et racionibus se alia mandata in itinere à prefato
domino suo essent consecuta, venire se ad nos non potuisse
postulaueratque per eundem Nuncium suum à nobis, vt in
Aulam Ser^mi domini Joannis Hungarie Regis Oratorem
nrm cum mandato et instruccione sufficienti mitteremus pol:
licens se illic collocaturum omnem operam suam in eam ipsam
differenciam componendam. Nos volentes nos accommodare
voluntati Imperatoris Thurcorum quem ex Nuncio nro Vi
lamowski didicimus esse propensum ad sistendam ipsam diffe:
renciam inter nos et Voiewodam Moldauiensem, simul
et prospicientes ne pretermisse videremur causam qua ille nobis
reddi posset infestior misimus quidem in Vngariam prefatum
Oratorem nrm sed in cuius illic praxia non speramus con:
ficiendas fore aliquas inscripciones et foedera putamus tamen

q saltem mandabitur forte Voiewode Moldanien ut a bello contra nos prosequendo quiescat seqz erga nos et subditos nros pacifice conseruet, Et hec est racio qua nos adducti Orem nostrum in Hungariam misimus, id quod tue Sti non usque: quaqz placere ex literis eius cognouimus

Non libenter audiuimus detentos esse ,, isthic cum mercibus subditos Ducis Moscow cum quo nobis sunt Inducie id vero magis nos permouet q in Turcim reclusi sunt et proinde volumus ut tua Stas mox visis his literis eos libere cum mercibus ipsorum om: nibus dimitti iubeat ad propriaqz redire permittat id vero quod detenti erant verbis diluat causam videlicet deten: cionis illorum in hoc ,, detorquendo q nesciebatur reuera eos esse subditos Ducis Moscow quandoquidem neqz literas illius habuerint neqz profecti erant isthac in Thraciam q qz tua Sinceritas nesciebat que Capitula fuerint Induciarum per nos cum eorum Duce initare, et alia id genus que in ex: cusationem fortuna fore videbuntur afferat tua Since: ritas Lagenam vero cum aqua de qua scripsit nobis tua sinceritas volumus ut eis non reddat, sed isthic relinquat et nobis huc tandem transmittat.

Ceterum non opus est significare quicquam Oratori nro in Hun: gariam misso de debitis per subditos Voiewode Moldaui: en subditis nris exoluendis, profectus est enim illo cum instructione sufficienti, sed neqz putamus raciones soluen: di debita et mercaturas inter comunes subditos nros exer: cendi illic fore tractandas ea enim omnia si pax perpetua futura erit huc ad nos reicientur, et postea in presencia Oratoris Voienode Moldanien uti antea factitatum est conficientur

Preterea probamus q tua Sinceritas prohibet quominus sub

quominus sub his Induciis qualescumque sint fiant excursiones de Regno nostro in terram Voievode Moldauien. Mittimusque tue Sinceritati literas nostras per quas precipimus omnibus Nobilibus terre Colomien ut se subditosque suos contineant ab eiusmodi excursionibus faciendis, in eos vero qui in hoc contrarii fuerint per Capitaneos nostros animaduerti permittant et quominus animaduertatur non prohibeant. Nolumus enim ut antea sepius diximus: ut vel minima occasio hunc hostem bello lacessendi a nostris prebeatur bene valeat tua Sinceritas Datum Cracouie die xxi Julii Anno M° . D . XXXii° Regni nostri anno XXVi°

Sigismundus primus Rex Poloniae Hieronymo Lasski Vaivode Transiluanie Siradien Palat°

Mag^ce sincere nobis dilecte. Nudius tercius huc ad nos venit Nuncius Imperatoris Thurcorum vel pocius domini Ludouici Gritti, missus in negocio eius belli quod inter nos et Valachum hostem nostrum intercedit Qui quoniam rursus hinc discedens, recta proficisci debet in Aulam Serenissimi D^m Hungarie Regis, eumque nostri Or illuc subsequi, S. tuam hortamur, ut prouideat consilio et opera sua, ne et ipse et nostri Or aliquid in itinere discriminis et difficultatis subeant sed ut tuto et secure illic in Aulam Regie Maiestatis peruenire possit Nos autem in Kiezmark usque hunc Thurcum conduci facimus bene valeat tua S. Datum Cracouie die xx Junij Anno domini M° . D. XXXij° Regni nostri anno XXVij°

Mandatum ad Tractandam Concordia inter Sigismundum regem Polo^e : et Voievodam Valacorum : datu Do. Laurentio Misshowski.

Sigismundus Etc. Manifestum facimus vniuersis. Quia licet multis iniuriis contumeliisq et damnis, à Petro Voieuoda terre Moldauien affecti simus, illeq contra iusiurandum prestitum et foedera nobiscum inita et firmata, bellum nobis hostile et insperatum intulerit, Nos tamen racionem habentes commodi et vtilitatis publice que in societate hominum precipue vero pace et concordia conseruatur, Volentes demiq satisfacere desiderio et postulacioni tam Serm̃i domini Joannis Hungarie Regis, q Inclyti Thurcarum Imperatoris, qui nos ad concordiam cum ipso Petro Vayvoda Moldauien pertrahebant et sollicitabant, misimus et deputauimus ad Aulam Serm̃i domini Joannis Hungarie Regis Mgcu Laurentium Myschkowski de Myrow Castellanum Biecen Consiliarium nrm sincere dilectum. Cui plenariam authoritatem et potestatem dedimus, damusq harum serie literarum, cum Oratoribus dicti Petri Vaivode Moldauien, in pñtia tam Serm̃i domini Joannis Hungarie Regis predicti, q etiam Illris et Magci Lodouici Gritti gubernatoris Regni Hungarie de concordia et pace belloq sistendo inter nos et eundem Vaivodam agendi, tractandi, consulendi, transigendi, et determinandi, promittentes in verbo nro Regio q quicquid per illum actum, tractatum, et constitutum fuerit ratum gratum, et firmum perpetuo habituros, non secus q si nos ipsi coram ageremus, In cuius rei testimonium pñtes literas manu propria subscriptas, Sigillo nostro communiri fecimus

Dat. Cracouie die xxviij Junij Anno domini M° D° xxxvj° : Regni nostri anno xxvj°

Sigismundus Rex Polonie Ludouico Gritti.

Illris et Mg^ce sincere nobis dilecte. Cum fuit nobis nunciatum Illtem vram missam ad nos esse ab potentissimo Imperatore Thurcarum, vt hanc que inter nos et Vayvodam Valachie intercessit controuersiam componeret, magno desiderio aduentum illius expectabamus, et plurimum letabamur talem nobis hominem loco Caesaree illius datum esse qui pro sua prudencia agnoscere et cognoscere potuisset quanta erga nos contumelia et hostilitate Valachus hostis me excessit. Nunc vero cum ex literis Illris vre cognouimus illam ex itinere per Caesaream Mtem esse reuocatam, magnopere doluimus sublatam nobis vidende Illris vre occasionem. Verum cum id voluntate et mandato Caesaree Mtis contigit, non possumus nisi boni consulere hanc Illris vre reuocationem, presertim cum loco suo alterum Caesaree Mtis Oratorem ad nos cum literis miserit quibus perscripsit abunde hoc esse Caesaree Mtis desiderium, vt a nobis ad tractandam et componendam cum Valacho controuersiam istuc in Aulam Serm̃i domini Joannis Hungarie Regis affinis nri charem̃i nuncius mitteretur. In quo vt nos optatis illius Caesaree Mtis et vre Illris satisfaciamus, designauimus ad hoc munus vnum ex Consiliariis nris quem istuc citra omnem cunctacionem mittemus, et plenam illi facultatem cum sufficienti mandato dabimus vt de omnibus

iniurijs et damnis que ex hostilitate et perfidia Valachi hostis nostri accepimus, in presentia Serenissimi domini Hungariae Regis, vt vrā Illtis transigere possit

Caeterum quod Illtas vrā de liberando ex captiuitate filio eius Mechmetbech, Oratoris Caesareae Mtis à nobis postulauit factmeos nos liberaliter recepimus, et non grauatim prestabimus, si apud aliquem subditorum nostrorum repperiri poterit, fecimus enim vbiqz de illo perquirendo curam habere. Bene valeat Illtas tua, et suam quam coepit propensionem et affectum erga nos non mutet. Nos vero et vicissim illi gratificatione et beneuolentiā nostrā referre curabimus Dat. Cracouie die xxvij Mensis Junij Anno domini M°. D°. xxxij°
Regni nostri anno xxvj°

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Joannem regem Vngarie: Data Lauren° Misscowski Castell° Biecen. legato.

Post dictam salutem Orator ista verba faciet.

Ser^{me} Rex Etsi M'tas domini mei Ser^{mus} D. Rex Polonie plurima alia certissima habeat documenta integerrimi erga se amoris M'tis v're Ser'me. hoc tamen inter cetera et maximum et honestissimum propensionis illius erga se indicium agnouit, q' M'tas v'ra Ser'ma in hoc bello quo Vaivoda Valachie M'tem suam temere et ex insperato lacessiuit aliquocies, diligentem operam fecerit, vt suscepta belli ratio ad concordiam et equas condiciones pacis inter M'tem sua et Vaivodam Valachie reducatur, pro qua amica M'tis v're Ser'me voluntate et fraterni amoris officio multu se illi debere Ser'mus. D. et Rex meus profitetur et nunc hoc loco amplissimas illi ob eam rem agit et habet gracias Nam etsi propter offense grauitatem minime deposcenda Vaivode Moldauien' amicitia M'ti sue videatur, beneuolencia tamen gratuita et sincerum ac rectum ea in re M'tis v're Ser'me propositum non potest illi non esse gratissima.

Non dubitat M'tas domini declaratum iam esse M'ti v're Ser^{me} q' contumaciter Vaivoda Valachie sit abusus et M'tis v're Ser'me beneuolencia et Serenissimi domini mei benignitate vt non dubitauerit eam Induciarum condicionem reycere q' et ipse medio M'tis v're Oratoris suo nomine optauit et M'tas domini mei ex persuasione M'tis v're ampliori tempore adauctam concesserat. Q ua illius pertinacia et hostili aduersum se animo permota M'tas sua ceperat quidem ea

in mente concipere et agitare quibus et iniuriam vindicare et contemptum illatum iusta vice referre hosti posset. verum cum Orator ab Ill.mo domino Ludouico Gritti de mandato imperatoris missus ad suam M.tem imper cum literis venisset quibus illmus Ill.tas suo et Imperatoris Thurcorum nomine M.tem suam ad implectendam cum hoste concordiam que tractari in Aula M.tis V.re deberet postulauit, M.tas sua Ser.ma ne vel Imperatoris Thurcorum desyderio cum quo ictum foedus habet deesse, vel M.tis V.re Ser.me Arbitralem personam declinare velle videretur, me ad M.tem V.ram Ser.mam cum certis mandatis et plena facultate misit vt hic in Aula illius et in presentia domini Ludouici Gritti, de condicionibus pacis et iniuriis atque damnis illatis cum Vayvode Oratoribus si qui erunt transigerem, quam iniunctam mihi prouinciam sum paratus ego exequi quandocumque M.ti V.re Ser.me oportunum fuerit visum.

Ceterum quia Ser.mus D. Rex meus memoria retinet esse quasdam veteres suo Regno depactas inscriptiones que id continent, vt omnes que quandoque de re quapiam inciderent Regno Polonie cum Vaiuoda Valachie controuersie, ad Arbitrium Regis quem pro tempore huius regni gubernationi preesse contingeret deferrentur, M.tem V.ram Ser.mam rogat vt eas inscriptiones mente reuoluere velit, et eum fauorem que vicino Regno et persone M.tis sue alius quispiam Rex prestaturus esset M.tas V.ra pro affinitate que mutuo illi cum M.te sua intercedit et secundum receptas inscriptiones pactorum, prestare velit, quod vicissim M.tas

sua omni beneuolentia fraterna et amicis officiis Mti vrae se relaturam pollicetur.

finita oratione de negocio Valachico: in hunc modum dicet.

Serme Rex Mtas domini mei credit palam esse omnibus, sed Mti vrae Serme precipue cognitum satis esse non ignorat, quanta cura et sollicitudine ab incepto bello in hunc vsque diem egerit, vt inter Mtem vram Sermam, et Sermum dominum Ferdinandum Romanorum Regem concordiam persuadere et pacem transigere potuisset, quod etsi fatis quibusdam obstantibus perficere hucusque non potuerit, conquiescendum tamen sibi in hoc nisi re perfecta non putauit honestum: Quare cum eo rem adductam esse aduertit quod à Caesarea et Catholica Mte, cuius arbitrio causam suam deferre et credere Mtas vra dr, designata iampridem pro Oratorum Conuentu Pataviensis Ciuitas in alium locum commutari ex ijs rationibus non potuerit, quas Mtas sua ex literis Caesareae Mtis descriptas Mti vrae Serme transmiserat, et quas etiam Mtas vra contrarijs scriptis suis refellere non neglexit, eodem tempore ad Caesaream illius Mtem et ad Mtem vram magnis itineribus expeditos misit nuncios à Mte ipsa Caesarea hoc rogans vt perfecta et explorata Sermi fris sui voluntate nobis certam aliquam daret significationem an serio et ex animo concordiam aggredi et perficere cum Mte vra cupiat, contra à Mte vra postulans vt si contingeret à Caesare aliquid de seria ad concordiam propensione, nobis declarare non grauetur, tum neque repugnaret Mtas vra Oratores suos in Germaniam mittere. Quam rem quoniam ad communem omnium vtilitatem spectare intelliget Mtas sua mihi mandauit vt hoc nunc etiam suo nomine verbis repeterem. Quare mandato Mtis

sue Mtem vram Serenam oro et obtestor velit in hanc partem animum et voluntatem suam inclinare et iam dif: finite assentire, vt si Mti sue visum fuerit necessarium, de hoc q3 Mtem suam accepto a Caesarea Mte responso fecerit certiorem, vt Oratores in Pataviem Civitatem, vel in quempiam alium Germanie locum mittantur Mtas vra Serema illos mitteret, sperat enim Mtas sua illud Oratorum Conventum vel eo ipso ad rem bene gerenda accomodatu fore q et ipse Caesar et Principes, ac legatus Xpostolicus reliquiq3 imperii ordines non procul ab illo abe: runt qui facile suis consiliis et authoritate pacis future negocium et transactionem ordinabunt/ Mtas autem do: mini mei se et Oratores q3 suos insignes missuram et omnes vires ingenij atq3 consilij sui impensuram polli: cetur, vt pro bono totius Christianitatis aliquid tandem in dicto Conventu statuatur

1053
57

Instructio ad Lodouicum Gritti Regni Hungariae gubernatorem.

Ill. et Mgce domine, Mtas domini mei Serenissimus Princeps dominus Sigismundus Poloniae Rex et Magnus Dux Lituaniae, cum intellexisset à nunctio suo, qui proxime ab Inclyto Thurcarum Imperatore rediit, Illtem vram nomine eiusdem Imperatoris Thurcorum de componenda controuersia, quae Mti Regiae cum Vaivoda Moldauien intercedit, ad se missam esse, maiorem in modum gratulabatur, quod tam insignem et prudentem hominem cuius animi erga se propensionem ac diligentem operam in rebus suis et Dominiorum suorum subditorum iam antea abunde cognouit nancisci debuerat, cui iniurias calumnias et varia hostilitatis genera quibus à Voiwoda Valachiae est affecta, coram in praesentia declarare et certis testimonijs illa approbare potuisse, verum cum ita ipsa Illtas vra scripsisset Mti suae, quod mutata Imperatoris Thurcorum voluntate, alium loco suo de mandato eiusdem Imperatoris ad nos mittere coacta sit, aliorsum ex itinere sola reuocata boni consulit Mtas sua hanc mutationem quae et ex necessitate et ex voluntate Sermi Imperatoris Thurcorum contigit.

Caeterum quia ex literis Illtis vrae perspexit Mtas hoc esse desyderium Imperatoris Thurcorum et Illtis vrae vt ad transigendam cum Valacho hoste suo controuersiam hunc in Aulam Sermi domini Joannis Hungariae Regis Oratorem suum mitteret, Mtas sua Serma annuens votis Imperatoris, et Illtis vrae sententiae et persuasioni accedens, mittere me dignata est ad

plena facultate et sufficienti mandato, ad tractanda tran:
sigendaqz omnia que ad iusticiam et debitum honorem Mtis
sue pertinere videbuntur.

Antequ tamen ad discussionem res adducatur Mtas dni
mei hec mandauit Illti vrã exponere q Vayvoda Mol:
damensis calliditate et malignitate nature impulsus,
à multo iam tempore Mtem suam crebris prouocabat iniu:
riis, quandoqz extorsiones vrbium in Regno Mtis sue
subornans, nonnuqz monetam sub signis Mtis sue, falsa
cudendi imitacione contaminans, plerumqz latrociniis clan:
destinis et hostilibus proximos quosqz sibi adiacentes Mtis
sue subditos afficiens. Quas iniurias cum acerbi:
tate animi sui multo tempore tollerauit et dissimulauit
Mtas sua: verum cum aduertit illum in apertam hos:
tilitatem prorupisse, Iusqz iurandum et foedera, que se
et Imperatorem Thurcorum cum Mte sua habere sciebat,
ita contempsisse, vt non fuerit veritus Regnum Mtis
sue hostiliter inuadere et prouinciam Pokucie appellata
ad regnum Mtis sue spectantem, et à Mte sua et
à predecessoribus eius à multo tempore possessam vi oc:
cupare, bona subditorum prouincie illius diripere, Mtas
sua tum demum tam insperata hostili illius impressione
commota ad repellendam et vindicandam illius hostilita:
tem cepit intendere priusqz tamen exercitum congregas:
set, Nuncium ad Imperatorem Thurcorum misit per que
iniurias hostilitatem et perfidiam Valachi hostis illi
declarauit. Cauens enim Mtas sua ne quid contra foedus cu
Mte illius receptum agere videretur contra Voivoda
hostem et inuasorem bonorum suorum nihil agere armis
voluit nisi prius iniuriam qua ab illo afficiebatur Cesa:
ree

illius Mti denunciaret. Intelligens namque illum et subie:
ctum et Tributarium Mtis sue Cesaree esse, maluit in:
iuriam aliquantisper tollerare, quam bello adversus illum suscepto
in suspicionem rupti foederis apud Mtem suam Cesaream
venire.

Ad quam declarationem, cum ita Nuncius Mtis sue vicis:
sim nomine illius Mtis Cesaree retulisset, quod illa manda:
tura Vainode Valacho severe esset ut terram Pokuzie
et omnia recepta ac hostiliter invasa Mti sue restitueret,
Expectavit Mtas sua per non modicum tempus eius res:
titucionis effectum.

SED tandem cum videret Voinodam Valachum post accep:
tum ab illius Cesarea Mte mandatum, in sua hostilitate
et pertinacia obstinatum esse, neque mandatis illius Cesaree
Mtis ulla in re parere et obsequi velle, quinetiam in con:
temptum eius Mtis Cesaree pluribus elatis et contumeli:
osis verbis in vulgum ea de se iactare, quod integrum sibi foret,
vellet nec ne mandatis illius Cesaree Mtis obsequi, cum
nihil amplius quam ad Tributum solvendum Mti sue Cesaree
velit esse obligatus.

Mtas domini mei, et iniuriarum suarum pertesa, et querelis subdito:
rum non tollerandis permota, misso cum nonnullis gentibus
et militibus Capitaneo Exercituum Regni sui, provinciam
et terram suam pokuzie recepit, et occupatores Valachos
ex illa pepulit. Ad quem casum cum demo Valachi nume:
rosiores accurrissent, iterum sunt per milites Mtis sue
repulsi

Tercio ipse Voievoda provinciam Mti sue non concedens

cum vniuersa potencia sua, et multorum millium Exercitu cumque Tormentis et omni bellico apparatu Capitaneum et milites Mtis sue est adorsus. Quem eciam auxilio dei et iusticia cooperante idem Capitaneus, cum militibus Mtis sue fudit fugauit et profligauit, multis ex illis interfectis, aliis in fugam cum ipso Vaivoda illorum versis

In quo conflictu licet Mtis sue Capitaneus et milites Voievode Valachie omnem commeatum et tormenta bellica que secum multa habuit ademerunt potuerintque victoria freti illius terram facile vastare et depopulari, proferre tamen vltra fines pedem prohibiti sunt per Mtem domini mei, ne in Mtis sue, cum Mte illius Coesarea initis foederibus aliquid offenderent.

Quibus peractis Mtas sua alterum ad Mtem suam Coesaream miserat nuncium, qui rebellionem Vaivode Moldauien, simul et hec quomodo gesta sunt Mti sue Coesaree declararet, vtque Mtem illius certiorem faceret, omnia que ex parte eiusdem Vaivode Valachi aliter dicerentur, ficta et falsa esse, et vt Mtas sua Coesarea que perfidiam et fraudes Vaivode bene nosset, nunctiis et calumniis illius fidem non adhiberet.

Qui Nuncius non multo ante reuersus est, et is primum mitti ad se Mtem vram debere retulit quam vt desiderio expectabamus, ita vicissim dolemus de illius aduentu spem illi nobis esse precisam. Tamen vt superius dixi Mtas sua que ex voto sunt Coesaree Mtis, et boni consulit, et in illis quantum in se est acquiescit. hoc solum postulat Mtas sua ab Mte vra, vt in hac causa contra Valachum Mtis sue iustissima, eam prestare velit operam et affectum quem

in reliquis negociis apud Caesaream Mtem praestare Mti suae consueuerat.

Quod officium Illmis Vrae amicum, Mtas sua omni animi gratitudine prosequi et gratificatione mutua beneuolentiae referre semper curabit.

Instructio ad ea quae in tractanda Concordia et pace agere debet Or.

Primum si aderunt Oratores Vainodae Valachiae postulabit sibi ostendi et exhiberi ab illis facultatem et mandatum ad transigend. de omnibus, quae in controuersiae actiones deducentur, sine qua facultate et mandato sufficienti, nihil neque inchoari, neque recte perfici potest.

Postea ad Sermum dominum Hungariae Regem et Illt. dominum Lodouicum Gritti sermone conuerso dicet.

Mtem Regiam plane non videre modum, neque intelligere posse qua racione firma esse possent ea quae cum Vainoda Valachiae concluderentur, Nam cum in prioribus foederibus quae omni firmitate et iureiurando erant confirmata fidem fregit, non videtur esse Mti suae aliquid deinceps fidei suae committere. Et proinde dicet querere Mtem suam à Sermo domino Hungariae Rege, et Illtri domino Gritti, vt primum omnium hoc declarent quam firmitatem foederum si quae fortasse concluderentur, polliceri sibi debeat Mtas sua, eamque firmitatem sollicite postulabit sibi et declarari, et si integra atque tuta videbitur praestari

Nam solius Vainodae litteraria promissio, non posset Mti suae ad securitatem sufficere, cum in illa fidem neque sciat neque soleat obseruare.

Et ad hoc potissimum conabitur Orator verbis et persuasionibus quantum in se est rem deducere vt Sermus dominus Hungarie Rex loco suo, et Illtris dominus Lodouicus Gritti, loco Impe: ratoris Thurcorum sponsores se pro eo faciant, et literis datis fideiubeant.

Item curabit Or efficere persuasionibus suis, vt priusque ineatur aliqua foederis ratio, damna et iniurie Mti Regie et subdi: tis eius, illate plene per Voieuodam Moldauie sarciantur, quan: doquidem ille causam belli, et omnium iniuriarum solus dederit

Cum vero Oratores Voieuode Moldauien postulabunt damna sibi sarciri, Orator respondebit, id neque decere, neque iure co: uenire Mti sue, vt damna que sua culpa et occasione data Vo: ieuoda fecit sarciri illi debeant.

Nam cum milites Mtis sue eius subditos ex prouincia Pokucie que erat violenter occupata, expulissent, substiterant illic intra fines suos, neque aliquid damnorum licet potuissent: face: re voluerunt; Sed cum iterum à subditis illius lacessiti erant damna Valachis hostibus, iniuriam propulsando intulerunt

Ad extremum tamen si foedus posse confici cognoscet consenciet Or propter Sermum. D. Hungarie Regem et Imperatorem Thurcorum ad damnorum vtrinque compensationem, et captiuo: rum hincinde restitucionem

De Vexillis et Tormentis bellicis neque aliquid secum agi vel tractari Orator permittet, et dicet hec nequaquam restitui posse cum eiusmodi spolia penes victores remanere antiquitus ex quadam bellice necessitatis ratione consueuerunt.

Item inter cetera hoc curabit Or in foederibus caueri, ne vnquam

euiterne hanc prouinciam Pokuczie Vainoda Valachie et succes:
sores repetant, vel quouis nomine suam vocent, vtque se illa in
perpetuum Vainoda ipse abdicet, ~~cum~~ tum neque ante extitit, neque
nunc sua vlla racione dici aut comprobari possit.

Si mentionem fieri vel à Valachis, vel ex parte Serenissimi domini
Hungarie Regis audiuerit Orator, quod tempore Bohdani Vai:
uode controuersia de dicta prouincia Pokuczie fuerit ad arbitra:
lem sentenciam Serenissimi domini Wladislai bone memorie Regis
Hungariæ delata, hactenus maneat indefinita respondebit ex se
ipso, hec quidem accidere potuisse, sed tamen nihil nunc ad rem
pertinere, cum et Bohdanus posterioribus temporibus suis et re:
liqui Vainode Valachie ea prouincia, cognoscentes eam ad
se non pertinere, Maiestati sue cesserant, et nullam mentionem cum
Regibus Polonie de illa habuerunt, cum tamen foedera sint plu:
ries cum Vainodis per Maiestatem Regiam renouata in quibus
nihil vsque de hac prouincia est commemoratum

Ad innouationem eorum foederum que Maiestas Regia cum præsenti
Vainoda Valachie inierat, et que ille violauit Orator con:
senciet.

In quibus foederibus cum sint multe condiciones et Capitula seu
articuli, dicet Orator, non necessarium fore, vt ibi scribantur et
recenseantur, sed promittet Maiestatem suam in presentia Oratorum
Vainode Valachie ea ipsa priora foedera iureiurando et
literis suo et Consiliariorum suorum sigillis obsignatis con:
firmaturam esse. Et vt ad idem faciendum Vainoda Mol:
dauiensis sit obligatus, hoc est, vt ipse vicissim ea ipsa priora
foedera, suo corporali iuramento et literis, suo et Boiarorum
suorum Sigillis obsignatis in presentia Oratoris Maiestatis sue
qui ad illum mittetur, confirmet, et confirmare teneatur

Ad restitucionem hominum fugitivorum, qui sub hoc bello de Regno in Valachiam et Valachia in Regnum profugerunt Orator consenciet.

Si incidat mentio, et postularetur ab adversa parte ut proditores subditi qui consultores et Duces in hoc bello Vaivode Moldavien et eius gentibus se prestiterunt in graciam Mtis Regie et in bona restituantur, dicet Orator nihil se ea de re habere in Commissis, et bona eorum dicet iam in hereditate aliis esse assignata.

De iusticia utrinque administranda in finibus, hic domi constitui poterit per Consiliarios Mtis sue et Vaivode Moldavien.

Faciat eciam Or mentionem de Villis in Pokuchie quas tenent a non multo tempore Valachi ex donacione predecessoru Mtis sue, Theutul, Legofiet, ad illius vitam facta, et ad quas subditi Mtis Regie habent Iura et literas ut de illis hic domi, revisis utrinsque partis Iuribus ad quam Iure spectare debeant cognoscatur

Quod reliquum est, erit prudencie ipsius Oratoris ita operam studium et sermones suos accommodare, prout res et dignitas mea Regnique mei postulabit, quod totum illius fidei et industrie committimus.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Laurentio Missowski Castel. Biecensi
oratori regio.

Mag.ce domine amice charis.me Hesterno die cum essem in vesperis, reddite sunt mihi litterae V.ra D. quibus causas tam diuturne istic more sue, et q tandem non speret se posse in presens aliquid aliud constituere de concordia et pace cum Voievoda Moldanien. qz Inducias ad aliquod tempus declarauit. Mirabatur Regia M.tas, mirabamur et nos reliqui qui hic sumus cum M.te sua, quod tanto tempore V.ra D. nihil scripserit, quid cum illa istic ageretur, et quomodo res, quarum gra missa istuc fuerit procederent, cum autem Oratores Voievode istic non sunt nec spes est ulla q venire deberent. Non est q V.ra D. diutius istuc moretur, prout sola ipsa hoc ipsum bene perpendit. Et ob hoc scribit se breui ad nos rediturum, in quo fortunet illam deus, Quod rumore quodam istuc perlatu est, dominum Palatinum Russie, cum aliquot milibus hominum, ad Regem Ferdinandum concessisse, sciat V.ra D. eu rumorem vanum et falsum esse, et hec intrepide affirmare isthic coram omnibus potest. q dominus Palatinus Russie est domi et credo q de profectione sua ad Regem Ferdinandum hoc presertim tempore ne cogitauit quidem, sed non est hoc primum q de nobis spargunt homines inimici, in odium nos apud vicinos et confederatos meos inducere volentes, bene valeat V.ra D. cum plura nunc non scribo spero enim illam breui ad nos rediturum Dat. Cracouie die quindecima Augusti Anno domini M.o D.o XXXij.o

Tomicius Eps: Regni Vicecancell.

Habuimus hesterna die literas ex Buda à domino Laurencio Mischkowski Castellano Biecen. Ex quibus cognouimus illum nihil in presens constituere posse de concordia et pace cum Voievoda Moldauien, partim propter absenciam Oratorum eiusdem Voievode Moldauien, qui hactenus illuc non venerunt, ac eciam ob varias occupaciones domini Ludouici Gritti cui tota hec res est credita et commissa, partim eciam quod audiuit multos homines de Regno, iuisse in miliciam Regis Ferdinandi contra Thurcos, id quod Cesare Thurcarum molestissime fert animo; Deq; ea re dominus Gritti cum domino Castellano Biecen grauiter expostulauit et est locutus. Exitus docebit quid pariet nobis boni aut mali hec nimia mea libertas quam adeo dilatamus, vt eciam non attentis foederibus et Induciis que habemus cum Imperatore Thurcarum, ruimus passim in miliciam externam, nulla habita racione prohibicionis Regie Mtis, et neutralitatis dudum suscepte, et promisse, ego die Martis proximo discedo hinc ad Synodum prouincialem, que ad diem festum Sancti Bartholomei proximum Piotrcouie est indicta, et inde vadam ad bona Epatus mei vt parumper respirē à laboribus et curis, quibus toto hoc tempore eram distractus simul vt solutus curis omnibus possim obliuisci earum indignitatum ac iniuriarum quas hic, opponens me pro iusticia et veritate multas pertuli Comendo me beneuolencie et solite amicicie Vre M. Quam Chrus dominus cum suis omnibus seruet quamdiutissime incolumem ac foelicem Dat

Sigismundus Rex Polonie Consiliariis suis: Episcopis in Synodo Pietrcouien cogregatis.

Rme in Chro pater, sincere nobis dilecte. Superioribus diebus ableganeramus in Vngariam Generosum Laurentium Mishkowski Castellanum Biecen, fidelem nobis dilectum, permoti lris Illris Domini Gritti, qui quoniam ab Imperatore Thurcorum ad nos missus, et venire non valens, in Aula Sermi Regis Ioannis, res nras cum Valacho se compositurum receperat, aliud quiddam (quoque ~~quotiam~~ et ipse ab initio nunctio nro pollicebatur, et nos optabamus) nobis renunctiari fecit. Nam cum ab initio aduentus nunctij ad se nri, pacem et concordiam, qualem ipsi habere vellemus: cum hoste nro Valacho pollicitus esset, tandem rediens ab Imperatore suo ex Castris de repente, in alium mutatus, cepit nomine Cesaris et Imbrahimbasse, cum nunctio nro expostulare: quasi nos violatis Induciis: auxiliares copias Sermo Regi Ferdinando misissemus, contra Imperatorem. Cui talia de nobis Valachus ipse persuadere conatus esset, et quis nunctius noster, hostis nri impudens, hoc commentum esse affirmans, aliqua ex parte suspicionem istam a nobis repellere non pretermiserit, non aliud tamen pro responso accepit, quam nobis esse liberum integre, et Induciis cum Imperatore Turcorum permanentibus, pro arbitrio nro castigare hostem nrm Valachum, quem et Imperator recepit se castigaturum. Ex quibus verbis facile colligimus, hosti quoque nro Valacho datam facultatem inuadendi Dominia nra, de quo et ipse sollicite falsis erga nos accusationibus Imperatorem stimulare non cessat; et nobis non potest non parere odium apud Imperatorem licentia quorundam subditorum nrorum, qui preter scientiam et voluntatem nram: abierunt ex regno nro, contra Turcos pugnaturi, et prabuerunt occasionem famae, quae per Vngaria

& forte etiam in Castris Thurcicis sparsa, fidem facit confictis Legationibus Valachi, qui uti ab exploratoribus nris accepimus, nullum non mouet lapidem, vt nra inuadere cum fructu posset. Proinde hiis expensis. S.tas tua, sententiam & consilium suum pro fide et prudentia sua nobis perscribat, quemadmodum tempestiue prouidere debeamus et possemus, ne nobis hostis noster insultet, & damnum "cum" leuitate inferat, Nam et terrae Podoliae Russiaeq3 non multo milite prouise sunt: & reliquum Contributionum publicarum, vix pro exoluendo stipendio istorum Militum ad hiemis tempus sufficiet. Dat. Cracouiae XXiiiª Augusti Ano 1.5.3.2.

CRacoviae die xvi Augusti Anno domini M°. D°. XXXii°

Sigismundo primo Regi Poloniae Episcopi in Synodo Petrcoviensi congregati

Accepimus literas Sacrae Mtis vrae, quibus nobis expedicionem Oratoris sui in negocio Valachico significare, et vna consilium nrm, quid vlterius faciendum esset requirere dignata est. Nos non possumus non probare imprimis quod Sacra Mtas vra Oratorem ipsum in Hungariam vt postulatum erat grauata non fuerit mittere, ne quid per illam quominus pax fieret, stetisse videretur, sed negocium ita vt spes data fuerat, et Mtas vra, nosque omnes optabamus non successisse, plurimum dolemus, dolemus item tot ex subditis Mtis vrae profectos esse contra Thurcos et praesertim ex Aula Mtis vrae eamque iam famam ad illos permanasse. Veremur enim ne res ista et foederi officiat, et pariat in posterum Mti vrae et reipublice difficultates maximas. proinde expediebat ante, prouisionem aliquam, ne id fieret facere, Interim consilium aliud praestare non possumus Sacrae Mti vrae, nisi vt milites mercenarios, qui sunt in Russia continere dignare tur, in ipsorum seruicio, et diligentissime illis et Capitaneis suis finitimis comittere, ne quid aduersus Valachum incep tarent, neue vllam aliam occasionem belli ex se praeberet. Et licet pro defensione anni futuri motio bellica sit decreta, tamen cum noui euentus, noua exigunt consilia, censemus vt Sacra Mtas vra quam primum oportunum fuerit, Conuentum generalem statuat, vt imminentibus aduersitatibus et periculis commode consuli et prouideri possit, hoc nobis

in presens nihil consultius factu videtur, Comendamus etiam atque etiam nos et oraciones meas vestre Sacre Mti Regie que ut diu et foelicissime regnet, dominum deum iugiter precamur. Dat Piotrconie die XXviij^a Augusti Anno domini M° D° XXXj°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell. Joanni Carncowski Epo Wladislauiensi

Rme in Chro Pater et domine frater et amice charme ac honoran. Non dubium apud me fuit quin hec controuersia que D. vestra Rme cum Rmo domino Archiepiscopo Gneznen intercessit de equo et bono, obmisso Juris strepitu terminari debeat, tu hanc opinionem meam plurimum confirmarunt litere et ipsius domini Archiepi, et D. vestre Rme ferme vno tempore mihi reddite, ex quibus perspexi iacta esse fundamenta et initium occasioni datum ut amice de omnibus inter illas transigatur, que res profecto fuit mihi auditu gratissima

Nam futurum inde spero quodsi non prius saltem Synodi prouincialis tempore tocius cause controuersia ad bonum finem reducetur

In negocio religionis litteras scribi mandauit ad Mgratum Gedanen Mtas Regia, quibus illis mandat et committit ut diligenter et cum summa vigilancia heresis noue contagionem prohibeant, et veterem reuerenter seruent et tueantur.

Thurcorum Copie ingentes et apparatu bellico instructe non procul iam a finibus Austrie Castra habere dicuntur

Contra quas Caesar cum Rege Romanorum et aliis Prin:
cipibus Christianis magnum numerum militum se missu:
ros pollicentur. Quorum tamen nullam partem hacte:
nus coactam esse ex Rndo domino Joanne Dantisco Epo
Culmen qui hodie huc saluus applicuit intellexi. Cum tu
aliquid certi de rebus illis huc afferetur ego ad D. V.
Rmam perscribere non negligam. Cuius me amori et be:
neuolencie fraterne ex animo commendo et foelicissimam
in longa et bona valetudine semper esse desydero. Dat
Anno domini M°. D°. XXXII°.

Petrus Tomiczki Eps Cracc Vicecancel.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Recepi literas Mtis Vrae Sermae. Quibus ad me perscri:
bere dignata est de iis que proximis diebus egit apud illa
nomine Sermi domini Joannis Hungariae Regis Mgcus D.
Hieronimus à Lasko Palatinus Syradien, Imperatorem
videlicet Thurcarum delatione Voieuode Moldanien, et
aliorum emulorum Mtis Vrae Serme in sinistram et
plane inimicam de illa opinionem adductum, tanquam ipsa parum Sin:
cere seruaret Inducias cum illo initas, nempe que non
solum Sermos dominos Romanorum et Hungarie Re:
ges ad concordiam non redegerit, sed eciam aduersario
illius Suppetias miserit. Qui eciam idem Mgcus
dominus Hieronimus à Lasko recensuit de mittendo per
Mtem Vram Sermam ad Imperatorem ipsum Budam
Oratore, qui criminationem prefati Voieuode Moldanien
et aliorum excusaret, et de suscipiendis cum eodem Impe:
ratore Induciis longioribus ageret plene intellexi. Mihi

quidem non ita multo ante non videbatur fore potuisse cum ho:
nore Mtis vrae Sermae ac Regni ipsius vt ad Imperatorem ipm
Thurcorum Or in Hungariam mitteretur ad tractandum cum
illo de longioribus Induciis, quippe quem tunc temporis non
dubia fama ferebat proficisci hostiliter contra Christianos. Cum
vero nunc ad propria breui rediturus esse dicatur, censeo
vt siue redierit victus, siue non, mitteret ad illum Orem
suum Mtas vra Serma, id quod facere illam iam con:
stituisse, plane perspexi ex eius literis.

Iam quod attinet criminationem Mtis vrae Sermae, meo iu:
dicio idem Orator facile illam apud Imperatorem Thurco:
rum diluet, cum referet illi, non per Mtem vram stetisse
quominus consecuta sit inter Reges dissidentes concordia,
sed per hoc quod inter ipsosmet de loco conficiende ipsius concor:
die et pacis conueniri non potuerit.

De Militibus autem ad Serenissimum dominum Ferdinandum Re:
gem profectis causare poterit Orator Mtis vrae, illam ha:
bere ampla Dominia et in eis numerosos ac variarum na:
tionum subditos, quos continere Mti vrae Sermae, quomi:
nus alio militatum se conferant non est integrum, quippe
qui et ex sola militia viuere consueuerint, et nulla possessio:
ne bonorum mansionem suam hic fixerint.

Quod autem attinet longiores Inducias; tametsi subuereor,
ne Imperator Thurcorum, qui tam potens est et ex tot foeli:
cibus successibus et victoriis suis elatus, renuat tractare
et constituere quicquam de negocio ipsarum longiorum Indu:
ciarum in Hungaria. Si tamen ita videtur Mti vrae Sermae
et aliis dominis eius Consiliariis, vt ipsum quoque Induciarum
negocium, Oratori ad illum mittendo committeretur, subscribo

in hoc voluntati et sentenciae Mti vrae Sermae praesertim cum ille vtique Iura pacis illibate obseruare soleat. Principes vero Christiani pergant inter se indies magis ac magis esse dissidentes, quo potissimum ego adductus existimo suscipiendas esse cum illo vel longissimas Inducias.

DE Voievoda Moldavien., tametsi plane nesciam quid domini Hungari cum illo monstri alant, et cur dominum Castellanum Biecen., nulla cum illo facta concordia a se dimiserint, videretur tamen mihi, vt ipse Orator Mtis vrae cohortetur Imperatorem praefatum nomine Mtis vrae vt si sublatas velit prorsus occasiones inter se et Mtem vram sinistre opinionis suscitande eum subditum suum ita coerceat, quod falsis delationibus suis quas hactenus vltro citroque facere consuevit vti amplius non possit.

CEterum mitto Mti vrae Sermae literas Caesareae Mtis, et Sermi domini Romanorum Regis simul cum aliis quas attulit non pridem Spigel Cubicularius Mtis vrae quas tamen ego non censerem mittendas esse Sermo domino Regi Ioanni, ne illis offenderetur. Suadeo vero vt mittantur ad eum literae publicae fidei datae illius Oratoribus, et hoc solum illi significetur quod propensi sint illius adversarii ad ineundam cum eo concordiam et pacem/ haec tamen ego, et cetera defero altiori consilio Mtis vrae Sermae quae pro sua prudencia ea quae illis magis expedire videbuntur facere dignabitur. Cuius gratiae me et meam seruitutem rursus suppliciter commendo, cupioque vt dominus deus Mtem vram cum Sermis dominis Coniuge filio, et ceteris Illmis eius liberis seruet quam diutissime incolumem et foelicem. Dat. Augusti. Anno domini Mo. Do. XXXIIo

Legatio ad Sigismundum Regem Pol ex Synodo Petrcouien nomine eporum et Capitulorum prouincie Polonice missa.

Consuetudo fuit in Regno, que pro iure semper tenta est, et qua
Regia Mtas, quemadmodum et alia Iura Regni iurauit ob:
seruare, q soli Nobiles preficiebantur Ecclesiis Cathedrali:
bus et Capitaneatibus in Regno. Rogetur itaqz eadem
Regia Mtas, confirmet eandem consuetudinem, ac permodu
statuti declaret ipsam de cetero obseruandam.

Rogetur Regia Mtas, cum suo toto consilio prohibeat et decer:
nat alios qz Nobiles quocumqz titulo insignitos, non posse pro:
moueri ad Epatus quarumcumqz Cathedralium Ecclesiarum
Regni, et ad earundem Cathedralium dignitates et prela:
turas et in Collegiatis Ecclesiis ad principales dignitates.

Cause autem propter quas Nobilitas tota exposcit, vt Statutu
et Decretum tale fiat referantur et exponantur. Quarum
causarum prima, propter sedicionem que necessario eueniret
et iam de facto incipit esse inter Nobiles et populares. propte:
rea q ipsa pauper Nobilitas fraudatur eo pane Ecclesiastico
quo maiores semper gaudebant sicut illi qui Ecclesiasticos
prouentus suis laboribus dotant et conseruant

Item q ipsa eadem Nobilitas omnia ferre onera presertim belli:
ca, Ecclesiarum et personarum Ecclesiasticarum suis periculis
et sumptibus sustinere solet et per amicos et propinquos fami:
liarum suarum ab iniuriis et violenciis protegere consueuit
propter eas personas que ipsis Ecclis preficiuntur de corpore suo

Item quia Iuniores sui exercere soliti sunt iuuentutem suam in seruiciis Prelatorum earundem Ecclesiarum, et ex illis domos suas subleuare que commoditas vel tolleretur, vel maiore ex parte minueretur, si daretur via in Ecclesiis maiora loca occupādi his qui nec dotarunt ea; nec defendere possunt. Quod ita iam contingere manifestum est.

Item propter euitandum odium mutuum inter dominos ipsos Consiliarios quod sequeretur proculdubio ex commixtione popularium, qui vt condicionis diuerse sunt, ita morum et affectuum diuersorum essent. Et preterea certaretur pro adipiscendis eisdem dignitatibus, non virtute et meritis, tam suis qz maiorum suorum, sed pecunia et facultatibus sicut videmus in beneficiis et in dignitatibus inferioribus per eosdem populares sepe factū aduersus paupertatem Nobilium.

Item si aperiretur via ad easdem dignitates popularibus ita vt hactenus solis Nobilibus patuit, corrumperentur de facili mores Nobilitatis, que cum non posset suis laboribus et prouentibus consuetis, equari pecuniis et facultatibus Ciuium, necessario cogeretur relinquere mores et instituciones suas, et descendere ad ea exercicia quibus plebs vtitur et ditatur, exerceretqz et mercaturam et Cauponariam et alias eciam viliores actiones atqz ita eciam instituta militaria cum ipsa milicia Nobilium successiue perirent, Quandoquidem in acquirendis honoribus et dignitatibus prefatis parua esset differencia esse Nobilem viuereqz ex consuetudine Nobilium, et esse ignobilem, ac per exercicia Ciuium vitam ducere, vt in diuiciis ita in deliciis maioribus

Rogetur deinde ipsa Regia Mtas, cum consilio vt tale Decretū fiat sub pœna perpetua exilii et confiscationis bonorum quā incurrere debeat ipso facto, tam is qui contrauenerit decreto

q3 eius parentes et consanguinei, quia alias tanta audacia cohiberi non posset.

Et ne sit dubium quantum ad presens decretum attinet qui dicantur Nobiles et sint abiles ad predictas dignitates obtinendas, pelatur declarari, eos videlicet appellari Nobiles, quorum vterq3 parens Nobilis et ex familia Nobili, sit progenitus, et qui tam ipsi q3 parentes eorum habitarint et habitent in suis possessionibus, Castris, Oppidis, vel villis iuxta morem patrie, et consuetudinem Nobilitatis, viuentes legibus, et Iuribus Regno Nobilium.

In quo genere Nobilitatis hii q3 Nobiles censeantur, qui licet matre populari, patre tamen Nobili sint procreati, quorum tamen parentes, et ipsimet, viuant et vixerint ad instar aliorum Nobilium in Regno vt supra. et non exercuerint vel exerceant eas artes et actiones, quas comuniter Ciues, et qui in Ciuitatibus morantur exercere solent, per quorum vsum Nobilitas ipsa in popularem et plebeam condicionem transire solet.

Item quia frequenter contingit, turbari Nobiles ipsos et inter se interim magnas discordias gerere, in beneficiis Iurispatronatus Regie Mtis cum odio amicorum vtriusq3 partis, et perturbacione Ecclesiarum, suggeratur eidem Regie Mti et eius consilio probibeatur, ne aliquis sine consensu et voluntate eiusdem Regie Mtis audeat quoquomodo affectare vel acceptare beneficium Iurispatronatus eiusdem Ita vt in aliis dominiis cum magno rigore prohibetur, sub penis perpetui exilij et confiscationis bonorum supradictis

Sigismundus Rex Polonie . Gdanensibus .

F Amati fideles dilecti, à longo iam tempore expectabamus Joanni Ferstb Consuli istius Civitatis solucionem debiti mei, quod tene: tur nobis pro frumento empto ex Arce meá Mariemburgen, fecimusqz illi Inducias et dilaciones plures, quo nobis como: dius et citra grauamen suum hoc ipsum debitum soluere potuis: set, verum cum videamus non solum non exigi ipsius facul: tates ex quibus nobis solucionem ipsam impendere posset sed eciam illum ære alieno, quo satis superqz immersus est, indies magis ac magis degrauari. statuimus iam tandem expectacionem meam precidere, et indemnitati meé providere et proinde cum nos inter alios creditores ipsius Joannis Ferste ad repetendum, debitum meum primas partes habere debeamus, volumus et ma: damus vobis strictissime vt amputata omni mora et dilacione vlteriori fideiussores ipsius ad soluendum nobis prefatum de: bitum astringatis, non obstantibus quibuscumqz Iuribus, legibus, constitucionibus et plebiscitis istius Civitatis quo ad princi: palitatem meam quam habemus, habereqz debemus, ad repe: tenda debita meá extendi non debent neqz possunt, pro rei decencia vestroqz officio et gratia nostra non aliter facturi Datum Cracovie die XXiiii July Anno domini, M° D° XXXii° Regni nostri anno XXvi°

Petrus Tomiczki Eps Cracouien.
& Regni Polonie Vicecancellarius,
Fransisco de Frangenipanibus Archiepo.
Colocensi.

R.ME in Chro Pr et domine, maiore honorandme. Accepi literas D. vre Rme, quibus, vt Christianum decet Pontificem me monet et hortatur fraterne, ne meis officiis et vigilancia apud hanc domini mei Mtem cessem vel agere vel operari, vt summe necessitati Regni Hungarie et proxime iam iminenti periculo sua ope atqz consilio succurrere aliqua racione dignaretur. Quod admonicionis incitamentum, etsi mihi sponte iam currenti allatum est, erat tamen vel hoc nomine apud me charum, et iucundum, q. D. vrã Rme singularem in istius Regni periculis providenciam et sollicitudinem mihi declaravit. Ego quod ad me attinet vel solam D. vram Rmam testem meorum officiorum esse vellem, que in inicio belli suscepti pro bono Regni Hungarie et suadendo et agendo lubens semper prestiti. De Mtis autem Regie cura et opera in conciliãnda concordia vigilanti, quis neget testes esse posse simul et istius vri, et huius regni mei populos quibus omnibus intuentibus sedulo semper egit, vt rem a certamine ad bonam vtriusqz Regis amiciciam traducere potuisset. Quod tametsi hactes, non bene successit, fortuna magis qz vel Mtis sue Regie vel mea hic desiderii impediente, persuadere tamen sibi potest D. vra Rma Mtem suam, et nos reliquos omnes idem iterum atqz iterum repetituros esse, neqz prius conquieturos qz negocium huius belli aliquam in ptem et vtinam in bonam finiatur. Commendo me &c.

Dat. Craconie die decima post festum Nativitatis Marie Anno domini M. D. XXXI.

Sigismundus primus Rex Polonie Iosto de Rosembergk

Spectabilis et Mgce sincere nobis dilecte. Intelleximus desiderium et postulationem S. tue, quam nobis et literis et Nunctiis suis de ducentis equitibus levis armature in regno meo conducendis declaravit. In qua postulatione id quod per domestica impedimenta, et impendencia ab hostibus pericula prestare et concedere non potuimus, necessariis racionibus excusavimus. Sicut hec verbis coram S. tue Nuctij illius declarabunt Quare S. tua et illud quod fieri potuit et hoc quod non potuit, pendenti animi sui gratitudine a nobis suscipiet. Nos enim nisi et foederum cum Thurco initorum, et belli cum Valacho hoste meo suscepti aliorumque finitimorum infidelium hostilitatis in presentia racionem haberemus, nihil nobis iucundius duceremus, quam hec salutaria in reprimendo communi omnium hoste studia quantulacumque ope mea adiuvare. Verum cum et tempus, et occasio non idem nobis quod reliquis Principibus Christianis concedunt, illud agere et amplecti hoc tempore curabimus, quod et honestati et commodo regni nostri proximius accedere nobis videbitur, Quod et Sinceritatem tuam iudicio suo nobis concessuram putamus. Que bene valeat Dat. Crac. die XX Junii Anno domini M. D. XXXVI. Regni nostri anno XXVj.

Sigismundus Rex Poloniae Georgio Marchioni Brandeburgen

Illustris Princeps et domine, Nepos charissime. Mittimus Illustritati vestrae equum Cantherium seu Eunuchum pro quo ad nos scripsit, et mittimus quidem non minori liberalitate et alacritate donandi, quam illa habendi desiderio teneatur, optamus autem ut placeat Illustritati vestrae et ita sit fortunatus ut devictis hostibus saluam et triumphantem Illustritatem vestram domum deferat, sitque illi in fugandis semper, in fugiendis hostibus nunquam utilis et necessarius. Quam bene et foeliciter valere optamus. Datum Cracoviae die xxi^a Julij Anno domini M^o D^o XXXii^o Regni nostri anno xxvi^o

Turcarum Imperator Salomon in Austriam venit per Stiriam et Carinthiam inopinanb[us] a Germanis. Credebant eum venturu[m] priore via per Ungariam 1532.

Turcus habet in exercitu suo quingenta millia bellatorum

Adversus eum Cesar Catholicus Carolus quintus habet exercitum Christianorum

Hispanorum octo millia. }
Italorum xiiij millia. } Peditum
Germanorum stipendio Cesaris xii millia }
Equitum Hispanorum et Gallorum duo millia. }
Equitum Germanorum et Bohemorum v. millia }
Vastatorum sex millia.

Imperium Romanum dedit
Peditum Triginta millia.
Equitum quinque millia.

Bohemorum erat
Equitum et Peditum Triginta millia
Regni Romanorum equit[um] octo millia

exceptis peditibus ad custodia[m] civitatu[m] et Arciu[m] deputat[is]

Pontifex Romanus misit. x millia equitum.

Andreas Doria cum Classe Cesaris: eo tempore e Sicilia soluit in Epyrum: ut Turcos in Grecia domi aggrederetur ex altera parte.

. Pugna non fuit commissa .

Andreas de Gorca: magno tenebatur desyderio, ut videret exercitum Thurcorum qui in Austriam venerat: et satisfacere volens huic suo desiderio instituit se conferre in Ungariam. Dns petrus Tomiczki Eps metuens et cavens ne is ipse Andreas nepos suus pro exploratore i Christianis marche: excogitavit illi sequentem legationem, et haberet causam et excusationem in Ungariam eundi, ut sub hac occasione exercitum Thurcorum videre posset: qui iam tum, cum magna praeda Alemanica secundo flumine Danubio in Turciam revertebatur

457
107

Legacio a Sigismundo Rege Polonie ad Joannem regem Vngarie. data Andree de Gorca. 24 7bz. 1532

Sermẽ Rex, M̃tas domini mei Sermus. Do. Sigismundus Polonie Rex, me ad M̃tem ṽram misit, vt illam suo nomine viserem, plurimamq; illi salutem dicerem, quã cum omni fortune et felicitatis augmento, M̃ti ṽrę Sermẽ tanq; affini et vicino suo charissimo, ex animo optat et precatur.

Ceterum sua M̃tas dedit mihi quedam in mandatis, que M̃ti ṽre Sermẽ de mente illius referre debeam, In quibus, vt M̃tas ṽra Serma fidem mihi habeat firmiorem, literas fidei, quas vocant credītiuas ad M̃tem ṽram dare mihi dignata est, quas ego nunc M̃ti ṽrę Sermẽ offero.

Sermẽ Rex, iam satis superq; norit et experta est M̃tas ṽra Serma, qua vigilancia quoue studio M̃tas domini mei toto hoc belli Hungarici, et M̃tis ṽrę Sermẽ cum aduersario suo dissidii tempore curauerit, et pro viribus suis diligenter adnixa sit, vt M̃tas ṽra, et illius simul aduersarius in gratiam redirent, et simultatibus odiisq; mutuis depositis, concordiam et pacem inuicem susciperent, In quo quidem opere precium M̃tas sua hactenus non sit consecuta, dolet quidem hoc nomine vehementer. Sed cum persuadeat sibi sua M̃tas non totam adhuc eius rei benigerende spem precisam esse ab incepto suo desistere integrum sibi non putat, intelligens nunc

presertim vt et ab inicio preuidebat semper, bellum hoc quod inter Mtem vram Sermam, et illius aduersarium de no: bilissimo Hungarie Regno intercessit: non solum subditis Mtis vre, et aduersarij sui sed eciam multis aliis Chris: tianis Principibus et populis noxium et perniciosum esse, magnisqz totam rempublicam Chrianam incomodis et pe: riculis continue subiicere.

Quare eius Mtas rogat et obtestatur vram Mtem vt pro ea pietate, quam erga religionem, et omnem rempubli: cam Christianam pre se ferre cognoscitur, animum et volu: tatem suam propius ad concordiam et pacem, cum suo ad: uersario ineundam admonere velit, Mtiqz sue aliquid de consilio ac iudicio suo suggerere et communicare, qua racio: ne negocium suadende inter Mtem vram et illius aduer: sarium concordie, modico hoc tempore intermissum, nunc demum institui et prosequi debeat, Namqz Mtas sua intel: ligit, sub hoc Imperatoris Thurcarum in Austriam ad: uentu quo hominum quoqz vel maxima consilia turbata sunt et impedita, neminem alium qz Mtem vram scire melius posse modos et raciones ad repetendam pacis et co: cordie persuasionem accomodatas, hiis enim cognitis et per: spectis, Mtas illius Serma facilius commodiusqz apud aduersarium Mtis vre persuadere ea posset, que ad per: ficiendum concordie et pacis negocium facere et accomodata esse viderentur. Namqz sperat Mtas sua tanta calamita: te reipublice Chriane aduersarium Mtis vre Serme permotum iam tandem propensiore animo ad amplectendam concordiam et pacem futurum

Quod reliquum est Mtas sua Serma etiam rogat Mtem V. vt si quid de loco Conuentui Oratorum designando disceptacionis

incideret, Mtas vra Serma reipublice Chriane causa diffici:
lem se prebere nolit in suscipiendo quocunqz loco ad tam piam
et omnibus Chrianis populis necessariam rem designando.

Mtas vero illius, quod ad securitatem itineris faciendi Oratoribus
Mtis vre Serme illorumqz in loco Conventui deputando ma:
nendi racionem attinet, apud adversarium eiusdem Mtis vre
diligenter providere curabit.

Ut autem Imperator qz Thurcorum, sine cuius voluntate et an:
nuentia fortasse Mtas vra, nihil in ea re agere vellet, con:
sentiat, quo Mtas domini mei negocium concordie et pacis diu
per eam ceptum reassumere et perficere possit, de hoc aget Mtas
sua cum illo per Oratorem suum quem ad illum mittet, et q
me brevi sequetur seqz hic sistet apud Mtem vram
Dat Crac XXviii Septembris Anno M. D XXXii

Sigismundus primus Rex Polonie
. Imbrahim Basse .

Illris et Mgce domine amice sincere nobis dilecte. Kier:
dei qui iam aliquocies apud nos Oratoris munus nomine Sere:
nissime istius Cesaree Mtis obivit, virtute fide et summa
dexteritate quam in exequendis Cesaree Mtis mandatis pres:
titit hoc de nobis meruit ut si in ditione et subiectione nra
domicilium firmare vellet, non possemus nisi singulari gra
illum prosequi. Quod quoniam ille aliter in animo suo co:
stituit, et nos tamen illius merita gratitudine aliqua re:
munerare cupiamus, postulamus ab Illri et Mgca D.
vra tanqz amico nro, velit opera et intercessione sua apud

istam Caesaream Mtem illi adesse, vt pro gracia et autho:
ritate qua apud Mtem suam Caesaream valet efficere
vt et stipendium illius augeatur et mea causa aliquo loco
digniore pro arbitrio sue Caesaree Mtis honestetur, in
quo plurimum et illi commodabit Illtris Mgcia vra et
nobis non mediocriter gratificabitur. Nos vero vicis:
sim hoc illius officium mutua gratifficatione referre illi
per omnem occasionem curabimus. Quam valere et foelicissimam
esse in perpetua Caesaree istius Mtis gracia optamus
simulque ab illa rogamus vt nos et negocia mea apud
se et apud ipsam Caesaream Mtem habeat comendata
Dat. Cracouie ...

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stefano Broderico Epo Sirmiensi.

RME in Chro Pr et domine fr et amice charme ac honoran
Doleo ex animo statum Regni istius in magna perturbacione
esse constitutum, non dubitoque D. vram Rmam tantarum
calamitatum iam esse pertesam. Sed cum hec omnia nonnisi
nutu et permissione diuina fiant, D. vra Rma ferat illa
forti ac infracto animo, spemque bonam concipiat, dominum
deum misertum tandem patrie istius, daturum esse tandem
feliciora et magis propicia tempora. Ego quantum ex me
fieri potest, non desisto pulsare Mtem hanc domini mei co:
tinuis precibus vt persuasionem tentate concordie inter
Serenissimum dominum Regem vrum et eius aduersarium
non intermittat, sed et quicquid gratie et fauoris concili:
are possum D. vre Rme apud ipsum Serenissimum dominum

dominum Regem meum id pergratalibenter et alacri animo semper prestare pro mea virili studebo.

Ceterum dati sunt mihi septuaginta quinque florenj in auro à D. Vra Rma missi et cum eis fructum auri quos ego nunquam ab illa recepissem potiusque vidissem vt illos D°. vra Rma in vsus suos necessarios collocasset, Ego enim gratia sit deo, non egeo.

In quibus negociis proficiscatur is Or Sermi domini Regis mei (Petrus Opalenszki) non erit incognitum D. Vre Rme. Cuius solito amori ac beneuolencie me ex animo commendo. Valereque illam in multos annos sospitem ac foelicem vehementer desidero Datum Cracouie die tercia Octobris M° D° XXXII°

Petrus Tomiczki Eps Cracc Viceecancell Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocensi.

RME in Chro Pr et domine amice charme ac maior honorand Proficiscente istuc et descendente ad Mtem Sermi domini Joannis Hungarie Regis hoc Oratore Mtis Sermi domini Regis mei, nolui illum vacuum literarum mearum ad D. vram Rmam dimittere quibus illam viso et saluto, precorque illi queque fausta ac foelicia.

Ceterum tametsi subsecuta hac pnti perturbacione rerum in Austria ac Stiria, raciones persuadende et sarciende concordie inter Sermum dominum Joannem Regem ac sue Mtis aduersarium sint plurimum impedite et ad maiorem difficultatem redacte, ego tamen pro meo erga regnum istud studio ac desiderio non cesso sollititare Mtem hanc domini

mei, continuis precibus, vt ceptam in hoc operam suam non intermittat, si enim paulisper duraverit hec Regnum contencio proculdubio pariet grauissimum casum toti reipublice Christiane.

Caetera intelliget ab hoc Oratore Sermi domini Regis mei D. vra. Rma quae valeat diu foelix ac sospes ac me benevolencia favoreque suo prosequatur. Dat. Cracovie prima Octobris Anno M. D. XXXii

Legatio ad Solimanum Caesarem Turcorum a Rege Polo. Sigismundo primo data Petro de Opalenicza Castell. Landen. Capit. Costensi Regis Sigismundi secundi Augusti pueri Curie Magistro

Proficiscens per Regnum Hungarie, descendes ad Sermum dominum Joannem Hungarie Regem, et vises illius Mtem nro nomine, salutabisque illam verbis honorificis.

Caeterum dices, quod cum te ad Aulam Sermi Thurcarum Imperatoris mitteremus, dederimus tibi in mandatis, vt Regiam Mtem suam quocumque in loco Hungarie esset conuenires, salutacionemque illi dicta precareris sue Mti omne bonum, cum prospero faustoque in rebus et negociis illius successu.

Insuper declarabis Mti sue, quod cum nos memoria reuoluere:mus esse veteres Regno nro cum illius Mtis Hungarie Regno depactas inscriptiones, vt videlicet vtrumque Re:gnum de racionibus foederum cum Imperatore Thurca:rum habendorum, mutuam inter se communicationem vel con:

sultacionem

sultacionem habeat: neue alterum sine altero foedera ipsa vel suscipere vel reicere possit. Nunc vero sciamus Mtem suam cum illius Imperatoria Mte bona et sincera amicicia coniun: ctam esse inscriptionum predictarum Ius obliuioni preterire nolentes, te misimus ad Caesaream Mtem, vt mea qz et Re: gni mei cum illa foedera ad futura tempora renoues, ami: ciciamqz mutuam firmes

Referes preterea illius Mti à nobis tibi inter alia commissum esse vt cum nos concordie et pacis inter Mtem suam et illius aduersarium persuasionem et conciliationem nondum remise: rimus illiqz eciamnum omni cura et diligencia mea inten: dere velimus, rogares Imperatorem Thurcarum vt et ipse desiderio ei faueat authoritateqz et assensu suo nobis ea in re deesse nolit

Hoc loco eciam referes Sermo domino Ioanni Regi videri nobis necessarium, vt Inducie iterum inter Mtem suam et aduersa: rium eius ad tractandum de concordia et pace tentata, reci: piantur de quibus tamen Induciis, non aliter enim Impera: tore Thurcorum agere nos tibi commisisse, nisi prius explo: ratum habeas Mti sue Sermé idem videri et placere, cum qua de hac re nomine meo consilium capies, et in eam par: tem in quam Mtas sua consenserit, apud Imperatorem Thur: corum de assensu constituendarum ipsarum Induciarum ages et postulabis

Postremo dices nos dolere ex animo, q Ore ad componendum, transigendumqz de negociis que nobis cum Valacho hoste meo intercedunt istuc in Aulam sue Mtis missus, re non co: fecta ad nos reuersus sit, Tantoqz id magis dolere, q fraude et dolo ipsius Valachi hostis mei id factum esse animaduer: tamus

tamus, cuius nequicia et peruersitate multum iam nos exagitatos, dedisse tibi in mandatis, vt ab Imperatore Thurcarum postules, quo hunc nequam et scelestum hominem imperio suo ita in officium redigat, et compescat, ne deinceps nos bello et hostilitate sua quam ferre nequaqz possemus, lacessere posset Nam id nos vereri et cauere, ne illius peruersitate et calumniosis delationibus ad sinistram opinionem offense, cum Cesare ipso dudum seruate et nunc denuo incunde amicicie adducamur. Rogabis vero Mtem Sermi domini Hungarie Regis vt aduersum Valachum hostem nrm predictum quacumqz inimiciciarum cum illo nobis occasione oblata, propensione beneuolencia et fauore suo, quem necessitudo mea mutua postulare videtur nobis adesse velit

In negocio Martino Gerendi

Posteaqz expones Sermo domino Joanni Hungarie Regi ea que ad illius Mtem habes a nobis in mandatis, referes etiam nos cognouisse Mtem illius Martino Gherendi, cui Mgci olim Jacobi Tornallii filia in vxorem est desponsata, bona in Regno Mtis sue Hungarie habita, propterea q ille se partibus Ferdinandi Regis iunxerat recepisse, et quibusdam aliis illa concessisse. Quia vero ipe Martinus Gherendi, qui non sinistro aliquo affectu erga Mtem suam ductus, sed Patruum suum secutus ad eius aduersarium desciuerat: Nunc vero ad cor rediens cupit se Mti sue Rie subiicere, erratiqz sui veniam ab illa impetrare. Rogabis Mtem illius predictam meo nomine vt pro amore meo mutuo, tum eciam causa filie Jacobi olim Thornallii, eundem Martinum Gherendi, in gratiam suam recipere: bonaqz tam ab eo qz a Patruo suo alienata

alienata illi rursum restituere velit. Quo faciet nobis rem multo gratissimam Mtas sua Serma. Quam illi vicissim officiis benivolencie mee mutue, per quamlibet occasionem referemus. Datum Cracovie prima Octobris Anno domini M°. D°. XXXii° Regni nri anno XXvi°

Sigismundus primus Rex Polonie
Solimano Soltano Caesari Turcorum.

Sigismundus etc. Sermo et potentissimo Principi etc. Postulato studio et benevolencia mea mittimus ad Mtem vram Serma hunc Oratorem et Consiliarium nrm Mgrum Petrum Opalenczki Castellanum Landen. et Sermi filii nri Curie Mgrm sincere nobis dilectum. Cui comisimus vt Mtem vram Sermam viseret, cum illaque nonnulla bonam vicinitatem et mutuum amorem concernencia, nomine nro tractaret et concluderet. Quare ab illa plurimum rogamus vt in omnibus quecumque nomine nostro retulerit, tractaverit et concluserit non secus credere velit, ac si nos ipsi cum Mte vra Serma tractaremus et ageremus Quam sanam et foelicem esse semper optamus. Datum Cracovie die prima Octobris Anno M°. D°. XXXii° Regni nostri anno XXvi°

Legationis verba ad Solimannum Imperatorem Thurcorum: quam obiuit Petrus Opaleniczki nomine Sigismundi primi regis Polonie

Serme ac potentissime Caesar: Sermus Princeps dominus Sigismundus Polonie Rex, et Magnus Lithuanie Dux dominus meus graciosus mittere me dignatus est ad visendam sanitatem Mtis vrae, cui in primis plurimam salutem dicit: ac de illius victoriis triumphis, et foelicibus successibus gratulatur optans ex animo vt Mtas vra et diutissime valeat, et illi omnia pro voto ac desiderio succedant, tanquam amico et vicino suo

Oblatis litteris Credentialibus dicendum

Serme Caesar: Sermus dominus meus Polonie Rex cognosces qui fructus, quantaue vtilitas fuerit eius amicicie et coniunctionis, quam cum Mte vra Caesarea, et cum maioribus illius per tempus suscepte regni sui gubernationis habuit, mittere me dignatus est ad Mtem vram Caesaream, causa confirmande et reintegrande eiusdem amicicie et coniunctionis inter se et vram Caesaream Mtem: necnon Regna dominia et subditos vtrimque communes hactenus seruari consuete.

Vt autem ea ipsa amicicia et coniunctio inter Mtes vras duret et diuturna maneat: commisit mihi Mtas domini mei Regis ea agere et concludere, cum Mte vra Caesarea, quibus amor et beneuolencia mutua inter Mtem vram et illmis Mtem,

Sermumqȝ filium suum dominum Sigismundum secundum: item Dominia terras et populos earum foueture.

Et postulat sua Mtas, vt vra Coesarea Mtas velit esse sue Regie Mti, Sermoqȝ filio eius domino Sigismundo predicto, bonus amicus: et amiciciam atqȝ pacem cum illis seruare dignetur qua non solum ipse Mtes vre, verum etiam dominia ac subditi illarum vtrimqȝ vtantur: eamqȝ ita seruent et custodiant, vt nuncii et Mercatores, et subditi quicumqȝ Mtu vrarum possent vltro citroqȝ inter Mtes vras, et eorum regna et Dominia tuto comunicare, manere et redire, negociarique in omnibus suis mercimoniis et negociis honestis ac decentibus, ita quemadmodum hactenus sub foederibus inter Mtes vras, et olim tempore predecessorum Mtum vrarum habitis fieri consueuerat.

Sciens vero Sermus dominus meus, q foedera cum Mte vra Coesarea recepta et amiciciam initam integerrime semper ac Sinceriter seruauerit, plurimum dolet nonnullos esse, qui apud Mtem vram Coesaream de multis que contra foedus et mutuam beneuolenciam facere viderentur Mtem illius calumniantur. quod, qȝ preter veritatem illi faciant Mtas vra Coesarea ex Oratoribus suis quorum aliquot proxime apud Mtem illius habuit, plane cognoscere potuit, Illi enim cum in Aula Mtis sue essent satis perspexerunt, qȝ vere et firme officio amicicie erga Mtem vram Coesaream vtatur

Ceterum Sermus dominus meus, magnas agit et habet gras Mti vre Coesaree, q non solum non iuuerit auxiliis contra Mtem suam Regiam, hostem eius Voieuodam Moldauien sed eciam illi mandauerit, vt que hostiliter in Dominia Mtis sue inuadens occupauerat, sine cunctacione restitueret

et ab omni bello hostilitateqz sua deinceps abstineret. Que Mtis vre Coesaree erga Mtem suam Regiam benevolencie, et amicicie declaratio, cum sit Mti sue non mediocriter grata, pollicetur se vicissim illam Mti vre Coesaree, omnibus amicicie et beniuolencie officiis relaturam

Priuatim agenda cum Bassis.

Primum salutatis Bassis nomine meo, dices illis, ad quid et qua causa te illuc miserimus: vt, videlicet bonam valetudinem Coesaris inuiseres: ei omnia fausta et foelicia nomine meo precareris: vtqz pacem et amiciciam longiorem tractares et concluderes inter nos et ipsum Coesarem talem qualis erat hactenus inter nos et illum, ac olim predecessores vtriusqz nrm

Si quesitus fueris quanto tempore cum ipso Coesare Inducias inire vellemus: respondebis nos nunqz optasse, neqz optare aliquam differenciam inter nos et ipsum Coesarem: et proinde velle nos Inducias cum illo per tempora vite mee, filiiqz mei et vite ipsius Coesaris et filii sui. Quare ages vt ipse Inducie ad vitas vtriusqz nrm ac filiorum nostrorum vtrorumqz inter nos fiant et conficiantur.

Si autem recusabunt tanti temporis Inducias: dices, breue spacium Induciarum non bonam spem prebere amicicie in posterum vtrimqz ineunde, Namqz cum et Coesar et nos ampla lataqz dominia habeamus fieri nequit, vt si contingat longinquo locorum interuallo Coesarem ipsum et nos disiunctos esse, non possit commode per longa viarum discrimina breui et angusto tempore de renouandis foederibus, et amicicia mutua reintegranda agi et curari. Et proinde quantum poteris de foedere tanti temporis obtinendo instabis. Qua

Qua in re si pertinaces Basse fuerint, et tam longam condicionem acceptare nollent, tu ad quinquaginta annos dari et recipi foedus vtrimqꝫ nos postulare dices

Quod si ad quinquaginta quoque annorum foedus consentire nollet contendas vt saltem ad quadraginta annos illud habeamus si vero id quoque efficere non poteris, saltem ad triginta annorum decursum obtinere illud curabis .. Ad extremum tamen ita agas vt quoque longissimas Inducias habeamus, et tu sine illis ad nos redeas .

Si Basse interrogabunt aut mentionem facient, an nos Tributum aliquot Caesari Thurcorum dare vellemus? vel si illud Caesari dari poscent? respondebis de tributo pendendo nihil te habere à nobis in Commissis: mirariqꝫ te quod dominus Imperator Tributum à nobis sibi dari optet, qui amiciciam suam exquirimus. Nam Tributum exigi non solet nisi ab hostibus, et qui hostilia moliri et meditari comperiuntur. Nos vero nihil aliud cogitamus et faciemus domino Imperatori nisi omnia honorifica, et decora: nullamqꝫ hostilitatem prae se ferentia: Et quod de amicicia et foedere meundo ad Imperatorem nunciamus: id nos non facere metu aliquo: sed quod cum illius Maiestate Caesarea maiorum meorum vestigia secuti optamus in pace, ac mutua beneuolencia sicuti hactenus fecimus vitam transigere .

Quod si nihilominus ipsi Basse instabunt, vt tu saltem sermones hos de Tributo tecum pendendo habitos nobis referres et recenseas – Respondebis tibi non licere de istis rebus ad ad nos referre, quae nullam amiciciam, sed potius offensionem animi repraesentant. Dices quoque te istic venisse ad tractandam et conciliandam amiciciam, qualis inter nos maioresqꝫ meos

hactenus obseruata est. Ista autem que domini Basse tecum
locuti sunt prese ferre quidam aliud quod ab amicicia alienum
esse videtur, petesque ab eis, ne tam odiosa relatione te onerent

Si vero ipsi Basse inferrent. Tartaris dari à nobis Tributum
quod tamen dari Caesari honestius illis videretur: tu respon-
debis: neque nunc dari illis à nobis quicque: et quod quan-
doque datum illis fuerat: non tributi loco, sed in stipendium
et mercedem dabatur.

Quod si nullam mentionem Tributi tecum facient: tu quoque ne
hisces quidem quicque de eodem Tributo

Si explorabunt à te de ceteris Æurope rebus, et de bellis
ac Principum Christianorum dissensionibus, vel de nouis in-
troductis in fide Christiana heresibus: dices te ipsum ignora-
re et à nobis nihil quicque in his instructum esse.

Si querent Basse, quid sit in causa, quod nos Regem Joannem et
illius aduersarium non reduxerimus in gratiam pacemque et
concordiam inter illos non persuaserimus: Respondebis nos
magna quidem cura et sollicitudine, per omne tempus illorum
dissensionis id egisse, vt inter illos reconciliatio fieret paxque
et concordia, illorum vtrimque populis necessaria stabiliretur.
sed cum hactenus proficere in hoc non potuerimus non esse
factum culpa vel negligencia nostra declarabis, referens id
omne quod hucusque persuasionem in concordiam nostram impedi-
uit ex partium de loco Oratorum congressui designando
contencione et controuersia prouenisse. Nam cum de mitten-
dis Oratoribus ad tractandam pacem vtrimque inter illos
conuenisset Rex Joannes nusquam illos preterquam in Aulam
nostram aut in aliquem locum Regni mei à nobis non procul

distantem mittere volebat. Adversarius vero illius Rex Ferdinandus, hoc non concedens, contendebat vt locus pro Oratoribus predictis in Germania designaretur, propter Caesaris fratris sui desiderium, qui loco in quo concordia tractaretur proximus esse cupiebat.

Cum vero ita culpam nram excusaveris dices nos circa hac de reconciliandis regibus predictis nondum abiecisse, sed operam etiamnum dare et daturos esse, vt concordiam et pacem inter illos transigere et constituere possimus. In qua re cum intelligamus authoritatem Mtis Caesareae plurimum valere et necessariam esse, postulamus ab illa velit in hoc nobis assentiri, et sua ope ac consilio non deesse, ne tot caedibus amplius populi vtriusqz conficiantur, neve sanguis eorum penes quos nulla est dissensionum culpa effundatur.

Dices preterea, Bassis nos et gratos esse, et habere gratiam quod Caesarea Mtas Voievode Moldaviensi hosti nro non solum non tulerit contra nos opem auxiliaqz illi non dederit, verum etiam mandaverit severe illi ne quicqz hostile adversum nos Dominiaqz et subditos nros ageret, vtqz provinciam Pokuciae hostiliter invasam et occupatam: demiqz res illinc ablatas nobis restitueret, damnaqz subditis meis tunc illata sarciret, quod nos illius Caesareae Mti gratificatione mea et officiis amicis referre semper per occasionem curabimus.

Si Basse tecum de rebus Valachicis quidpiam colloquentur vel si ex delatione Voievode Moldaviensis tecum de iniuriis et damnis quibuscumqz presertim post recuperatam provinciam Pokuciae, per nos illi factis expostulabunt, respondebis oportune ad illorum interrogaciones et quesita partim excusando factum meum et ad tuicionem finium regni mei interpositam operam

partim calumnias et nugacitatem Valachi hostis mei incusabis. simulq; hec si commode poteris expones. q Voievoda Moldauien: calliditate, et malignitate nature sue impulsus à multo iam tempore nos crebris prouocabat iniuriis, quandoq; exustiones vrbium in Regno meo suborn ans: nonnunq; moneta sub signis meis falsa cudendi imitacione contaminans: plerumq; latrociniis clandestinis et hostilitate proximos quosq; sibi adiacentes meos subditos afficiens. Quas iniurias cum acerbitate animi nos tollerasse et dissimulasse dices. verum cum aduertimus illum in apertam hostilitatem prorupisse: iusq; iurandum et foedera que se et Imperatorem nobiscum habere sciebat, ita contempsisse vt non fuerit veritus Regnum meum hostiliter inuadere, et prouinciam Pokuchie appellatam ad Regnum meum spectantem, et à nobis predecessoribusq; meis multo tempore possessam, vi occupare bona subditorum prouincie illius diripere: tum demum nos tam insperata hostili illius impressione commoti, ad repellendam et vindicandam illius hostilitatem, cepimus intendere, Priusq; tamen Exercitum meum congregassemus, nuncium ad Caesaream Mtem Thurcorum misimus: per quem iniurias, hostilitatem et perfidiam Valachi hostis mei, illius Mti declarauimus Cauentes enim nos, ne quid contra foedus cum Mte sua Caesarea receptum agere videremur, contra Voievodam hostem et inuasorem bonorum meorum nihil agere armis voluimus, nisi prius iniuriam qua ab illo afficiebamur Caesaree illius Mti denunciaremus. Intelligentes namq; illum et subiectum et Tributarium Mtis sue Caesaree esse: maluimus iniuriam aliquantisper tollerare, q bello aduersus illum suscepto in suspicionem rupti foederis apud Mtem ~~suam~~ Caesaream venire.

Ad quam declarationem, cum nuncius meus, ita Mtis sue Caesaree nomine nobis retulisset: q illa mandatum ea esset seuere Voievode

node Valacho et vt terram Pokucie et omnia recepta ac hostili: ter innasa nobis restitueret: expectauimus per non modicum tē: pus eius restitucionis effectum.

Sed cum videremus Voiewodam Valachum post acceptum ab il: lius Caesarea Mte mandatum, in sua hostilitate et pertinacia obstinatum esse, neqz mandatis eius Caesaree Mtis vlla in re parere et obsequi velle: quin etiam in contemptum Mtis sue Caesaree plurimis elatis et contumeliosis verbis in vulgus ea de se iactare, q integrum sibi foret, vellet, nec ne, mandatis Caesaree Mtis obsequi, cum nihil amplius qz ad Tributum illi soluendum velit esse obligatus.

Nos tum et iniuriarum iarum pertesi, et querelis subdi: torum nrorum non tollerandis permoti, misso cum nonnullis co: piis et militibus Exercituum regni nri Capitaneo prouinci: am meam Pokucie recepimus, et occupatores Valachos ex ea eiecimus, ad quem casum, cum denuo Valachi numerosiores accurrissent, iterum sunt per milites nros repulsi. Tercio ipse Voiewoda prouinciam nobis non concedens, cum vniuersa po: tencia sua et multorum millium hominum cumqz tormentis et omni apparatu bellico, Capitaneum et milites nros est adorsus quem eciam auxilio dei, et iusticia cooperante idem Capitaneus cum militibus nris fudit, fugauit et vindicatus est, multis ex illius militibus interfectis aliis in fugam simul cum ipso versis

In quo conflictu licet Capitaneus et milites mei, omnem comeatu Voiewode, et Tormenta bellica, que secum multa habuit ade: mit potuerintqz victoria freti, illius terram facile vastare et depopulari: proferre tamen vltra fines pedem per nos sunt prohibiti, ne in meis cum Mte illius Caesarea initis foederi: bus aliquid offenderent

Quibus peractis nos ad Mtem illius Coesaream, alterum miseramus nunctium, qui rebellionem Voieuode Moldauiensis simul et hec que gesta sunt Mti sue Coesaree declararet, utque Mtem illius certiorem faceret, omnia que ex parte eiusdem Voieuode Valachi aliter dicerentur, ficta, et falsa esse et ut Mtas sua Coesarea que perfidiam et fraudes Voieuode bene nosset, nunctiis et calumniis illius fidem non adhiberet

Qui nunctius, cum reuersus ad nos esset, declarauit nobis Mtem suam Coesaream, grauem huc ad nos Oratorem suum mittere decreuisse: qui et Valachi erga nos perfidiam et hostilitatem cognosceret, et foedera certa inter nos et illum constitueret: de damnisque nobis et subditis nris illatis secundum equitatem transigeret. hec illius declaratio et Mtis sue Coesaree institutum fuit nobis gratum

Verum cum postea Illtris dominus Ludouicus Gritti misso ad nos nunctio, scripsisset nobis, se qui Oratoris nomine ad nos proficiscebatur, ad alia negocia obeunda per Mtem suam Coesaream ex itinere reuocatum esse: simulque à nobis postulasset, ut ad transigendum de hiis, que cum Valacho hoste nro nobis intercedunt in aulam Sermi domini Joannis Hungarie Regis Oratorem seu Secretarium nrm, cum plena potestate mitteremus, quo et ipse dominus Ludouicus venturus et Valachus Oratores suos missurus esset. Nosquidem, tum de reuocatione tam insignis Oratoris doluimus, tamen cum necessaria Mtis sue Coesaree negocia illum auocarunt non potuimus nisi boni id consulere, et nrm desiderium animo equo ferre.

Illud vero quod à nobis de mittendo in Hungariam Oratore per nunctium et literas postulauit dominus Ludouicus, tametsi sciebamus

bamus nunquam antea de negociis que cum Valacho vel no:
bis, vel predecessoribus meis intercedebant, vspiam, nisi in Au:
la nra agi et tractari consueuisse: non grauatim tamen nos fa:
cturos recepimus, et non multo post sicut hoc sue Mti Caesaree
cognitum putamus, re ipsa praestitimus, volentes in hoc deside:
rio Mti sue Caesaree, quam id ex literis Illris domini Lu:
douici Regiti optare cognouimus satisfacere.

Posthec q accomodatissimis verbis poteris Valachum de illius
vanitate, inconstancia, et perfidia erga nos aequos et vicu:
sabis, declarans Bassis ipsis, q quemadmodum ille in ce:
teris, perfide et hostiliter nobiscum agere consueuit, ita et in
hoc transactionis negocio, quod in Aula Sermi domini Joa:
nis Hungarie Regis tractari debuit, et ad quod Caesaree
Mtis autoritas intercesserat, nos fefellit, Namq cum Or
nr illuc peruenisset, actumus tractatumusq omnia que ad
rem pertinerent, nemo tamen ex illius Oratoribus qui ven:
turi promittebantur illic comparuit. Atq ita Orator nr
multo confecto negocio, ab hoste meo illusus, vacuus ad nos
reuersus est.

Si commemorabunt Basse, vel querent abs te, quamobrem a no:
bis vel militibus meis, post recuperatam prouinciam meam
Pokucie, Valachus et subditi eius damnis et populationi:
bus fuerint affecti: Respondebis te certo scire, q nos et
subditi mei, nunq illum aliqua iniuria lacessiuimus: neq
illi occasionem inimiciciarum et dissidii mutui dedimus, sed
cum ille nos subditosq meos iniuria prouocasset, tum de:
mum et nos ab iniuria et subditos meos ab oppressione tu:
tati sumus, sicuti et in ea re quam commemorarent Basse,
subditos meos fecisse oportuit, qui cum illum mandato Cae:
saris non obtemperare: et fines regni mei inuadere: demq

multa illic igne et ferro deuastare aduerterunt: calamitatum suarum miserti, et ignominia que nobis ab illo inferebatur concitati in illmis fines vendicandi causa irruptionem fecerunt, nec multum tamen damni vel incomodi illmis subditis intulerunt

Si preterea expostulabunt tecum Basse predicti, quod à nobis Capitaneus Exercituum meorum, cum quibusdam copiis in subsidium Ferdinando Regi, et contra illmis Mtem missus esset: dices hoc non solum à nobis non esse factum, sed ne cogitatum quidem vnquam. Cum tamen nos intelligamus delationes eiusmodi, et falsas de nobis criminationes à Voieuoda Moldanien' profectas esse. Rogamus illmis Caesaream Mtem, que iam pridem nugacitatem et nequiciam Valachi bene nouit, his calumniis fidem non adhibeat certoque credat ea que nobis per quempiam de inconstancia et mala foederum obseruatione attribuuntur, ficta et falsa esse, quod Oratores per Caesaream illmis Mtem huc ad nos missi amplissime testari poterunt, quippe qui integritatem meam, et in foederibus custodiendis sinceritatem plene perspexerunt.

Quod si dicent Basse Caesarem esse certo edoctum quosdam subditos meos in Exercitum Regis Ferdinandi militatum concessisse, dices id fieri quidem potuisse, quod aliqui Poloni nominis vel alterius linguae homines, qui passim in dominiis meis que late possidemus, victus gratia vagantur, nullumque firmum domicilium habent, pecunia conducti illuc concesserint id tamen clam nobis, et preter omnem voluntatem meam factum esse

Sin autem dicent scire Caesarem, certos Nobiles subditos

vel Aulicos meos ire Ferdinandi militare. Respondebis nos neminem scire, qui illuc contra probibicionem meam concesse:rit sed si quispiam, nobis insciis temerarie et audacter contra mandatum meum se illo contulerit, et domum post hac reuersus fuerit, animaduersione debita à nobis punietur Nos tamen omnino non credere, vt aliquis subditorum nos:trorum contra probibicionem meam in Exercitu predicti Ferdinandi Regis militare audeat: nisi forte qui à multis annis illic in Germania se seruiendi officiis vel Regi ipi vel aliis Germanie Principibus alligarunt, sicut Caesa:rea Mtas tempore profligati Regis Ludouici in quibusdam subditis meis in Hungaria tum seruientibus forte experta est.

Interrogatus vero de cesis et despoliatis in Regno meo Thurcis Mercatoribus. Respondebis tibi quidem cognitum esse, quod elde nonnulli Mercatores Thurci sint affecti id tamen violenter et preter omnem culpam meam, vel Prefectorum nrorum, à prædonibus factum esse. quod nos molestissimo animo tulimus et de predonibus ipsis, quos cum magna difficultate sumus consecuti pœnas capitis sumpsimus. Cum autem à nemine occulte malorum hominum insidie euitari possint, videri no:bis necessarium, vt qui negociandi causa huc in Regnum nrm comeare tuto voluerint, se Prefectis locorum nrorum præsentent, qui illorum securitati prospiciant.

Dicendum eciam erit, vel cum Caesare vel cum Bassis vt illic videbitur, quod Tartari Bialogrodenses, qui sunt subditi Cae:saris, partim soli, partim etiam ascitis sibi Tartaris Preco:pensibus, turbare solent pacem et Inducias, que fieri con:sueuerunt inter nos et illius Caesaream Mtem, grassando in Mercatores et alios subditos meos vltro citroque commeantes et ad fines Regni aut Ducatus Lithuanie excurrentes et

plurima damna perpetrantes. Et proinde vt Caesar illos à ta:
libus facinoribus contineret postulandum quod etiam erit in
articulis Induciarum exprimendum.

Item fit plerumque quod Turci subiecti domini Imperatoris Thra:
corum et praesertim ouium pastores, pascere solent greges suos
ouium in dicione et pascuis nostris. Quapropter ob firmio:
rem pacem et concordiam vtrimque inter subditos amborum
dominiorum stabiliendam, admonendus erit dominus Impe:
rator aut cum Bassis agendum, et constituendum, vt eisdem
pastoribus aliquem modum praescribi imperent, quo videli:
cet homines et pastores subiecti ipsius Imperatoris, non te:
mere, nec vi, sed aliquo ordinato modo, et cum bona venia
scientiaque Praefectorum et officialium nostrorum talibus pascuis
vterentur.

Induciae firmandae sunt Iuramento Caesaris, quemadmodum
antehac semper est fieri solitum, et literae earundem Induci:
arum in forma consueta accipienda.

Item vt ipsae Induciae fiant ad tot annos, vt praedictum est inter
nos, filiumque nostrum: item Regnum nostrum Poloniae et Magnum
Ducatum Lithuaniae, aliaque omnia dominia et subditos nostros
ac inter Caesarem, eiusque omnia regna dominia et subditos
quoscumque.

Et vt nullum damnum, nobis, filioque meo, denique Regno et
Ducatui Lithuaniae, ac aliis quibusuis dominiis et subditis
meis, à gentibus quibuscumque Caesaris, et Tartaris Bialo:
grodensibus aliisque omnibus ipsius Caesaris subditis infera:
tur, vtque pax firma et amicicia solida fiat et vtrimque ob:
seruetur

Item ut nunctii et oratores tam Caesaris q[uam] nostri ultro citroq[ue] in Dominiis meis comeare possint. Similiter et Mercatores ex utraq[ue] parte, ut libere, ire, redire, et comercia ac ne:gocia sua tuto exercere valeant, Theloneis et vectigalibus consuetis persolutis.

Ages deniq[ue] et summa curabis diligencia ut litere Inducia:rum sermone latino aut Italico, prout antea fieri consuevit scribantur. Nam non habemus in Regno meo homines qui scirent literas lingua Thurcica aut Arabica scriptas de:bito modo interpretari.

Si quesitus fueris, ex qua causa nobis vivientibus filius meus fuerit Coronatus. Respondebis factum esse id propterea à subditis meis, ut in hac temporum varietate, et rerum per:turbacione, que fere totum orbem iam à multis annis commo:vet, certum Successorem ad nostrum regale solium habeant Quandoquidem vacante Sede multas difficultates et differen:tias in eligendo Rege plerumq[ue] fieri solere sunt experti.

Post susceptas et conclusas inducias

Rogabis Caesarem, et cum Bassis ages, ut ad Inducias firmius servandas Voievodam Moldavien[sem], ita sub impe:rio suo servet, ut ipse, se, erga nos cum Caesarea M[aies]t[a]te co:foederatos in officio contineat, et nihil unq[uam] hostile contra nos filium meum, et Regnum ac Dominia subditosq[ue] meos quos:cumq[ue] moliatur. Nam Siquid iniurie vel hostilitatis, sicuti proxime fecit, quandoq[ue] nobis intulerit, et nos vim vi re:pellentes, quod naturale est, illum vindicati fuerimus. Ro:gare nos Caesarem, ne tum rupta à nobis foedera existimare

velit. Si quidem inferendo bello et non propulsanda iniuria foederum raciones violantur.

Ad Imbrahim Bassam instructio.

Cum perueneris ad locum residentie Imperatoris Thurcorum descendes ad Illrem dominum Imbrahim Bassam et vises. salutabisqz illum nomine nrō et precaberis ei vitam longam, faustaqz omnia.

Caeterum ages illi nomine nrō grãs, q nobis, Oratoribus, et reliquis nominis Poloni subditis nostris, beneuolentia et propensione sua in Aula Caesareę Mtis nunqz deest, illaqz officiose et amice nobis exhibet: et per omnem occasionem, prestat. Quod nos vicissim illi gratificatione et mutua nrã regiã beneuolenciã referre curabimus.

Preterea rogabis illum nomine nrō, vt hiis que aduersum nos à Voieuoda Moldauiensi, nequam homine, vel apud Caesarem, vel apud se dicuntur, vt ipse fidem non daret et Caesareę Mti persuaderet, ne illius fictis et vanis de nobis nunciacionibus credere dignaretur: vtqz Mtas sua Caesarea Voieuodam ipsum ita compescere, et in officio cōtinere dignaretur: ne deinceps vt hactenus fecit, nobis, Dominiisqz et subditis nrīs sua hostilitate et nugacitate fiat iniurius.

Postremo rogabis illum vt inter Caesaream Mtem et nos, bonam amiciciam, et diu seruatam beneuolenciam promoueat conciliëtqz, vt operam suam faciat, quo foedus inter nos

et illius Mtem Caesaream inmoveatur et stabiliatur ad tempus longum, et vt in omnibus tibi bene comissis celerem et optatam habeas expedicionem.

Caetera industrie, virtuti, et fidei Oratoris committuntur qui hec summarie notata, pro sua prudencia ita extendet et moderabitur, prout res et dignitas nostra postulabit. In reliquis vero prout illa tempus offeret suo consilio et industrie insistet

Salutandus nomine regis Lodouicus Gritti.

Visendus eciam erit et salutandus nomine nro Illtris dominus Ludouicus Gritti, siue ille in Hungaria, siue in Aula Imperatoris Thurcorum repertus fuerit. Declarandum illi nobis esse gratissimam eius operam, quam prestat assidue apud Imperatorem suum in nris et subditorum nrorum negociis: et vt illam deinceps facere non intermittat, vtque curet conseruari bonam amiciciam inter nos et eundem Imperatorem suum, ita vt nullis hostium nrorum falsis et confictis criminationibus interrumpi possit diligenter rogandus. Praeterea vt in causa nunc contra Voieuodam Moldauiensem iustissima, eam velit prestare nobis beneuolenciam et affectum, quem in reliquis negociis apud Caesaream Mtem prestare consueuit. Quod officium nos illi omni studio fauore et gratificacione nra referre per omnem occasionem semper curabimus. Datum Cracouie ija Octobris Anno domini Mo Do XXXijo

Sigismundus Erberstein Regens Austrie
Chrfero de Szidlovec Castellaº et Capitº Cracc
. R. Pol. Cancellº

Illris et Mgce domine, domine obseruanme. Post debitam mei commendacionem: Ad literas vrae Illrie Dnis quas Stenkierch mihi putauit, cuperem ad votum vrae Ill: D. respondere faciam tamen quantum in me est. poterit autem et ipse Schtenkerch plura ad interrogaciones referre que oculis vidit/congregatus erat Exercitus qui satisfecisset desiderio tyranni si saltem expectasset, aduolarunt et Cesare et Romanorum Rex. Ego si sentenciam meam dico Thurcam ementitum cupere conflictum cum Cesare, ait quispiam eum in tempore non aduenistis, respondeo, eciam si preuenissent eum mei, ille non conflixisset cum isto Exercitu, et fecisset id quod fecit, posteaqz banc Rasam pastorum huiusmodi non potuit expungere. mendicauit pacem apud Sopronien Vissenstoll vt in illius Exercitum Bombardas non iaceret quam facile obtinuit. circuiuit nouam Ciuitatem quam forte videre cupiuit, consedit ea nocte apud oppidulum Nemkberchum mee dicionis et ab illis incolis erroganit transitum securum / Deinde transiens montem dictum Herperg et festinauit vsqz Gracz caput Styrie quod omnino non erat prouisum, nam tota Nobilitas egressa erat ad Lincium vl Regem comitaretur vsqz ad conflictum

Dominus Joannes Cachianer ab huic egressus 1300 armatis equitibus 1000 leuibus vel husseronibus, in Noua Ciuitate adauxit 1000 pedites per montes accelerauimus

vt si potuissemus tyrannum preuenire circa Graca et nō potuimus

Consilium autem erat noctu velle per Exercitum Thurce oppidum ingredi. venimus autem noctu ad oppidum, et die preterita reliquerat illud tirannus quem altero mane consecuti, nemo suorum redire voluit, nam decem millia transierant Muram/nostrum, non erant tunc vltra tria millia Nos in oppidum reuersi per triduum quieuimus, Hussarones autem illos longius prosecuti et in posteriores du: centos potiores vna die ierunt sternunt et vsq ad copias Basche Natolie progressi, duos, nominatos Sansacos, occi: dunt et alterius caput reportarunt alterius vero amputa: re non potuerunt cum illius Basche copie illos insecute erant. alterius eciam cuiusdam Judicis, vel vt aliqui di: cunt Marschalci caput attulerunt, valde senis qui pe: nitus canam habebat barbam, nullos dentes. Captiui tunc referebant omnes illos ducentos insigniores fuisse sicuti et vestes, equi et arma eorum testantur.

Dominus Kathianer ex Graca rediit versus Nouam Ciuitatem per itinera per que Thurcus venerat, vene: rat autem vsq ad vallum et fossas Graca, nam tunc densissima nebula cooperiebat illum, post Nebulam vero ictibus Tormentarum ex Arce que altissima est et ex oppido Nam vtrumqz eisdem satis bene prouisum erat coactus erat secedere, Scriberem ordine qualia sunt iti: nera vbi illius exercitus ierit si vra Stt: D.o nesciret, cum vero sciat transeo, nisi hoc preterire non possum vnsq crediderim tam munita oppida non potuisse occupare imo Ecclesias sepius tentatas coactus est relinquere, qua: rum tamen non nisi tres inter Nouam Ciuitatem et Grac positus et plures in eis animas perdidit.

Cum itaqz dominus Cacianer curam haberet de duode:
cim millibus Thurcarum qui furto quasi ingressi sunt
montes illos Noue Ciuitati meridiem versus oppositos, et
vsqz fluuium Onasum qui superiorem ab inferiori Au:
stria diuidit progressi, imo 600 transgressi, versus Lu:
cium vbi Rex meus degebat, quamuis statim redire
Onasum coacti inter illos montes, cum ex insperato ve:
nissent maximum fecerunt damnum, quamplures homi:
nes ceperunt, Cupiebant autem per alios montes ver:
sus Stiriam et Carinthiam egredi, tamen prohibiti per
meos villanos qui incisis roboribus constructis propu:
gnaculis viriliter illos repellebant, cumqz illis hec nō
patebat via, redire vnde venerant coacti, quibus ab
inicio occurrit pars quedam Exercitus mei, que non
erat sufficiens aperto marte illos aggredi, particularibus
tamen prelijs tentatum est, et ceciderunt ex vtraqz parte
aliqui, isti desperati propter famem et defessos equos dispersi
sunt occisis antea captiuis ferme 6000 in vno quasi cu:
mulo, omnia autem itinera redeuntibus erant per meos
commode obsessa. Dominus Cacianer venerat opportunis:
sime in oppidum Niecientbrcham quasi tercia hora noctis
et post medium noctis egressus contendens recta inter No:
uam Ciuitatem et montes illos, nam ea nocte certi pedites
mei consecuti erant Castra inimicorum significantes equi:
+ tatum cui preerat Dux Fredericus Co: Palatinus quia su:
mo mane adorturi illos erant et factum est, itaqz fugien
inimici erant tunc insimul quinqz millia incidunt manus
equitum, defensio erat strenua virorum, in equis deficie:
bant, conantur se fuga saluare quos insecutus Terckh
Valentinus, fugientes autem iunguntur alijs 5000 Turca:
rum, qui per aliam viam egressi montes hii omnes occur:
runt

runt domino Catianer: Cumq; ex vtraq; parte concursum
est acrius decertare, ita quedam Nebula densissima quam
quidam artificialem et non naturalem existimabant, se inter:
posuit eo tempore prorumpunt Thurce et fugiunt Nichilo:
minus mei illos consecuti et coegerunt vt relictis equis,
abiectis omnibus vestibus penitus nudi pedestres in pate:
tissimo campo plusq; viriliter decertarent, cesus est ingens
numerus illorum, ingens q° numerus equorum meorum
sancius q; plures boni viri vulnerati equus domini Ca:
tianer occisus, acta sunt hec in patentissimo campo noue
Ciuitatis quem vra Stas D°. nouit et vidit, atq; ita
paucissimi ex illo exercitu domum redibunt, Nam et nunc
quottidie capiuntur vagantes in siluis supra Oppidum
Niemssiab, redierunt vtiq; 600 quos tunc nemo sequeba:
tur attamen ex illis credo non omnes domum redituros,
putantur occisi 9000 preerat autem illis vt omnes captiui
testantur Cassim Vainoda, qui ex omnibus meliores con:
scripserat, nam proclamatum est quicumq; velit possit se illi
iungere, qui inter strenuiores apud Thurcas habitus
est, et is occubuit, comportantur indies plures onerati cur:
rus puerorum et faeminarum vulneratarum gens vtiq;
inhumana et crudelis que innocenti etati et sexui mi:
nime parcit.

Thurcus ipse de Kracz progressus vsq; Drauum vbi pri:
mum montes egreditur, est illic Oppidulum nomine Mar:
purg et illic vndecim diebus mansit, nec capere potuit
conquisiuit qualescunq; Naues et lintres quibus pontem
strauit et transgressus est vbi nam certo sit scribere non
possum, credo autem tentaturum eum Slauoniam si non po:
terit totaliter capere, saltem perdere et depopulari.
Que apud nos hic aguntur vidit Stankhercher ad hunc

me remisso et Vrae Illmae D. me commendo Ex Vienna vª Octobris Anno domini M°. D°. XXXII°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Stefano Broderico Episcopo Sirmiensi

Rme in Chro Pr et domine frater et amice charissime ac honorand. Cum hic postreme Mgcus D. Jeronimus de Lasko Voievoda Transsiluanie et Palatinus Syradien fuisset, declaravit Mti Regie certos modos et condiciones quibus tractacionem future concordie et pacis adornare cogitat de quibus cum Mtas sue vnus modus satisfaciat et probetur vult in illo omnem curam et diligenciam suam impendere confiditque effici facile posse vt aliquando tandem isti perniciose dissensioni optatus finis imponatur, modo Principes vtriusque partis se prebere faciles et mandata sua cum plena facultate et non limitata potestate Consiliariis et Oratoribus velint dare Ego autem quantum in me erit totis eciam viribus apud Serenam eius Mtem enitar et elaborabo ne vlli occasioni in re bene transigenda deesse dignetur.

Scripsit huc ad me ex itinere Mgcus D. Jeronimus Laski que in Germania recens acciderint, que ego in exemplum redacta D. vre Rme cum presentibus mitto.

Ceterum a D.ne vra Rma plurimum rogo velit nomine meo declarare Rmo dno Joanni Statilio Epo Transsyluanen excitatos esse hic quosdam sermones, quod sua Rma D. deberet alicubi palam vel secreto nomen et existimationem nationis

Polonię indigmoribus q̄ ęquum esset et honestum pateretur ver:
bis eleuasse. Quę res plurimum hic male audit, et nomen
D. suę in odium et inuidiam multorum adducit, vnde eciam
non mediocrem capio causa D. suę Rme molestiam, cum il:
lius personam apud omnes homines charam et acceptam esse
optarem. Quare id putauerim esse officii D. vrę Rme
vt illum amanter de his admoneret, et simul illi persuaderet
et suo et meo nomine, ne quidpiam eiusmodi in animum sibi
inducat quo statum hominum tam ampli Regni lederet, et ad:
uersum se illorum odium prouocare posset. Si vero innocens
eius delationis esset ad me vel aliquem pro defensione sua ali:
quas rationes perscriberet, quibus ego purgare innocenciam
eius D. Rme possim. facturus enim sum pro honore D. suę
Rme quę vel à fratre illius fieri iure deberent. Comendo
me amori et beneuolencię fraternę D. vrę Rme quã
cupio esse semper foelicem et diu recte saluam ac incolumẽ.
Dat. Cracouię Octobris Anno domini
M° D. XXXii

Petro Tomicio Epo Crac. R. P. Vicecancel.
CAspar JAroczki.

RME domine, domine mihi honorandme mei et seruiciorum meo:
rum comendationem. Intellexi per nonnullos maleuolos de cap:
tiuitate Spectabilis et Mgci domini Jeronimi de Lasko Pala:
tini Syradień me apud Rmam. D. vram sinistre accu:
satum esse. Cuius rei teste optimo deo in nullo conscius sum.
Rogo itaqz R. D. vram nolit verbis huiusmodi male:
uolorum credere, dum enim idem dominus Palatinus ex hac
captiuitate (vt spero et opto) eliberabitur, testis innocencię
meę erit locupletissimus, et eandem R. D. vram diu feli:
cissima

cissimam valere opto. Cui me et seruicia mea comendo Ex Alba Julia quarta Nouembris Anno M°. D. XXXiiij

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de gorca Castell° Posn. Capit°
Maioris pol. generali

MAg^ce sincere nobis dilecte. Quod nobis Stas tua scripsit actum esse Conuentum in finibus illis cum a meis tum ab Illris domini Joachimi Marchionis Brandeburgen deputatis Consiliariis et nihil in eo peractum, egro et molesto tulimus animo. Scimus enim multos esse subditos meos, qui grauibus iniuriis et contumeliis affecti rebusqz et fortunis suis in Marchia despoliati auide pro illo tempore administracione iusticie expectarunt. Quam quia assequi non potuerunt, et quod nos iniurias et predationes solitas non solum non cohiberi sed augeri in subditos meos videamus non possumus nisi grauissime id ferre verum cum ita hoc ferat tempus tolerabimus hec eatenus quatenus paciencie leges permittent.

Caeterum quod Stas tua scribit in Electione noui Abbatis Bledzouien ita contigisse, quod cum Germanum sue Polonum vero sue lingue et nationis hominem preficere Coenobio illi contenderent, Rndus dominus Epus Posnanien Polonum confirmauerit, quod nos probare non possumus, nam in preficiendis Abbatibus mea semper primis authoritas et approbatio quam confirmacio Epi intercedere solet et debet, et nos vt Christianum decet Principem morem hunc seruare consueuimus, quod non primis electionem Abbatis cuiusuis approbamus nisi et ille nobis presentetur, et de Electione Canonice

saltem per maiorem partem inhabitancium Coenobium concor:
diter facta doceatur. Quare hortamur Stem tuam vt fratribus
Coenobii illius declarari faciat, nobis discordiam et factum il:
lorum displicere admonerique illos vt electionem suam sub Sigillo
Monasterii sui et manu publica ad nos transmittant, reique geste
seriem perscribant, vt nos id quod voluntatis meę erit et quod
iuste fieri debet, ea in re decernamus. Interim autem prouideat
Stas tua, vt nulla vis Coenobio illi et fratribus in eo degen:
tibus à quopiam inferatur, neue aliquis Monachus externus
contra voluntatem illius obtrudatur facturam Stas tua pro
suo officio et gra mea Que bene valeat Dat Cracouię
die ix Nouembris Anno M D XXXii
Regni mei anno XXVi

Tomicius Epus Vicecancell
Concionatori

Egregie domine Doctor hac nocte preterita circa horam deci:
mam dominus aduemiens puero Nepoti meo annos duodecim
nato vitam ademit mortalem et in illam ęternę viuentium
sicut illi placuit animam eius transtulit cuius hunc casum cui
ego vehementer ex aliis multis causis doleam ex hac tn potis:
simum et maxime humanitate commotus deploro q indoles
illius singularę futurę virtutis specimen prę se ferre vi:
debatur. Quare cum mihi Antisti ad exemplum aliorum pro:
posito conuenire existimem vt meorum agnatorum funera Chris:
tianis approbatis Ceremoniis procurari curem. D. Vram ro:
go vt sermonem exhortacionemque breuem ad populum pro die
Sabbati sibi appararet et illam mea et pietatis Christianę
gratia non grauatim pronunctiare velit quod officium et

deus illi retribuet et ego gratifficatione mea refferam
Datum Anno domini M° D° XXXII°

Andreas Cricius eps Plocen. Petro Tomicio epo Crac. vicecancell.

Rme in Chro Pater et domine benefactor colendissime. Mgr Stanislaus ille bonus Sacerdos non ita pridem defunctus construxit egregiam Ecclesiam vna cum Plebano in villa Regia Cleczkowo, meo, et aliorum subsidio, in qua ipse Plebanus vellet fundare mansionarios, et pro ipsa fundacione cuperet eximere Aduocatiam in Villa Regia Lalbezino, quam commissum erat per Regiam Mtem domino Epo Camenecensi reuidere, Qui cum istic relacionem fecerit, supplico Rme D. Vre, vt causa cultus diuini in expediendo consensu Mtis sue super ipsam Aduocatiam patrocinium suum prestare dignetur. Cuius gratie me etiam atque etiam diligentissime commendo. Poltovie die ix Octobris Anno domini M° D° XXXII°

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Crac Vicecancell.

Rme in Chro Pater, et domine benefactor colenme. Non potest mihi tam diligenter comendare Vra Rma. D. negocia servitorum suorum, q ego libenter exequor quicquid in rem ipsorum à me prestari potest. Gorski, qui hic est, habet à me omnia quicquid postulat, eciam cum querela adversarii. Alexio nihil deest, nisi mors Plebani quam expectat. Negocium alterius Gorski tametsi ego nominacionem Mtis Rlis in personam Angelini habeo, cuius executor est Rma D. Vra, et vigore processus et provisionis eius est ille receptus ad Ecclesiam cum bona Statutorum provisione, tamen libens cum ipso Gorski ius meum coniunxissem ita, vt hanc prædam inter nos commode partiri potuissemus, nisi intercessisset dominus Epus Camenecen suo regressu, quem cum ostendisset expeditum esse ad Plumbum, et Prelati mei me docuissent, totum apud ipsum Jus esse, nec graciis, nec nominacionibus locum vllum superesse, coactus sum non sine magna difficultate ei soli totum dare, quicquid emolumenti ex hoc Sacerdotio vel provisus meus habere vel ego aliis impartire debuissem, retinuit enim dimidium decimarum, et insuper contentacione centum Sexagenarum accepit, vt supputatis omnibus paululum supersit vltra titulum. Ad conficiendum autem negocium hoc tam duris condicionibus me coegit ingens ambitus nonnullorum, qui miris et indignis modis conabantur hunc regressum à domino Camenecen redimere, et concordiam per Rmam D. Vram factam dissuere, in qua ostendebat ille ad eludendum ~~ruinam~~ rimam quandam de poena non expressa, nescio quo modo à nobis non prospectam, nec dilacionem vllam ferre

volnit, vnde ad prescriptum eius me omnia facere oportuit, eo vero Scholastrie titulo ornandum duxi dominum Corzbok Nepotem meum, hominem mihi et Ecclesie totum deditum, quem hactenus fuisse in Capitulo infimum et ianitorem me nonnihil puduit, spero autem Rmam D. vram que hominis virtutem habuit semper commendatam, meam hac disposicionem non improbaturam, cuius gracie me etiam atque eciam ex corde commendo. Poltonie xvi Octobris Anno domini M° D XXXii°

Andreas Cricius Eps Plocen Bonae Reginae Poloniae.

Sacra Maiestas, domina mea clementissima

Humillimam mei comendacionem. Venit ad me dominus Carolus ex quo intelligens bonam valetudinem Mtatum Vrarum pro qua iugiter dominum Deum precor, fui multum exhilaratus. De negocio Scholastrie Plocen in quo illum mihi Sacra Mtas vra comendare dignetur, fuit res inter nos perfacilis, licet enim mea à Sacra Mte vra nominatio sit prior, quo ad Ecclesiam Plocen quàm ipsius, que de Ecclesia in Ecclesiam transferebatur. Sed et Capitulum meum non caruisset specialia mandata domini Angelini ad faciendum in partem meam quicquid oportunum fuisset tamen amice et equaminiter cum ipso domino Carolo libens composuissem, et hanc cum illo predam partitus fuissem, nisi intercessisset dominus Epus Camenecen suo regressu, cui me totum dare oportuit, quicquid emolumenti ex hoc Sacerdocio vel promissus meus habere, vel ego aliis impartiri debuissem. Quid tamen sponte mea

prestiterim erga dominum Carolum ratione comendacionis Sacrae Mtis Vrae, ipse clarius referet, credo enim eum non peniturum huc venisse. Hunc vero Scholastrie titulum contuli Nepoti meo Canonico et curatori mecum fabrice Ecclesie homini probo et Sacerdoti, quem hactenus fuisse hic in Capitulo infimum Et Janitorem me nonnihil puduit. Hinc quod aliud scribam Vre Sacrae Mti non habeo, nisi me eius gracie eciam atque eciam humiliter commendo Poltomie xvi^a Octobris Anno domini M° D XXXii

520.

Responsum a Petro Voieuoda Valacorum ad legationem Sigismundi primi regis Polo[nia]e, Datum ac missum ... per Leonardum Seruitore[m] Palatini Podoli[a]e.

Nati wschiczki, articuli Poselstwa mego, niepodoba mi się
odpowiecz V. M.ci abowiem nigdismi nieprzisięgali otę zie:
mięzę Pokucie, anismi onei wspominali na on czass, ktora zie:
micza zdawnich czassow przislussala do ziemie nassei, i dzierz:
zal ią ociec nasch Stephan, i po iego smierczi Bohdan Voieno:
da brath nasch, à V. M. chczieli onę miecz i dzierzec, tedi
chczieimi pomagac na danie Czessarzovi Thureczkiemu piaczią
albo schesczią tisiąc zlotich na kozdi rok, a nieraczissli V. M.
pomagac tich dani Czessarzovi Thureczkiemu placzic, tedi rac
V. M. tę to ziemiczę za nasse skodi ostawic, ktore mami od
V. M. i od poddanich V. M. abowiem oczosmi przisięgali wiec:
nie miedze dzierzec tedismi dzierzeli, a izesmi na granicze prze:
cziw ziemi Podolskiei Voiskiem swim nieposlali ani zadnim
naiasdem, okolo Camiencza schkodismi nieuczinili JW godi niera:
czis V. M. nam nassich schkod oprawicz à pussek nassich zwro:
czic, tedi nierac nam mowicz potim, bismi zlodzieiskim obiczaiem
mieli ziemię psowac, bomi do gardla nassego lichhosczi à schko:
di swei cziexpiec niebądziemi, abowiem na on czas V. M. cziez:
piecz musielismi, poki nassi zdraiec v Thureczkiego bili wzwią:
zaniu, alie dzis naschi zraicie są rozwiązani, mozemi vczinic
czo bedziemi chczieli, i zebrawschi Voiskiem swem zathidzien
mozem V. M. schkodą posamy Lwow vczinic i do swei się
ziemie zwroczic, à swei ziemie podrugi ras do ziemie V. M.
poslac izebi oni mieli zasię czas psowac i woiowac, wislibi sią
Voiska V. M. zebrali, iako V. M. mnie y mei ziemie raczil

vczinic, oczem dobrze wiemi zebi nam V.M. tego niecierpial
izebi V.M. Voiskiem swem ziemią naschę psowac roskazal
alie niewiemi iakobi nam bog pomogl. albobi V.M. bog po:
mogl Voiowac albo nie. JW. Themo się widziwowac nie:
mozemi ze V.M. temu rozumiec nieraczisz ize V.M. za
ziemią panstwa mego siedzisch, iako ieden czlowiek za do:
brem murem stal, anieraczisz nam V.M. tei ziemicze
za naschę sschodi zostawic, ktora ziemicza iako dwanascie wsi
vczini a Croliowie Vegierscy bedac Sasiadi bliskimi po:
ganskich panstw iako inni, napierwei Crol Mathiasch kto:
ri bil pogniewal się zoiczem naschem niewielie a on chczac
bic snim wdobrim przijaczielstwie zoiczem naschim poied:
nal się przes swe pani iako pan Chrzesczijanski a nieschu:
kal iednania przes Thurka, i darowal oicza nassego zie:
mią i zamki, Thesch Crol Janusz chczanc snami wdobrei
przijasni bic bez zadnego walczenia, darowal nas dwie:
ma zamki, zaktoremi zamki dzierzimi Siedmigrodzkiei
ziemie niemalą czasc, sktorei ziemie mozem mieczi ku po:
trzebie swei niemalą pomoc sktorim Crolem iako zivismi
takiei sklonnosci nievczimili iako V.M. albosmi mi dali
V.M. poczestne przes posli swe poslali a V.M. nam zad:
nego pierscienczą nieraczil poslac. JW iako V.M. raczil
wskazowac knam wartikulech izebismi ku V.M. pos:
lali sswei radi zacne a wazne pani swe Stoleczne, to ra:
dzi vczinimi gdi V.M. racz tesch posli swe ilie pana
Canczlerza albo pana hetmana, albo pana Podkanclerzego
do Camienczą rac V.M. przislac, tedi mi tak glowne y
Stoleczne pani zradi swei do Choczima przisliemi, a pos:
lowie V.M. gdi na Camieniecz bendą tedi niechay
do Awrilowczowo przijadą, naschi poslowie na oną stro:
nę Niestru ku V. M poiadą do Camienczą a panowie
V.M. do Choczima gdi przijadą tedi ym dami przistawi

zdworu swego sktoremi niechai poziemi naschei iezdza a szkodi
oglierdaia i popissa a naschi poslowie poziemi v.m. niechai
sprzistawi. v.m. iezdza a schkodi v.m. poddanich oglia:
daia y popisza ato wschiczko popisawschi racz v.m. na
liczbe polozic a ia tesch sam poloze a gdi liczba miedzi
schkodami twirzemi tedi kto wieczei schkodi bedzie mial te:
di ten temu czo wieczei schkodi bedzie mial niechai oprawi
a inaczei poslow swich nieposliemi, bo nieradzi bismi tego
widzieli zebi panowie naschi mieli tak bic wiazanij
iako ten pan ktori podlia cziebie stoi / Milosczivi Crolu tego
Piotra tu wspominam czo gi bil pogimal Wlodek wskalie
It czo tesch slisselmi od niektorich przijacziol naschich isch
v.m. raczil miec nadzieia w Grittim izbi on za dari
v.m. mial iednac wsziczko v Czessarza Thureczkiego to
czobi v.m. chczial, i tak Gritti v.m. vpewnil izebi
Czessarz Thureczki mial wziemi naschei inego Voiewode
misli nas postawicz, gdzie pozal sie bog. v.m. darow
ktoremu v.m. raczil slac, bo tako to iest rzecz podobna
iakobi Gritti zostal Crolem Vegierskim a Laski Cro:
lem polskim, Bo te rade czi dwa bili sobie vradzili, i
v Czessarza bil vprossil, gdibi bil bog Czessarzowi W:
niemczach poszczescil, tedi Gritti zabiwschi Jana Crola
mial zostac Crolem Vegierskim, a Laski zabiwschi
v.m. mial zostac Crolem Polskim, gdzie obudwu bog
wtem niepoczieszil, i iescze z nie poczieschi, zebi poganin mial
bic wziemi naschei Chrzescziianskiei Voiewoda, ani to
dali bog bedzie poki mi panowacz bendziemi i poki Slonce
Stoi. It to tesch v.m. rac wiedziec iesli sie mami nie:
rzic tedi sie nierzmi obiczaiem Chrzesciianskim albo
mamili walczic tedi walczmi dobrze czo znac bendzie
a nieraczili nam v.m. tei ziemie dac za nasche szkodi tedi
mij iednak ona pobierzemi i popalimij ze ani v.m. bedzie
ani tesch nam a pusta musi bic

Legatio ad Petrum Voieuoda Valacorum a palatino podolie: de mente regis Polonie Sigismundi primi

Post dictam salutem nomine domini Palatini Podolie dicat Nunctius

Posilal do Crola iego Mci pan moi pan Voieuoda Podolski posla swego stem possellstwem, ktores t. M. kv iego Cro: M przezen roskazal i to czo iego Crolewska . M. nato Posellstwo t. M. opowiedziec raczil to pan Voieuoda Podolski pan moi poruczil mi iest t. M. oznaymicz y powiedziec i thi wschistki slowa ktore ia bende mowil, i powiedal se slowa Crola iego . M. ktore iego Cro: Mc roskazal panv memv abi ie t. M. oznaymil na posellstwo. t. M.

Przodkiem Crol ieo Mc widziwowacz sie temv niemoze isch t. M. tak niedbalie postampnisch wrzeczach tak waznich ktore sie dotikaia pokoiv, zgodi i dobrego Sasiezthwa miedzi iego Crolewska Milosczia i panstwi ieo Crolewskiei M. a miedzi t. M. a ziemia Moldawska

Dziwnie sia tesch temn iego Cro: Mc isch t. M. niechczess sie obaczic isch iego Cro: M. maiacz slusche a wielike przyczim ktemv abi sie bronil tim gwaltom y naiazdom ktore sie dziali przes dlugi czas z ziemie t. M. do ziemie Podolskiei, micz vkwapnie czime niechczial, abowiem t. M. przepuszczal zle ljvdzie ktorzi kazili, naiezdzali wibiexaly, a lupili woli okolo Camienecza y wziemi Podolskiei, gdzie iesli do Starostha t. M. poslano o sprawiedinoscz

dinoscz

dla korzisci swei a pozitku ktori sobie thim obiczaiem dzialali
zadnei sprawiedliwosczi nieczinili i owschem thi naiazdi sami
strogili à t. M. gini tego dopuszczal à gich od tego niepowsczia:
gal, niechczac baczic nato zesie to przeciw Mirowi prze:
cziw zapissom i nad przisiegą dzialo, ktora miją rozwier:
dza

Malo iescze natem maiąnc, weziągnales t. m. do Pokuczkiei
ziemie, do ziemie spokoinei iego Kro: M.ci ktora zawsdi
przisluschala ku Korunie Polskiei à Krolowie Polsczi zaw:
zdi ią iako swą wlasną spokoinie dzierzeli i tames t. m.
wielkie schkodi uczinil.

Zaktorimi przyczinami à zlamaniem zapissow i Miru, nie:
ni tak iego Kro: M.c isch mial sluschną przyczinę na
t. m. się oborzic à kazic ziemią t. m. à t. M. zato ska:
rac uziawschi pana boga napomocz i maiąnc na t. M.
tą sprawiedliwosc ktorą miecz raczi

Awschakosch iego Krolewska M. iako pan Chrzesczijanskÿ
à ten pan ktoribi rad widzial dobre wschego Chrzescijanstwa
raczil tego dossic dlugo czekac abi się t. m. uznal ato czob
t. M. nad miją ÿ nad przisiegą swoią i boiarow swogich
uczinil abis t. M. dosic uczinil à wtim sią upamietal
ÿ mozesch to. t. M. i kazdi gini obaczic isch iego Kro: M.c
dla dobrego Chrzesczijanskiego, à upamietania t. M. cze:
kaiącz nieraczil się na t. M. oborzic ani oborzil dotich
miast mocznie swimi, tilko woisko to ktore kazdi rok
iego Kro: M.c nagranicy w Ruskich ziemiach zwikl cho:
wac iako to tajno niescsth poslac iego Kro: M.c ku obro:
nie ziemicze swei Pokuczkiei raczil ktores t. M. chczial
porazic, kczemu t. M. pan bog niepomogl iowschem za zlu:
manim miru zapissow ÿ przisiegi raczil t. m. pan bog
pokarac

Czo f t M roskazal kv iego Krolewskiei M^c isch iego Kro: M^c nie: doczekal azbi bil t. M. wedlie roskazania Czessarza Thureczkiego ziemiæ Pokuczkæ pusczil a smiei, wiechal iego Kro: M^c tak mowi iz gdi mial iego Kro: M^c tego pewnæ sprawæ ij wiadomosczi iss Czessar Thureczki roskazal t. M. abi t. M. ta ziemiczæ Pokuczkæ pusczil a smiei lwdzie swoie wiwiodl a t. m. na roskazanie Czessarskie niczes niechczial vczinicz anij vczinil podlvgim czekaniv ij ffolgowaniv ktore iego Kro: M^c niewgimi obiczai czinicz raczil iedno isch baczac niemale zasczepia, roznicze a walki miedzi pani Chrzes: czijanskimi niechczial na on czas ani bi chczial gdzie bi na: potijm bes tego moglo bic przicziniczæ roslania krwie Chrzescziian: skiei poddani i sluzebni iego Kro: Mci gdi baczili izes t. M. niechczial sie vpamiatac anij roskazania Czessarza Thureczkiego posluchac nijechczanc dalei czierpiec tei wielkiei krziwdi ktora sie stala iego Kro: M. i poddanim iego Kro: Mci oth t. M. wiachali sæ wziemiæ iego Kro: Mci Po: kuczkæ ij pan bog gim pomogl za sprawiedlinosciæ iego Kro: M. isch lwdzie t. M. smiei wiparli ij potim t. M. samego i wielkie lwdzie t. m. porazili a ziemiæ onæ Pokuczkæ posiali ij odzierzeli J stali potim spokoiem pod: dani i sluzebnij iego Kro: Mczi i zadnich skod nieczinili wziemi t. M. Moldawskiei, ale gdi widzieli isch poddanij t. M. naiazdi czinili i schkodi wielikie wziemi i wpansth: wie iego Kro: M. brali palili, lwdzie do Thurek wiwodzie dopusczali, niemogli tich tak wielkich schkod i krziwd dalei czierpiec alie tesch iesdi czinili do ziemie t. M. chczac abi sie t. m. vpamiatal i zboiari swimi a schkodi iego Kro: Mczi naprawili.

Ktore schkodi isch sæ wielkie ktore sie stali iego Kro: Mczi ij poddanijm iego Kro: Mci od t. M. ij poddanich t. M. a iego

Kro: M^c zadnei przyczyni niedal t.M. ku walcze ale t.M. zla:
mawschi myr i przysiegę swą i boiarow swogich przipra:
viles iego Kro: M^c ku wielkim skodam tak iego Kro: M^c
mowic raczi isch bedziesli t.M. chczial się vpamiatat à sch:
kodi iako ten ktoris wimien/ oprawicz/ à vkorzic sią aniętak
się wpicha podnossicz/ a rzeczi nieprzistoinich ani przislusch:
nich ku iego Kro: M^ci niewskazowacz/ Tedi gdi poslie sch
t.M. posli swe zaczne à przedmie radi swe, ktorimbi wia:
ra mogla bic dana a ktorzibi wtakowich rzeczach waznich
vmieli czalie prawie gruntbownie wiernie à Chrzescziian:
skie postempowacz
Thedi insch panu memu panu Voiewodzie Podolskiemu iego Kro:
M^c poruczicz raczil abi on Posli t.M. gleitowal y nad to listh
swoi gleitowni Poslom t.M. dac iego Kro: M. raczi ktori bę:
dzie vpana mego/ zaktorim Poslowie à radi t.M. benda moc
bespieczmie przijechac ku iego Kro: M^ci i zasią odiechac/ alie
iesslibi t.M. chczial poslac ku iego Kro: M^ci liekkie posli ia:
kosch dotichmiast t.M. czinil/ niechczialo bi sią iego Kro: M.
gjem glieito dacz bo bil znak isch t.M. niechczesch sią przi:
czimiac à stac czalie, prawie, wiernie à Chrzescziianskie
opokoy gdzie bi wtak waznich rzeczach przes liekkie osso:
bi iednacz chczial

Jakos tesch t.M. roskazal ku iego Kro: M^ci isch czlowiek t.M.
ktori bil v Czessarza Thureczkiego thimi czassi/ powiada iako
bi Czessar Thureczki mialbi sią barzo na iego Kro: M roz:
gniewacz o niektore ljudzie ktorzi mieli wimicz spanstwa
iego Kro: M^ci ku pomoczi Krolewi Ferdinandowi wie to dos:
tateczmie iego Kro: M^c iżes t.M. roskazal za gista rzecz do
Czessarza Thureczkiego/ isch iego Kro: M^c mial poslac het:
mana swego ziemskiego skilkiem thissięczi ludzi ku Kro:
liowi Ferdinandowi na przeczin Czessarzowi Thureczkiemu

czo sie nigdi wprawdzie nienaidzie ani okaze iesli to iesth
prawda albo nie insch to dobrze wie Czessarz Thureczki y
t. M. sia tego potim liepiei dowiesch. Poslom t. M. ktores
t. M. slal timi czassi kv iego Crolewskiei Mci zadni sie gwalt
nigdi niestal. aczkolwiek spletbliwimi zliekkimi a niepotrzeb:
nimi rzeczami przieizdzali a tesch sia Starostam pogranicz:
nijm iego Cro: Mci niepowiadali, bo wie iego Cro: Mc
dobrze iako pan Chrzescziianski iako sia ma zachowacz
przecziwko Poslom tesch nieprziiacziol swogich pogroschki
ktore t. M. czinisch a tak liekkie Poselstwa kv iego Cro:
lewskiei Mczi t. M. roskazuiesch tak Crol iego M. mowie
raczi kazdi mandri to obaczic moze i t. M. sam gdi sie bar:
dziesch chczial obaczic iss to rzeczi sa nieslusche a niepzis:
toine a liekkie, bo iestlize sie przed tim takich pogrozek t
M. niebano sktorimiss t. M. possilal tedi teras owschem
wziawschi pana boga na pomocz a ta sprawiedliwoscz kto:
ra na t. M. iesth zawicz niesa ani benda a iednak
iego Crolewska Milosz swei sprawiedliwosczi przestacz
a opusczicz niebandzie raczil. Scripta Cracouie die xvi^a
octobris Anno domini M. D.^o XXXii^o
Regni Regie dominationis Sigismundi primi anno xxvi^o

Er
ite
ad
ne
ite
nos
per
na
re
m
ri
et
Da
R

Re
Or
m
ma
de
ill
et

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Ro. Vng. Bohemie regi Archiduci Austriae.

Ser.me Princeps etc. Postulante amore et studio nro quo vram Mtem eiusqz bonum ac tranquillum statum prosequimur. Mittimus ad inuisendam illam Generosum Nicolaum Nipschicz Capitaneum in Bucznicua fidelem nrm dilectum et ad referenda simul Mti vrae nonnulla negotia ad mutuam coniunctionem amoremqz nostrum ac tocius reipublice Chriane non vulgarem vtilitatem pertinencia Quare plurimum rogamus Mtem vram, vt et plenam fidem illi adhibere, et cum optato ac celeri responso ad nos remittere dignetur, rem sua excelsa virtute dignam et nobis multo gratissimam vra Mtas facturã. Cui nos ex animo plurimum commendamus, et quam pro summa consolacione nra et rei Chriane ornamento longe et foelicissime valere optamus Dat. Cracouie die va Nouembris Anno Mo. Do. XXXii Regni nostri anno XXVio

Ioanni Offman regis Ferdinandi thesaur°

Spectabilis et Mgce sincere nobis dilecte. Commisimus huic Oratori nro Generoso Nicolao Nipschicz Capitaneo in Bucznicua quem ad Sermum Principem dominum Ferdinandum Romanorum Hungarie et Bohemie etc Regem misimus nonnulla de mente nra cum tua Ste conferre Itaqz postulamus ab illa vt ei in omnibus que retulerit, eque credat ac nobis ipsis et valeat foeliciter Dat.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Ferdinandum regem Romanorum Vngarie Bohemie Dalmatie Croatie Slauonie: data Nicolao Nipczicz Aulico.

Orator nr apud Serm regem Ferdinandum haec aget.

Dicta primum salute et aliis ad testificandum amorem et nostram solitam erga illius Regiam Mtem beneuolenciam et propensionem pertinentibus in hanc sentenciam verba faciet

Serme Rex, Mtas domini mei Polonie etc Regis, vt primum intellexit magnos proximos bellorum in Austria motus sedatos, Exercitusqz illinc, partim deductos, partim dimissos esse, datam denuo sibi promouende inter Mtem vram et illius aduersarium concordie occasionem rata, quam semper publicis commodis fauens et consulens sollicite tractauit, Insignes Oratores suos ad Caesaream et Catholicam Mtem, vna et ad Mtem vram designauerat, primum visende vtriusqz Mtis vre causa deinde eciam ad ea declaranda que Mti sue ad comunem omnium salutem pertinere videntur et quibus nisi ocius ac diligencius qz antehac prouisum fuerit maximam sint reipublice Christiane cladem allatura

Cum vero illius Mtem Caesaream Mtas sua celerius opinione sua ex Germania discessisse cognouit, mutata de primis Oratoribus sentencia, me expediciorem ad hanc prouinciam obeundam designare, et huc ad Mtem vram Sermam magnis

itineribus cum eisdem rebus mittere dignata est. Quas dum ego paucis hic expono à Mte Vra Serma, nomine Sermi Regis mei peto, vt mihi beneuolam suam attencionem, et in exaudiendo facili:tatem prestare dignetur.

Sacra Regia Mtas dominus meus clementissimus secundis et aduersis, domesticis atqz externis rebus per multum etatis sue tempus erudita, quàm in humane condicionis statu, quieta, turbulentis prestent consilia, quamqz conducat magis Christianis presertim Principibus racionem vbiuis segui qz fortunam, operepreecium semper esse duxit vt et ipsa diligeret, foueretqz in Regno suo pacem et alios, quos à pace bella distraherent ad illam amplectendam persuasione sua adduceret.

Quod factum est, quod, cum presens de Regno Hungarie inter Mtem Vram Sermam et illius aduersarium dissidium funestissimumqz bellum inciperet, quo neqz reipublice Christiane quicqz perniciosius neqz comuni omnium hosti vlla vnqz res vtilior co:modiorqz euenire potuit, Mtas sua Serma veluti hoc à longe perniciosissimo incendio preuiso, in ipso inicio pacem et concordiam diligenter suasit, qua tum fatali quadam rerum humanarum aduersitate non persuasa, reliquo illam tempore in hunc vsqz diem magno suo sumptu et labore suo sollicitare non desiit.

Quamuis vero sollicitudines et consilia Mtis sue, sumptus qz ac labores ne quicqz in hoc negocio componendo prestiti admo:nere Mtem suam videantur, vt deinceps ab hac cura desiste:ret, communo tamen rerum Christianarum discrimen et spes de prudencia et virtute Mtis Vre bene concepta vrgere illam non cessant, vt hoc munus propositum, quod iam postremum esse videtur adhuc exequatur.

In quo, duo potissimu in deliberacione Mtis sue versantur, que aliorum eciam piam consideracionem perequc exigunt, Nempe belli Thurcici quod hinc intercessit, difficultas, et pacis domesticae necessitas.

Difficultatis bellice vel hoc argumentum est, q cum et hostis ipe debilior esset et res Chriana validior, priores tamen Chriani Principes intelligentes vnum vel duos ad reprimendam vim illius non sufficere, rationem Generalis omnium expediciōis tot seculis tot consiliis tot demiqz Conuentibus, diligentissime quesitam hactenus reperire non potuerunt sed et multa Regna et dominia multiqz Principes, partim spe ipsius generalis expedicionis partim eciam confidencia viribus suarum cum hoste hoc certantes interierunt

Pacem vero domesticam ideo nunc esse magis necessariam, q discordia, non solum in humanis sed etiam in diuinis rebus nunc qz vnqz alias maior, que sola satis esse potest ad rem Chrianam conficiendam, etiam si nullus externus hostis accedat, Neqz enim auditur et videtur nunc aliud, qz foedera pangi et rescindi qz simultatum discordiarum, sedicionum plena esse vbiqz omnia. Porro cum vna quelibet heresis magnum semper orbi Chriano negotium exhibuit, magnamqz calamitatem secum aduexit, quid non malorum moderna hec omnium aliarum Sentina ~~Sente:cia~~ et lerna secum afferre possit, que preter discordiam intestinam, etiam flagellum dei accersit, contra quod bona consilia que à principibus cogitantur, stabiliri non possunt.

Quare cum Mtas sua nihil dubitet vram Mtem vt prudentissimum Principem abunde considerare, q externum bellum, neqz commode adornari neqz recte geri potest, nisi prius rebus et turbis domesticis compositis, que componi sine pace

nequeunt. ab illa rogat impense, ut primum oliusq́ʒ quod fieri possit ad sopiendum ~~aliusq́ʒ~~ aliqua ratione bellum Hungaricum concordiamq́ʒ et pacem cum adversario suo aliquibus honestis mediis ineunda consilia sua accommodare velit, hac re enim constituta, facilius deinde ad tollendas reliquas Principum Christianorum discordias, hereticorumq́ʒ insolencias Mtem vram curam suam intendere posse existimat. Est quidem Caesaree et Catholice ac etiam Mtis vre tanta potestatis et rerum gestarum amplitudo, ut nullam quamlibet potentem hostilem vim reformidare possit, ea tamen est ratio domesticorum incendiorum, ut nisi illis extinctis, et regno Hungarie servato nihil geri posse videatur cum hoste externo, nomine et foelicitate Mtum vrarum dignum.

Sed neq́ʒ hoc bello Hungarico, solum agitur de Regno Hungarie, quod propugnaculum est à Thurcis, sed agitur eciam de Regno Sermi domini Regis mei Polonie quod eam omnem oram tuetur, ex qua olim Gotti, Vandali, Hunniq́ʒ prorumpentes totum Christianum orbem magnis cladibus inundaverant, Quorum omnium numerum et feerocitatem exuperant Thartari eciam olim penetrato Regno Mtis sue Polonie aliis vicinis regionibus satis cogniti.

Proinde non minor Regni Polonie quam Hungarie habenda est ratio quod sub hoc bello vel periclitari vel cum Regno Hungarie succumbere cogeretur quo demum iam omnes porte omnibus infidelibus ad rem Christianam paterent

Expendere velit Mtas vra easdem controversias de Regno Hungarie prius fuisse, inter Maiores vre Mtis et Hungaros, potius tamen illi qualibuscumq́ʒ concordiis ipsas controversias sistere maluerunt, quam bellum reipublice Christiane perniciosissimum gerere, que tamen non in tanto fuit, in quanto nunc est discrimine constituta

Expendat item Mtas vra per breue esse tempus et occasioné eius concordie et pacis faciende, qua elapsa, nihil superest nisi dubia et funestissima rebus omnibus belli alea.

Certum quidem hoc est, q̄ mallet Mtas sua res arbitrio illius agerentur vt Mtas vra illo Regno pacifice potiretur, q̄ et arcto necessitudinis et affinitatis vinculo coniuncta sit Mtas vra sue Mti, et tante generis et fortune ampli: tudinis cum Cesarea et Catholica Mte ac Germanis Principibus, suisq̄ etiam vicinis Regnis et Dominiis existat, vt nemo ipsum Regnum Hungarie videatur cer: tius et facilius q̄ Mtas vra deffendere posse, Sed cum ita sors tulit vt Regnum ipsum calamitosum alioquin sit in sese diuisum, resq̄ in difficilium venit, non potuit ab ini: cio Mtas sua probare, neq̄ etiamnum vllo modo potest vt ea controuersia, bello decernatur, q̄ res et dubii sit euentus, et magnum malorum agmen in vniuersam rem Chrianam post se trahit.

Pacem itaq̄ nunc vt ante suadet Mtas sua que certa me: lior est q̄ vlla sperata victoria, et iterum atq̄ iterum impense rogat et obtestatur Mtem vram Sermam, vt in illa amplectenda talem assumere et accommodare velit menté qua et rempublicam Chrianam, summis incommodis leua: re et comunem omnium hostem deterrere et comminuere possit, qui iam votis suis nihil amplius obstare putat ad videat Regnum Hungarie quod ei magno fuit semper ad opprimendam rem Chrianam obstaculo, non solum a se maiori ex parte fractum et occuppatum esse, sed eciam ge: minis Principibus et mutuis cedibus semet confici.

Cum vero Mtas sua concordiam hanc tractandam eo dutaxat

studio promoveat, ut rebus Christianis adeo inclinatis opor-
tuno modo consuli et provideri possit, et quod ita, cum Mti
vrae Sermae utilius ac honestius, tum eciam universe reipu-
blice Christiane salubrius esse iudicat, etiam hoc vehementer
rogat, ne Mtas vra occasionem hanc ineunde concordie
et pacis parvipendere et pretermittere, ne eciam de mittendis
ad tractandam ipsam concordiam et pacem, in Regnum aut
eciam in Aulam Mtis sue Oratoribus contradicere, vel se
difficilem prestare velit, nam adversarius Mtis vre,
quod intelligere ex crebris illius responsis iam potuit, nusquam
nisi in Regnum et Aulam Mtis sue Oratores suos mit-
tere velle statuit, nam alio illos mittere integrum sibi esse
non putat.

Postremo Mtas sua Regia offert Mti vre, cum in hoc
ipso bello componendo, tum in aliis omnibus studiis Mtis
vre ad bonum publicum et gloriam Mtis vre pertine-
tibus omnem operam, omnesque vires et facultates suas
seque et Sermum filium ac charissimam Coniugem suam
amori et benevolencie fraterne Mtis vre dilige-
tissime commendat. Scripta Crac. die vo Novembris
Anno domini M. D. XXXii°

Agenda seorsum secrete per oratorem.

Expositis publice persuasionibus nris quibus permonemur
ad sollicitandam conciliandamque concordiam et pacem inter
Sermum Regem Ferdinandum et illius adversarium,
Captabit occasiones Orator quibus tam apud ipsum Sermum
Regem quam eciam apud illius Consiliarios privatim agere,
et magis serio persuadere illis possit ut in Regnu meum

Ores ad tractandam et conficiendam eam ipsam concordiam et pacem mitti consenciant, vtqz tempus illorum huc aduentus nominent, nam si id assensa fuerit illius Mtas prout facturam illam causa rei Christiane certo nobis persuademus, res exigeret vt tam de Oratoribus mittendis qz de tempore illorum aduentus Regem Joannem tempori cerciorem faciamus

Quoniam vero tractari nulla concordia commode potest, nisi et bello intermisso et armorum strepitum suspenso, rogabit Orator et aget diligenter nomine meo suam Mtem, vt dum consenserit inire concordiam cum suo aduersario, et huc in Regnum vel eciam in Aulam meam Oratores suos mittere, etiam assentiri et prestare velit propter comoditatem ipsius pacis et concordie tractacionem, vt ab armis saltem ad tres Menses fiat cessatio, et vt vtrimqz Induciae recipiantur

Interrogatus vero nuncius quo pacto pars aduersa Inducias firmare possit, cum rationes illius sint in Thurcorum Imperatoris potestate, respondebit nobis declaratum esse ex parte Serenmi Regis Joannis, quod se effecturum polliceatur apud Imperatorem Thurcarum vt Inducias trimestres recipi admittat, ea tamen lege et conditione vt interea temporis nullas copias Serenus Rex Ferdinandus in Hungaria habeat, neqz occasiones tumultus cuiusuis vel militaris stratagematis prebeat, vel admittat, vt illud tempus ad tractacionem pacis receptum vacuum omnibus aliis impedimentis esse possit, alioqn neqz vellet neqz posset id ab ipso Imperatore Thurcarum impetrare et de Induciis per illum seruandis quicqz polliceri.

Cum autem rationes Magni Ducatus nri Lithuanie vehe:
menter postulent vt illuc propere descendamus, aget Orator
vt hec que de pace et concordia instituere Sermus dominus
Romanorum Rex cogitat, maturè et anteqz hinc discedamus
incohoari nosqz de illis certiores in promptu facere curet.
Nam si pacis publice tractacio ad nram curam et operam
delata fuerit, consuleremus rebus Magni Ducatus Lithuanie
nrè alia aliqua ratione quam profectione nrá vt ita plus
publice qz nrè priuate commoditati sicut solemus et debemus
tribuamus.

Ceterum si Regia Romanorum Mtas admittere tractacionem de concordia
et pace prout speramus non recusabit, et Oratores
huc mittere dignabitur, aget Orator vt Mtas sua plenissimum
illis mandatum et integram ac non limitatam facultatem
dare et concedere velit, vt illa freti possint sine quauis
cunctacione et mora de omnibus libere tractare, transigere,
et prorsus concludere Quod vt altera qz pars faciat
nos diligenter ac solliate prouidere curabimus.

Absoluta prima apud SErmum Regem Ferdinandum Legatione
descendet Or ad SErmam illius Mtis Coniugem dominam Reginam
Neptem nram charissimam et illius Mtem nomine nro
inuiset salutemqz illi plurimam nunciabit exponet etiam illi
summatim quibus de rebus sit illuc à nobis missus, simul,
rogans vt opera et persuasione sua adesse his apud SErmum
Regem et Coniugem suum velit, que pro bono comuni totius
Christianitatis tractantur

Vbi si Legatum Sumi Pontificis comperiet etiam ad illum accedet
saluteqz illi dicta nomine nro, declarabit cuius causa
illuc venit, et rogabit illum, vt his rebus que publice commoditati
et tranquillitati sunt pernecessaria patrocinio, consilio, et opera
sua omni in loco adesse velit

Coetera industrie Oratoris committimus, qui hec summarie notata, ita extendet et moderabitur, prout res et dignitas nostra postulabit, super omnia vitando, ne qua cuipiam occasio dari possit aliquid sinistre de nobis suspicandi, cum nos eam concordiam eo studio tractamus et promouemus vt rebus Chrianis et comuni omnium discrimini pro virili, vtcā consulamus, et quod ita bono et tranquillo statui Ser^mi domini Regis Romanorum et vniuerse reipublice Christiane vtilius et honestius esse censemus. Quod ipsamet illius M^tas ex hiis que hactenus gesta sunt abunde cosiderare potest. Scripta Cracouie die iiij^a Nouembris Anno domini M° D° XXXii°

Sigismundus primus Rex Polonie
Nicolao Nipssicz Aulico et oratori suo

Generose Sincere nobis dilecte. Accepimus literas tuas Ex quibus q cognouimus te et saluum in Isbruk peruenisse et à Sermo domino Ferdinando Romanorum Hungarieq3 et Bohemie etc Rege cum bona gratitudine exceptum esse, non mediocriter fuit nobis gratum, optamus verò vt in hiis in quibus es istuc missus celeriter absoluaris Mandamusq3 tibi vt quamprimum responsum à Sermo domino Romanorum Rege acceperis, ad nos illud propere mittas vt nos vicissim de hiis que ad publicum bonum pertinere aduertemus Regem Ioannem in tempore certiorē facere possimus.

Caeterum lrās fidei quas optasti ad Rmos dominos Salczburgen et Tridentinum Cardinales ac ad dominos Rogendorff et Thesaurarium, tibi cum presentibus mittimus, quibus accep:

tis

curabis hec que a nobis habes in mandatis apud D. suas exponere. Dat. Cracovie XX.a die Decembris Anno domini M.o D.o XXXII.o Regni vero nostri anno XXVI.o

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Cune de Cunstadt Capitaneo Marchionatus Moravie.

SPectabilis et Mgce syncere nobis dilecte, Accepimus litteras tue S. quibus de negocio quod Mgcus Vilhelmus Cuna frater illius cum Serma Coniuge nra dna Regina se habere pretendit ad nos scribit intelligere cupiens, an nos super hoc ipso negocio per concordiam aut via Juris transigendo Commissarios nros cum plena facultate in Blezina aut Osvviaczim mittere velimus. Nos equidem in memoria habentes quid nuper nobis Status et ordines Moravie super represaliis per Nobilem Nicolaum Nipczic Aulicum nrm responderint, vt nos illorum officii et bone erga nos propensionis gratos declaremus, egimus cum ipsa Serma Coniuge nra illam adducere, ne per concordiam saltem transigere negocium recuset, apud quam sicut et antehac nihil proficere potuimus, cum dicat se malle Jure quam pactis fratri tue S. respondere, idque vel in Vrbe Roma vel in suo Barensi Ducatu vbi Illmam parentem suam defunctam obligacionem illi fecisse commemorat, Jura enim et authoritates eorum Regnorum et provinciarum, nihil ad rem que alibi acta est, pertinere censet. Quod nos S. tue sic vt res habet declarare voluimus. a qua postulamus agere velit apud Status et ordines istius Marchionatus Moravie, ne accelerent ad permittendum Jus represaliarum fratri tue S. nisi

prius diligenter secum expendant an executionem contractuum qui in longinquis regionibus sunt facti, facere istic secundum iura et consuetudines suas teneantur nec ne presertim cum in loco contractus facti, nondum petita sit iusticie admini:stracio bene valeat tua .S. Datum Cracovie die XXIX^a Octobris Anno domini M^o D^o XXXii Re:gni nri anno XXVi

1139
1135

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de gorca Castell° Posn Capitaneo
Maioris Polonie generali

Mag^ce sincere nobis dilecte. Quod nobis S. tua scripsit actum esse Conuentum in finibus illis cum à nris tum ab Illtris domini Joachimi Marchionis Brandeburgen deputatis Consiliariis, et nihil in illo peractum, egre et molesto tulimus animo. Scimus enim multos esse subditos nros, qui grauibus iniuriis et contumeliis affecti rebusq3 et fortunis suis in Marchia despoliati, auide pro illo tempore administracioné iusticie expectarunt, q3 quod assequi non potuerunt, et quod nos iniurias et predationes solitas non solum non cohiberi, sed et augeri in subditos nros videamus non possumus nisi grauissime id ferre. Verum cum ita hoc ferat tempus tollerabimus hec eatenus quatenus paciencie leges permittent.

Ceterum quod tua S. scribit in Electione noui Abbatis Blesouien ita contigisse quod cum Germani sue, Poloni vero sue lingue et nationis hominem preficere Coenobio illi contenderent Rdus dominus Epus Posnamien Polonum confirmauerit quod nos probare non possumus, na in preficiendis Electis Abbatibus nra prius semper authoritas et approbatio quam confirmatio Epi intercedere solet et debet et nos vt Christianum decet Principem morem hunc seruare consueuimus, quod non prius electionem Abbatis cuiusuis approbamus, nisi et ille nobis presentetur et de electione per maiorem partem inhabitancium Coenobium concorditer facta doceatur. Quare hortamur S. tuam vt fratribus Coenobii illius declarari faciat nobis discordiam et

factum illorum displicere admonerique illos, vt Electionem suam sub Sigillo Monasterii sui et manu publica ad nos transmittant, reique geste seriem perscribant, vt nos id quod voluntatis nre erit, et quod iuste fieri debet ea in re decernamus, Interim autem provideat tua. S. vt nulla vis Coenobio illi et fratribus in eo degentibus a quopiam inferatur neue aliquis Monachus externus contra voluntatem nram illis obtrudatur. factura. S. tua pro suo officio et gra nra Que bene valeat Dat. Cracovie die xx^a Novembris Anno domini M^o. D^o. XXXii Regni nri XXVi^o

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Duci Prussie. Marchioni Brandeburgensi.

Illris Princeps et domine Nepos charme. Fuit hic apud nos per hos dies Paulus Fasolth subditus Illtis vre, et declaravit nobis qz inhumaniter et preter omnem equitatem Iudices per Illtem vram ad causam deputati qua de rebus maximi momenti illi ipsa Illtas vra intentaverat secum egerint, simul nobis suplicans, vt pro iure nro supremo quod istic in Ducatu Illtis vre obtinemus, et illius oppressionem legittima iusticie administratione sublevemus et de longiore salvo conductu provideamus; id quod ex suplicatione illius quam presentibus inclusam transmittimus plenius cognoscet vra Illtas cuius rei nullam eiusmodi prius nos cognitionem habentes, etsi meminimus per literas nras Illti vre recepisse de non concedenda ipsi Fassolth vlteriori Salvi Conductus prorogatione, quia tamen illo tempore quo id scripsimus, conditiones concordie et foederum inter

nos et Illtem vram depactorum non introspeximus, quibus diuersum longe caueri nunc cognouimus qz ab Illte vrá docti tunc fueramus, facere contra indignitatem nram ac vrgens Regni Dominiorumqz nrorum discrimen non potuimus, quin illi saluum conductum prorogaremus, de quo Illtem vram certiorē presentibus facimus, et hortamur illam, velit per primam occasionem aliquot personas prudentes et rerum peritas neqz parti suspectas cum Comissariis nris quos in terris nris Prussie ad eius rei cognitionem deputare deliberauimus coniungere, et concedere illis, vt nullo gratie vel authoritatis respectu habito, de hac causa predicti Pauli Fasolt vel transigant, vel iuste prout Jus et ratio postulauerit decernant, vt ipe occasionem amplius non habeat vel apud nos conquerendi, vel apud exteros aliquid noxii tam contra nos qz contra Illtem vram moliendi, alioqui enim vereremur ne ille extrema auxilia rationibus suis querere permissus vel coactus quietem regni nri vel Ducatus Illtis vre hoc presertim difficillimo tempore perturbet Factura in hoc Illtas vra rem et nobis gratam et sibi suoqz Dominio vtilem ac necessariam, Quam bene et foeliciter valere optamus Dat Cracouie die x^a^ Nouembris Anno domini M° D° XXXij° Regni nri anno XXvi°

Sigismundus primus Rex Polonie Marco Veneto a Turri Commissario ac Ministro fratrú conuentualium Beati Francisci

Venerabilis. et Religiose Pr devote nobis dilecte. Deferetur sepe ad nos quod bona virginum in Monasterio Sandecen deo dicatarum per malam administracionem Prefectorum qui ab illis sine delectu constituuntur dispereunt et in deteriorem indies condicionem rediguntur. Que bona qm scimus nos à predecessoribus meis illi Monasterio esse assignata, mea interesse ducimus ne per iniuriam et negligentiam illarum virginum fructus ad suppeditanda eis alimenta minuatur. Quare .D. tuam hortamur et pro mea authoritate regia illi mandamus vt illuc ad Monasterium dictarum virginum descendes omnia que ab illis inutiliter in bonis gesta vel constituta sunt, cum mea tum sua authoritate renocet, et denuo que ad illarum commoditatem. et diuturnum rectum in rebus ordinem spectare videbuntur, ead authoritate statuat et procuret factura tua. D. pro suo officio et gra nostra. Dat Cracouie xxij octobris Anno domini M. D. xxxij Regni mei xxvi

1143

Andreas Cricius Ep̄s Plocen̄
Petro Tomicio Ep̄o Craccouien̄
& Regni Polo^e Vicecancell^o.

R^me mi domine et benefactor colen^me. Veniens ad me Nepos meus Ambrosius nunciauit mihi bonam valetudinem R^me D. V̄rē, que mihi magno est solatio, quam plurimum rogo vt cum aliquid habuerit ex Vrbe de expeditione mei Suffraganei, et Jubilei, me certiorem reddere dignetur. fundamenta Ecclesie mee sunt iam perfecta, vtinam Architecti vt promittut reliqua cito perficiant, quibus iterum magnam vim pecunie sum dare coactus. Me R^me D^ni V̄rē gratie vnice commendo Poltouie die Sancti Martini Anno domini M^o . D^o . XXXij^o

Cricius. Tomicio.

R^ME in Chr̄o P̄r et domine benefactor colendissime. Occisum esse militem illum Radziminski, feram pocius indomitam, q̄ hominem, non solum in humanis, sed eciam in diuinis, iam dudum R^ma D^o. V̄ra non ignorat, de quo homicidio inculpatus est Maluzinski, vt ipse, et vicini omnes aiunt, innocenter. Supplico R^me D. V̄rē, dignetur pro sua benignitate illi adesse patrocinio suo, saltem ad obtinendam facultatem iniuriarum et innocencie sue declarande, Nam vt pro illo intercederem me multi boni viri vicini mei cum lacrymis obtestarint. Commendo me bone gratie R^me D. V̄rē quam dominus Deus seruet semper sospitem et foelicem. Poltouie XVIII Nouembris M^o. D^o. XXXii^o

Sigismundus primus Rex Polonie Barnimo Stetinen Pomeranie Cassu:borum Slauorum Duci : etc

Illris Princeps et domine Nepos char^{me}, gratissimum et co:mendatum est apud nos studium et officium Illtis vrę qd in atterrenda opprimendaqz furum predonum et grassatorum licencia in suis terris diligenter et industrie prestat, hac enim ratione et mali à nocendo absterreri, et boni in liber:tate societatis humanę quę tuta esse debet conseruari fa:cile poterunt, De mō eciam Drahimen Prefecto Nobili Jo:achimo Rezmer non mediocriter contenti sumus, q noxios homines prehendat, sed illud rursus non sine graui displi:cencia in illo ferimus q alterum de captis predonibus, vide:licet Michaelem Popielowski extra illud Drahmen Terri:torium ad terras Illtis vrę recepi permiserit. Cum tamen preter scienciam nram id quod noluissemus de vno contigit, de altero id minime fieri permittemus, ipsa enim Illtas vrā Judicare potest qz non conueniat nobis ex multis rationibus maleficos homines deprehensos Regno mō in alterius Domi:nium ad suplicium dare. Quod vero ad alios predonice infamatos attinet, quibus Illtas vrā censet multum et lo:gum nimis publice fidei seu salui conductus tempus per nos datum esse, statuere nunc aliquid certi non potuimus, cum omnia negocia quę serius sunt ad conuentum Re:gni mei pro festo Sancti Nicolai proximo hic Cracouię ce:lebrandum reiecimus. verum cum hic illi ipsi infamati, quibus dies est statutus ad se expurgandum coram nobis comparuerint, et nos de illorum castigatione atqz aliis rebus

publicis simul cum Consiliariis meis agemus, id eciam inter cetera ad illorum consultacionem refferemus, et quicquid de minuendo Saluiconductus tempore nobis et iisdem Consiliariis meis tum videbitur exequi simul illud, et Mti vrę declarare, curabimus, quam interim bene et foelicę esse optamus Datum Cracouię die xxii^a Nouembris Anno Domini M^o. D. xxxij^o Regni nri anno xxv^o

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell. Sigismundo Erberstein regis Romanorum Consiliario: Regenti Austrię.

Magce domine, amice charme et honoran. Binas sub eodem tempore Mcię vrę accepi literas quarum alteris ex me requirit quid in negocio Matrimonii Illmę dominę Hedui: gis Mtis domini mei primogenitę nunc agatur, alteris me certiorem facit de missis Sermi Romanorum Regis literis in manus domini Nicolai Nipczicz quas ille Mti domini mei presentare debet.

Quod attinet ad negocium Matrimonii Mtas domini mei simul atque vidit preteriisse diem Sancti Michaelis, et ad dominum Ducem Bauarię ac suos, silentio tractacionem Matrimonij preteriisse aduertit Cubicularium suum cum literis ad Mtem Sermi Romanorum Regis qui nondum redijt mittere dignata est quibus lris declarat Mtas sua Serma Romanorum Regi se velle ad persuasionem suę Mtis Illmam filiam suam Illri domino Friderico Palatino Rheni despondere. Ad alteras literas non est, quod respondeam, saltem pro nouis externis descriptis Mgcię vrę

plurimas ago et habeo gras, illiusqz amori et beneuolenciae me commendo foelicissimamqz illam esse et semper recte sal: uam vehementer opto Datum Cracouiae XXiii^a Nouembris Anno domini M^o. D^o. XXXii

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell Luce de gorca Castellano Posnaniensi

MAg^ce domine, domine et frater honoran^me. Grata est mihi vehementer Mgcie vrae gratitudo, quam in hoc facto decla: rauit et prestitit mihi q germanum meum fieri Palatinum Juniroladislauien assensus fuerim vt in Castell Callissien filius Mgcie vrae succederet Quodquidem ego meo more feci, qui libenter consanguineis meis et amicis et honores et queqz commoda fauere in illisqz assequendis illos iu: uare consueui, tametsi rursus ab amicis non satis pro me: rito meo acceptum mihi referri experiar. fortunet hoc de: us Mgcie vrae et ipsi domino Andree filio illius, istoqz ingressu ad ampliores dignitates illum promoueat

Caeterum optarem in posterum vt M^ta. D^o. vra hac ad Re: giam Maiestatem tales mittat cum literis nunctios, qui moram necessariam non fastidiant, et qui modestius qz solent ex: pedicionem exigant, is enim in presenti missus sunt, continua importunitate et acclamatione sua me molestauit, nulla luctus mei rationem habens, in quem me mors inmatura Nepotis mei natu maioris ita hoc tempore coniecit, vt co: sternatiorem animum vix alius quispiam meror mihi fa: cere possit. quod restat me amori et beneuolenciae fraternae Mgcie vrae ex animo commendo et illam semper cum

suis omnibus foelicem atque diu incolumem esse vehementer desidero. Datum Cracoviae die ix Novembris Anno domini M. D. XXXII.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Stanislao Tomiczki Palat.o Juniwladislavien. Pisdrensi Et Coninen. Capit.o fratri suo.

Mag.ce domine, frater charissime. Ammisimus his diebus Petrum Nepotem nostrum qui tredecim dies gravissima pressus egritudine, die Jovis praeterito, circa horam decimam, vitam cum morte comutavit, cuius hunc casum nos gravissime dolemus et deploramus, quod indoles illius singulare virtutis specimen prae se ferre videbatur, spesque erat optima, quod illustraturus erat et propagaturus domum et familiam nostram. verum cum ita placitum erat divine benignitati, vocare illum ad se temperavimus dolori nostro, et ferimus illum eo animo quo debemus quod ipsum vos quoque faciatis. Conventus terrarum Cuiavie qui solet in Radziewo id quod ex literis Regie Maiestatis intellexistis, Quare curate ut ad illum vadatis, et ibi vos Nobilitati Palatinatus vestri ostendatis, et tales nuncios eligatis qui nihil faciant in generali Conventu absque consilio vestro foelicissime valete. Datum

Petro Tomicio Epo Vicecancell
Andreas Cricius Eps Plocen

RME in Chro Pr, et domine, domine colenme. Preteritis hac quidam ex Cracouia, retulit Nepotem Rme. D. vre communem spem meam extinctum, vnde suspicans illam, decerpto per immania fata hoc Nobilissimo domus sue flosculo, iusto dolore affligi, volui euestigio ad visendam illam mittere, cui quid aliud pro consolacione afferam non habeo, nisi eius incomparabilem prudenciam et humane mortalitatis legem, cui omnes ita sine delectu, et sine ordine subiecti sumus, vt in eiusmodi euentibus, nihil sit homine Christiano dignius, quam omnia equo ferre animo, Jobicum illud vsurpando dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen domini benedictum. De me non est quod scribam, valeo gratia Dei mea solita valitudinis mediocritate, in precipuis votis habens, vt Rmam. D. vram in hoc Conuentu sanam et letam inueniam Cuius interim gratie me omni qua possum diligencia commendo. Poltouie die vltima Nouembris Anno domini M°. D°. XXXii°

Andreas Crzicki Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Craccouien
et Regni Polo Vicecancell°

RME mi domine . misit nunc ad me Mgcus dominus Castellanus Posnanien, rogans me opere maximo, vt adhuc hodie concederem secum nescio quo ad conficiendum Matrimoniu filii sui, quod mater puelle grauiter egrotet, et petat vt ad se quam primum veniant et Matrimonium ipm conficiant Ego absq sciencia et consensu Rme . D. vre respondere nolui, orog plurimum vt mihi significare dignetur, vtrum bono domino gratificare possem absq displicencia Mtis Regie et vre Rme D nec ne, ea enim solum mihi molesta esset .
Credo quod hodie et cras non aliud nisi saxum illud defensionis voluetur.
Credo q hodie et cras non aliud . nisi Saxum illud defensionis Voluetur

Cricius Tomicio

RME mi domine et benefactor colenme Habeo testem non vulgarem Mgcum dominum Castellanum Posnanien qui mecu aduocatus hec audiuit ita ad vnguem sicut Rme . D. vre retuli . Non videtur mihi tamen saluo meliori iudicio Rme D. vra aliquid inpresens de istis tribus millibus significare, nouit enim Rma . D°. vra morem muliebrem q iras atq animu a crimine sumunt quando vicit illis aliquid in quo deprehenduntur exprobratur Commendo me gratie Rme . D. vre domino et benefactori meo

Cricius regi Sigismundo

Sacra Mtas T domine clementissime. Cum audiam Conuentum hunc, vtinam bene finitum, et nequeam ipse per aduersam valitudinem Sacram Mtem vram accedere, hoc illi modo quo possum supplex valedico, et precor dominum deu, vt hoc iter et omnes actiones eius fortunare dignetur, eaqz cuius cor in manu habet mihi clementer et propiciam conseruet Commendo me demum humiliter Sacrae Mti vre

Cricius Tomicio.

R. ME mi domine Ego die crastina post meridiem discedere hinc statui; nam in hac inquietudine qua obruor inualescit egritudo, si quid tamen scribendum est scribam mane non grauatim quecuqz preceperit vra D. R.ma quam oro plurimum, vt vel cum hac Sceda, vel absqz illa, vt videtur Mti Regie nomine meo valedicere dignetur Commendo item vre D.ni R.me negocium domini Pallatini Brzesten et me vna

Sigismundo primo regi Polonie
Andreas Cricius Epus Plocensis

SACRA Regia Mtas clementissime Princeps. Consueuerunt antecessores mei in principio Episcopatus sui, aliquam graciã Ciuitati Plocensi, pro ipsorum consolacione impetrare, hic mos ne per me cessare, et ego minoris estimationis apud Sacrã Mtem vrãm illys esse videar, quàm fuerint alii. Supplico Mti vrã Sermẽ non pro re magna aut damnosa, sed duntaxat pro duorum quartalium preteritorum Pucillaria peccunia apud ipsam Ciuitatem derelicta, eius est summa circiter .xv. Sexagenẽ promittunt illam apud Apoteca-rium deponere, et opus aliquod in reficiendo muro Ciuitatis non vulgare pro illa construere, faciet Sacra Mtas vrã rẽ sua excelsa clementia dignam, cui me iterum supplici-ter commendo

Soleiman Soltan Imperator Turcoru
Sigismundo primo Regi Polonie

Ego sum Coesar magnus. Ego via iter omnibus aperiens et commonstrans. Supra caput meum Corona Cosdroe posita, et Tronus eius subtus me est. Ego in terra et mundo hoc vmbra sum Dei. Albi Maris et nigri Maris: Romanie, Anatolie, Caramanie, Rumie. Dulcadiri. Dyabekiri, Kiurdistani, Vadirbardzianie, Adamie. Schamie, Heliepie. Missreie, Mekkesie, Medie. Kudcie, et omnium Arabie terrarum, ac Alemanie dominus. Postea vero patres et antecessores mei, nonnullas alias terras et prouincias, cum dei adiutorio acquisierunt, quibus et ego nonnullas terras alias, framea mea splendenti, ignequ et potencia armorum meorum Vittricium acquisitas etiam adiunxi, et mihi subiugaui. Earum omnium terrarum dominus erat Coesar magnus Solthan Boiazeth Auus meus: simul et eius filius Soltan Selim pater cuius ego sum filius Soltan Soleyman.

Tu es terre Polonie Rex Magnus Sigismunde. Cum ad te venerint hee littere mee, ex eis scies que tibi significare volui. Retroactis temporibus Hyspanie Rex Carolus hostis mihi factus insurrexit, contra me: et ab aliquot annis, fidem et religionem nram Mahometicam delere et euertere, ac eam in fidem suam conuertere conatus. ac ad id perficiendum, vires colligens (vt certo sum edoctus) Exercitus contra me scripsit. Ego vero in Deo

et in Mahometicis miraculis omnem spei mee fiduciam re:
ponens, omni fortissimorum Exercituum meorum potencia
excitata, bellum vicissim aduersus eum suscepi; et cum in:
victa Exercitus mei potencia, cuius magnitudo amplitu:
dinem aquarum Maris exequat pugnare institui.

Anno igr à morte Mahometi 938 die xiii.ª Junii veni
in terram Sirmiensem quam olim mihi subiugaui, ad oppi:
dum Erdssek, ad fluuium Drawa, Inde commotis exer:
citibus meis ad castigandam eorum temeritatem qui di:
cto meo audientes esse noluerunt, veni ad eam partem
Hungarie, que cum hoste meo aduersum me steterat, in:
ter munitas ac re bellica abundantes Arces et Ciuita:
tes: Hirsschak: Schaklurosssch: Capulna: Schilgia: Ba:
budzia: Bijlwar: Debussch: Zakan: Camisa: Kaba:
zeb: Beleshev: Scharwar: Camenthwar Run: Egerwar:
Moster: Hasdwick: Sembutibel, quo nullus vnq̃ Rex
aut hostis quantumuis potens ingredi ausus est. Illuc
ego potenter ingrediens, eos qui se potestati mee subiicere
noluerunt, armis vici, cepi, et perdidi, igneq̃ ferro,
ac populationibus omnia deuastari mandaui.

Veni deinde viii.ª die Julii ad Kerosssek Arcem mu:
nitam Cui Exercitus mei cum appropinquarent, subito
equitatus hostilis ex Syluis vicinis erumpens, meos in:
festare: reliqui vero ex Arce Bombardarum telis feri:
re incipiunt. hac hostilitate bellaces ac robusti exerci:
tus mei commoti Arcem ipsam adoriuntur: obsidione
cingunt: oppugnant: parietes murorum vehementissi:
mis Tormentorum ictibus frangunt: apertaq̃ sibi via
in Arcem vi irrumpunt: verum fossis, quas latas
ac profundas hii qui Arcem tuebantur, quatuor fece:
rant

prohibiti, retrocedere sunt coacti. Et quoniam animus erat Arcem hanc omnino capere: imperaui Exercitibus meis: ligna et robora ex Syluis cesa ferrent, fossas complerent et Arcem ipsam ab extra struibus lignorum circumualla: rent. Igne deinde lignis subiecto, cum omnia in circo graui incendio arderent: flamma, et fumus Arcem vndiqz occupans, prospectum omnem presidiis suis intercepit, vt qui in Arce erant, neqz viderent, neqz scirent Arcem defendere, ac sub id ignium tempus plures simul ex terra congesta, in perniciem Arcis tumuli, altitudine Arcem equantes eriguntur. Ex quibus Arx ipsa adeo densitate telorum obruebatur, vt hanc tam grauem oppugnationem defensores diutius sustinere non valentes pacem peciernnt: ea impetrata Mykulasch pohanin Arcis dominus, ad me ex Arce in Castra venit, se nobis subiciens, Arcem simul et claues tradidit. hanc igitur Arcem x°. ab obsidione die (is erat xviij Julii) cum dei adiutorio cepi.

Capta hac Arce. iter institutum prosequutus, contra hostem meum vadens, veni inter Arces hostiles Tubron: Derlesschnn: Cucundrosf. has et alias plurimas in Germania per me antea captas et postea à me defectas, cum rursus vi expugnauissem, et in meam potestatem redegissem, inimicum meum quesiui, et cum instructis Exercituum meorum ordinibus, in loco Zebett pugne per illum iam olim mihi designato, ad confligendum cum eo paratus dudum expectaui. hunc, cum eo in loco non reperissem, neqz vllas eius copias que pro illo depugnarent: nec vbi nam terrarum agitaret scire possem, precepi Exercitibus meis, vt terram eius igne et ferro deuastarent, et populum omnem captiuum abducerent. Hij ergo dum regionem eius longe lateqz vastant Arcem Kreperi munitam adoriuntur, à qua vi Tormentorum arcebantur: sed

et hanc milites mei fortissimi, ceperunt, deiecerunt ac omnes qui in eius presidio collocati erant ferro trucidarunt.

Inde in vastacionibus progredientes, peruenimus ad alteram Arcem Curukundor, supra ceteras ad resistendum poten: ciorem, ea quae sponte se non tradidit, vi expugnata est et diruta, et qui in eius presidiis erant, cesi à meis perierunt.

Postremo veni ad Ciuitatem magnam, que domus hostis mei Sedesque eius et caput Regni est: querens eum in ipsa do: mo sua: verum cum et illic eum non reperissem, et neque vbi nam, et an viuus, an mortuus sit scire potuissem: ma: daui robustis bellatoribus meis, terras eius in igne et fra: mea perdere: subiectos et habitatores in captiuitatem abri: pere, et hostilia omnia in eos exercere. Qui ex illis in cle: mentiam se nram tradiderunt, hii gratiam in oculis meis inuenerunt, et nihil hostile passi, incolumes sunt à nobis co: seruati. Qui autem opponere se nobis ausi fuerunt om: nes à facie gladii perierunt: multa millia capta in seruitu: tem abducta, eorum bona direpta, agri vastati, edes et loca habitacionum concremata. Tantumque dampnum huiusmodi terris hostilibus à me illatum, quantum ab Adam, ac mundi inicio, ad hec vsque tempora mea nunquam antea per: petratum est.

Hic ego memor verbi Mahometi, qui ait, fugientem ne per: sequitor cum vniuersa potencium Exercituum meorum gloria, incolumis ipse cum omnibus meis gaudens et exultans cum Triumpho retrocessi.

Ac in ipso reditus mei itinere veni ad oppidum supra de: scriptum, supra fluuium Bur positum, Inde soluentes per: uenimus ad Arcem, cui vicinum erat Lambicz Oppidum

quod vi Exercitus nostri superatum exustam est .

Deinde iter nostrum prosecuti. Arcem Sigzani aggredimur et hec q se dedere nolebat, vi oppressa, excisa et euersa est

Post tot Arces et oppida capta et destructa, xvi.ª Augusti ad flumen Drava peruenimus, Eo traiecto, venimus in terram Assledin, et hominum multitudine, et rerum omnium copia, abundantem, habentem tres Arces, Lamboch, Islandzid, Radulssek, ea gens, q mihi non est aduersata, imperante me incolumem se ab omni maleficio conseruauit

Ex ista terra ad xx. eiusdem Augusti egressus: veni ad Arcem Buhudene, vlterius progressi continuato ad Ero: ssek itinere inuenimus nonnullas Arces hostis mei, reli: ctis ac dimissis ceteris vnam ex eis Pussaga vi expugnata cepimus .

Ad vltimum xi.ª Septembris anno à morte Mahometi, 939. ipse prospera vsus valetudine, incolumis, cum saluo ac per omnia integro vniuerso exercitu meo, in magno gaudio et le: ticia exultanter cum triumpho in Bulgariam perueni,
Exercitus autem mei omnes opulentissimi sunt, omni rerum copia abundantes

Ex Bulgaria verò, recta, ad amplá et gloriosa Dominia meá continuatis itineribus contendemus .

Hanc felicitatem nram, et res prospere gestas Mti tue pro amicicia meá mutua, qua inter nos coniuncti sumus, prout id et ad ceteros amicos meós facimus significare volumus

Cum letissimo hoc et iucundissimo nunctio, mittimus ad te Said Seruitorem nrm charum. Qui cum ad te peruenerit ac id perfe: cet

ferel, vt foelicitati isti n(ost)re congratulare et nobiscum simul gaudere et letari velis. Dat(um) in Bialogrod Anno Mahometi 939. Anno vero domini M° D° XXXII°

Sigismundus primus Rex Polo(nie) Joanni Regi Vngarie Croatie Dalmatie

Ser(enissi)me Princeps et domine affinis n(oste)r char(issi)me. Tametsi nesciamus quid Spectabilis et M(agnifi)cus Petrus de Peren aduersus M(aiesta)tem v(est)ram commiserit, quia tn illum captiuum apud M(aiesta)tem v(est)ram Ser(enissi)mam teneri audimus, de eius casu et miserabili fortuna solliciti sumus, P(at)ris enim sui Spectabilis et M(agnifi)ci olim Emerici de Peren, clara de nobis et de isto M(aiesta)tis v(est)re Hungarie Regno merita affectum et propensionem n(ost)ram ad illius rationes trahunt et excitant. Quare in primis sponte n(ost)ra, deinde amicorum illius petitione permoti, M(aiesta)tem v(est)ram Ser(enissi)mam quam diligentissime rogamus vt hominem qui ex primoribus istius regni et nobilissime gentis parentibus prognatus est captiuitate soluere et naturali donare libertate velit, donareq(ue) id sue imprimis pietati deinde n(ost)re intercessioni et illius boni patris sui defuncti meritis non grauetur, hac re enim et officium Chr(ist)iani Principis faciet M(aiesta)s v(est)ra, et hominem alias per etatem imprudentem ad cognitionem sui et ad officium deinceps amplectendum adducet. Nos vero perpetua animi n(ost)ri gratitudine id M(aiesta)ti v(est)re referre curabimus. Cuius amori et beneuolentie fraterne nos commendamus et foelicissimam esse semper atq(ue) recte saluam ex animo optamus. Dat(um) Cracouie in vigilia Natiuitatis domini Anno domini M° D° XXXII° Regni n(ost)ri an(n)o XXVI°

Sigismundus primus Rex Poloniæ Magcæ Clare Sekkel de Ormest vxori petri de Peren

SPectabilis Et Mgca sincere nobis dilecta. Molesto animo ferebamus casum et fortunam Mariti S. tuæ, in quam illum incidisse scribit Cum tamen ex infidelium captiuitate ad potestatem Sermi domini Joannis Hungariæ Regis restitutum eundem audiamus, recreamur nonnihil in nobis confidentes satis detencionem hanc tollerabiliorem illi apud Christianum Principem fore.
Quod vero S. tua a nobis postulauit, vt de illo ad libertatem dimittendo apud Sermum dominum Joannem Hungariæ Regem intercessionem faciamus non inuiti hoc præstitimus, gratitudine nra, vetera et clara gentis Perennie, et proxime patris olim Mariti tuæ S. Illris Emerici merita referentes, scribiquz literas in hanc sentenciam fecimus vt nra opera et in libertatem et in gratiam simul Sermi domini Hungariæ Regis is ipse Maritus tuæ S. restitui possit, neqz diffidimus item suam intercessionis nræ habituram esse bonam rationem Bene valeat tua S. Dat Cracouiæ die XXiiija
Anno domini M°. D°. XXXii

Sigismundus primus Rex Polonie Nicolao Costka de Sedlce Ser^mi Joannis Vngarie regis Capitaneo

Generose grate nobis dilecte. Habuimus literas tuas quibus nobis de acerbitate animi tui aduersus Generosum Paulum Valeczki perscripsisti criminans illum tanquam ipse nonnulla contra Sermum Regem communem dominum vrm, et contra te et contra fratrem tuum admiserit. Non te preterreat eundem Paulum Valeczki vt primum factus erat certior te has literas criminatorias ad nos aduersum se scripsisse, venisse ad nos et pleraque verba pro expurgacione sua fecisse, in te vero tanquam eum non solum hac vna sed eciam multis aliis iniuriis appetiueris materiam tocius culpe detorsisse Cum autem et tu et ille sitis seruitores Ser^mi domini Joannis Hungarie Regis non refert nra huic mutue criminationi vre intendere sed preffati Ser^mi domini Regis vri Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Regi Ro. Vngarie.

Ser^me Princeps et domine D. Cum aliquocies iam ante a nobis postulasset R^mus in Chro Pater dominus Paulus Strigonien Archiepus vt se fortunasque suas commendacione nra apud Mtem vram Ser^mam iuuaremus illius tum meritis permoti que ab illo tam Ser^mum fratrem nrm sancte memorie dominum Vladislaum, quam eciam Sermum Nepotem dominum Ludouicum olim Hungarie et Bohemie Reges magna fide prestita memoria tenebamus. Postulamimus a vra Mte Ser^ma vt illum simul cum grege suorum Sacerdotum in gratia sua

asseruare et protectione Regia quantum illius raciones exigerent retinere dignaretur cuius postulacionis fructum nos retulisse, vel ex eo coniicimus quod predictus dominus Archiepiscopus ex vestra intercessione non parum se auxilii percepisse nobis fateatur Qua commoditate rei fretus, nunc iterum ad nos de iisdem racionibus suis confugit et se Ecclesiamque suam rursus apud Maiestatem vestram Serenissimam commendari postulauit. Nos igitur deesse illi nolentes Rogamus plurimum à vestra Maiestate Serenissima vt sub occasione ad stabiliendum in pace Hungarie Regnum hoc tempore data, efficere pro authoritate sua et in Christianam relligionem pietate dignetur ne predictus dominus Archiepiscopus in dignitate sua et illius Ecclesia in Iuribus et Priuilegiis vsu longo approbatis, detrimentum aliquod paciatur, factura id Maiestas vestra Serenissima ad laudem omnipotentis dei et singularem bonorum omnium consolacionem Cuius nos solito amori fraterno, et mutue beneuolencie commendamus optantes ex animo, vt Maiestas vestra Serenissima in summa sua rerumque suarum fortuna longam viuendo exigat etatem Datum Cracouie die XIX^a Februarii Anno domini M^o. D. XXXIII

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Regi Polonie

Serenissime Rex Princeps Et domine affinis noster charissime Mortuo hic nuper Generoso Jacobo Scezignierowski subdito meo et Maiestatis vestre seruitore, declararunt nobis filii eius quos in hereditate reliquit Maiestatem vestram emeriti stipendii non paruam summam defuncto debere, quam summam quia sciunt ad se Iure hereditario pertinere suplicarunt nobis quo ob eius solucionem pro ipsis intercederemus. Quare nos et rei equitate et peticione illorum permoti plurimum à Maiestate

vrã rogamus vt meritorum et sumptuum defuncti quos in ser:
uicio Mtis vrę degens fecit memor esse, heredibusqz filiis
id quod Pater promeruit dissolui iubere velit in quo Mtas
vrã faciet rem non minus piam qz et nobis gratam et sua
laude Regia dignam. Cupimus vt Mtas vrã sit semper
foelix et incolumis cuius nos amori et beneuolencię commen:
damus Dat

Tomicius eps
Ioanni Regi vngarię.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post
humilem seruitutis et orationum mearum commendacionem,
Tametsi non putem fore necessarium in re quę vel ęqua sit vel
authoritate Sermi domini mei, subnitatur partes meas apd
Mtem vram interponere Quia tamen filii Generosi domini
Jacobi Sezzigniewski nuper vita functi commendari se
meis literis Mti vrę expetiuerunt, negare illis officiu
meum non potui Quare Mti vrę Sermę supplico vt illos
propter merita sui patris et commendatos habere et in illo:
rum iusta peticione piam suam Regiamqz liberalitatem
declarare dignetur, quo et ipsos et me Mtas vrã Serma
sibi plurimum deuinciet, seruitutemqz meam faciet sibi per:
petuo obligatam. Quam ego seruitutem meqz ipsum Mti
vrę Sermę commendo et foelicissimam illam esse atqz sem:
per sanam saluam et incolumen vehementer desidero Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Francisco de Frangepanib. Archiepo Colocen.

R.ME in Chro Pater et domine, domine honoran.me. Morices hic nuper Generosus dominus Jacobus Seczigniewski, reliquit filios proprios sibi heredes Quibus in hereditate id maximum ostendit quod pro emerito stipendio ab Serma Regia Hungarie Mte expectabat, Namqz bona paterna et Amita dum ille se in Hungariam ad Mtem suam contulerat magno aere alieno obligarat. Qui filii cum istbuc ob spem solutionis consequende ad Sermum dominum Hungarie, Regem hunc suum Nunctium mittant. D. vram R.mam maiorem inmodum rogo quo illis in hoc negocio cosilio auxilioqz suo pro authoritate sua adesse velit et apud Mtem suam ita patrocinari, vt id quod est religni debiti cosequi sine difficultate possit faciet in hoc. D. vra R.ma rem pietate sua dignam vt quam ego illi vicissim officiis amicis referre semper curabo Commendo me amori et beneuolentie fraterne Dni. vre. R.me quam simul et foelicem et recte sanam esse vehementer opto

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Regi Vngarie.

Serenissime Princeps et domine affinis noster charissime. Jam aliquocies scripsimus ad Maiestatem vestram commendantes Nicolaum Seczignierski filium olim Generosi Jacobi Seczignierski boni seruitoris Maiestatis vestre et rogantes vt pecuniam patri illius pro stipendio militari debitam persolui mandaret, qua in re cum nullum hactenus responsum à Maiestate vestra accepimus, et à predicto Nicolao identidem precibus pulsemur vt pro eius patris iusto debito partes nostras interponamus iterum postulamus à Maiestate vestra presentibus, vt patris merito et nostra intercessione in memoriam reuocata ad dissoluendam pecuniam debitam animum tandem suum inclinare velit, et si hoc impetratu sit apud illam difficile, saltem permittere velit, vt pignus quod habet ad suam commoditatem distrahere possit, Nam interest ei multum tanto tempore pecunia caruisse, et si longius illa carere debeat et reliquum quod in hereditate habet, vel Hyppotece tradere vel distrahere cogeretur, faciet in hoc Maiestas vestra rem pietate et equitate sua Regia dignam, nobis vero gratam et acceptam. Quam vicissim illi pari officio referre curabimus. Commendamus amori et beneuolencie fraterne Maiestatis vestre Serenissime, quam diutissime sanam et semper foelicissimam esse ex animo optamus Datum in Radom

Junij, Anno M°. D°. XXXiij°

Regni nostri XXvij°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancel
Joanni Regi Vngarie.

Ser^{me} Princeps et domine, domine clementis^{me}. Post seruitutis et oracionum mearum humilem commendationem. Dominus Siluester Ozarowsky Prefectus Cubiculi Sermi domini Regis mei. Cum primum certior factus esset, de casu affinis sui domini Jacobi de Thornay Prepositi Erarii Mtis vre, qui vere inimicorum suorum inuidia degrauatus, grauem indignacionem Mtis vre incurrerit, pro officio suo in eundem affinem suum nihil intentatum reliquit quo ei clemencie locum apud Mtem vram procurare posset, adiit ergo me quoque, rogauit, et obsecrauit, si quo modo precibus meis Mtem vram ei placatiorem efficerem, Quamquam autem perspectissimum habeam Mtem vram nihil nisi summa racione, exactissimoque iudicio aggredi solitam esse. Tamen eam humiliter rogo, et oro, vt perspecta, et expensa rerum et temporum horum condicione, dignetur mentem voluntatemque suam in illam partem, plus acclinare, que clemencie quam seueritati vicinior est, et in hoc magis nature sue Regie, quam errori delinquencium indulgere. Et si id à Mte vra impetrare phas est eundem Jacobum Thornay in sinum gratie sue rursus excipere, vt dominus et Rex clementissimus quam deus incolumem, victorem et triumphatorem perpetuo seruet, Cuique ego me rursus cum humillima seruitute et oracionibus meis commendo Dat

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Paulo Archiepiscopo Strigoniensi

Rme in Chro Pater et domine sincere nobis dilecte. Si quē fructum attulit racionibus Ptis vrē nrā prima commendacio, quam pro illa apud SErmum dominum Ferdinandum Romanorum Regem fecimus, foret hoc nobis apprime gratum, Nam et Pti vrē et Ecclie sue tam nos tranquilla et foelicia omnia fauemus, quam quisqz maxime. Nunc iterum sicut Ptas vrā postulauit scribi ad ipsam SErmi domini Regis Romanorum Mtem fecimus, illam et fortunas eius Ecclie demqz illius racio: nes Mtis sue patrocinio et proteccioni comendan, Cuius Mtem nihil dubitamus, in omnibus que equa et honesta videbuntur P. vrē et Ecclie sue non defuturam, Nos etiam quantum in nobis erit per omnem occasionem ad omnem bonam fortunam opem ferre P. vrē curabimus quam bene valere et foelicem esse optamus Dat Cracov die xixa Februarii Anno domini M°. D°. XXXiij Regni nri anno XXvij°

Petrus Tomiczki eps Cracc. Vicecancell.
Christinae de Homonna viduae:

MAgnifica domina amica charissima, ac honoran. Accepi:
mus Mgciam vram molesto et acerbo animo ferre, q filius
eius dominus Antonius non consulta prius vra M. et
aliis amicis suis, hic in Regno Poloniae duxerit uxorem et
quia ipse filius Mgciae vrae desponsauit sibi virginem cla:
ra et insigni familia nacionis nrae progenitam, ac gene:
ris amplitudine et dignitate ceteris multis longe praestan:
tem, non est quod excandescere in illum propterea debeat
vra M. aut quispiam hoc factum ipsius reprehendere possit
Et proinde rogamus plurimum vram Mgciam, ut si quid
indignacionis contra eundem filium suum propterea concepit,
eam animo suo remittat, ipsumque gracia et affectu suo ma:
terno prosequatur, Nam nihil detractum est dignitati domus
et familiae vrae Mgciae per hoc q ipse recepit sibi in
uxorem virginem uti diximus Nobilem et optima ac in:
signi prosapia ortam. hoc vero amplius mutuus amor et
beneuolencia inter istos et hos regnicolas crescere poterit,
foelix sit et diu incolumis Mgcia vra, nosque habeat
sibi charos et commendatos Datum Cracouiae die xix
Julii Anno domini M° D° XXXii

Inducie Trimestres per Comissarios Ferdinandi Et Ioannis regum in oppido Megger 29. xbris 1532 constitute.

NOS Joannes Cacziamer, inferiorum parcium Australium ac Ducatus Carniolle, Capitaneus generalis et in negocio subscripto per Sermum Principem, et dominum, dominum Ferdinandum Romanorum ac Hungarie et Bohemie Regem infantem Hyspaniarum, Archiducem Austrie, Ducē Burgundie etc dominum nrm clementissimum. Commissarius virtute pleni mandati per suam Mtem nobis dati atque concessi, constitutus, Necnon Ladislaus de Macedonia, Electus Epus Varadien, Joannes Zalayi, Comes Posonien, Marcus Bek de Leopoltstroff, eques auratus vicedominus Austrie, et Paulus Baki. Hussaronum Regiorum Capitaneus Consiliarius prefate Mtis Regie etc. Jtem Franciscus de Frangepanibus Colocen et Bachien Ecclesiarum Canonice unitarum, Archiepus, Steffanus de Verbecz, summus Secretarius ac Cancellarius, ac Thomas de Nadasd Consiliarius pariter et Commissarius Serm Principis et domini domini Joannis dei gra, Hungarie Dalmacie Croacie etc Regis domini mei graciosissimi, vigore pleni mandati sue Mtis constituti, Notum facimus presentium serie quibus incumbit, Universis. Quum de voluntate Et mandato, utriusque Principis pro Statu regni huius Hungarie reformando et reipublice Christiane comodo atque quieto,

in hoc Oppido Magiar Charlokwecz in districtu et Insula Chal:
lokez sitta, seu adiacente in vnum conuenissemus, plura de
hoc Hungariæ Regno pacificando, et commodo totius Christianita:
tis inuicem tractassemus. Quia certis impedimentis et diffi:
cultatibus in condicionibus et articulis pacis interuenientibus
huiusmodi tractatus nostrum finem, sortiri non potuerunt, sed vi:
sum nobis est, vt ad septimum diem Februarii proxime sequen,
ad Oppidum Owar, rursus ambo Principes mittant Comissa:
rios tot quot eis visum fuerit, qui super eisdem condicionibus
tractare, et deo volente, bono fine omnia concludi possint. Ne
igitur medio tempore, inter subditos ipsorum Principum dis:
cordiæ, sanguinumque effusiones, et alia incomoda suboriantur
Inducias seu Trengas quatuor Mensium à prima die Mēsis
Jannarii proxime instan incipiendo, vsque ad vltimum diem
mensis Aprilis proxime venturu, per Hungariæ, Bohemiæ,
Dalmatiæ, Croatiæque Sclauoniæ ac Transsyluaniæ Regna Jt
per Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carniollam, Mo:
rauiam, Slesiam, et Lusaciam partesque et prouincias eisdē
subiectas, integre duraturas iuxta contenta articuloru
infra declarandoru, inuiolabiliter obseruandas vnanimi cō:
sensu, votoque statuimus firmauimus atque conclusimus Quo:
rum quidem articulorum series hoc modo sequitur.

Jnprimis vt vtriusque Principis partes cessent ab armis, et ne:
mo sub nota perpetuæ infidelitatis ac Criminis læse Matis
depredaciones direptionesque rerum et occuppaciones iurium
possessiones domoru ac Curiaru Nobilitarium violentas
inuasiones verberaciones quoque personarum etiam Mercatoru
~~et aduenarum, nec minus~~ Et indigenarum audeant.

Jtem quod vterque Princeps suis militibus et gentibus aut solucionē
faciant: aut de Patrimoniis ipsorum militum propriis vel

ex officiis, vel bonis per Principes eisdem collatis, illos vivere iubeat, cogatque ne depredaciones more hactenus solito exercere, aut ad dicionem et dominia alterius Principis ac adherencium suorum ad alendum conferre audeant pena sub premissa.

Item quod quilibet Principum poterit suos, qui ei vel suis subditis iniuriam, damnaque fecerint aut in Principem suum quicque mali commiserit, vel inobedien(tes) se exhibuerint, corrigere et punire secundum suam voluntatem et secundum delictorum exigenciam, et alter Princeps se in causam talium subditorum, nullomodo intromittat, vel defendendo, vel iuuando, vel acceptando illos in sub dicionem et fidelitatem suam citra voluntatem alterius Principis et hoc bona fide.

Item quod liceat omnibus Mercatoribus et aliis quoque priuata negocia agentibus, Nunctiis etiam, publica pariter et priuata exequentibus per dominia vtriusque Principis, libere transire peragrareque et redire, sine saluo conductu ab vno Principe, ad alterum etiam ad Sacram Ro: Caesaream Maiestatem et summum Pontificem

Item Quod omnibus Mercatoribus vtriusque partis sit liberum in regnis et Principatibus et dicionibus eidem vtrique parti subiectis, omnes merces qualescumque sint, emere vendere ducere, pellereque et vehere per terram et aquam absque omni impedimento et interdicto vtriusque Principis, aut eorum quorumcumque officialium salutis tamen ex antiqua consuetudine soluen(dis).

Item Quod nullus subditorum ad alterius cuiusuis debita vel excessus arrestetur, impediatur, aut interturbetur, sed

omnes cause racione debitorum reijciantur ad Comissarios Principum in oppido Orvar, septimo die Februarii proxime sequen' congregandorum et conueniencium qui illis inueniat modum quo huiusmodi actoribus ius et iusticia satisfactionisque complementum administretur absque omni dilacione.

Item universa oppida, omnesque possessiones et ville, domus eciam, ac Curie Nobilitates omnium dominorum ac Nobilium et aliorum possessionatorum hominum post festum beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxime preteritum usque ad hunc presentium Induciarum per quoscumque de manibus quorumcumque violenter occupate et adempte, illis de quorum manibus fuerunt usurpate, et occupate de facto, et ex nunc absque omni Colonorum gravamine, et pacatione remittantur infra tempus presencium Induciarum possiden', verumtamen Castra siue Arces ac Ciuitates murate, Necnon Castella et fortalicia, siue sint secularium siue spiritualium, tam intra tempus premissum, quam eciam prius aut per expugnacionem aut per dedicionem consequuta, vel occuppata in quibuscumque Comitatibus sint, adiaceant, unacum universis, oppidis, villis, et possessionibus porcionibusque possessionum ad eiusmodi Castra Ciuitates, Castellaque, de iure et ab antiquo pertinen', quibus ut puta nunc gubernatur apud manus illorum vel Principis illorum, vel eorum subditorum qui in presenciarum illa de facto possidet durantibus Induciis, ut prefertur, presentibus remaneant, relinquanturque cum ordinariis prouentibus eius tenenda atque possiden', hoc adiecto, quod universa bona ac alia iura possessionaria Ecclesiarum puta, Capitularum, Prepositure, Abbaciarum Monialium et aliarum personarum Ecclesiasticarum que ad aliquas Arces, aut municiones, ab antiquo non pertinuerunt quorumcumque tempore sint occupata illis quorum fuerint

per subditos vtriusqз Principis absqз omni similiter taxacione im:
pedimentoqз Colonorum huiusmodi bonorum ex nunc, vt de facto
remittantur resignentqз tempus infra premissum parimodo
gubernanda, ne officia diuina per ipsorum bonorum vsurpa:
cionem negligantur, hoc qз declarato quod domus et Curie No:
bilitatis etiam lapidee dominorum vel Nobilium post predi:
ctum Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum festum,
per quoscūqз occuppata, et deinde vallo seu fossatis ac se:
pibus aut alio edifficio ligneo cincte et circumdate pro
Castellis et fortaliciis non reputentur neqз intelligant
sed spoliatis hoc est illis quorum de manibus fuerint occu:
pate de facto pariter restituantur.

It. Quia vero de Comitatibus Regni huius cuius partis
adsint, et ad quem Principem nunc pertineant, varie diffi:
cultates emerserunt, ad tollendas igitur huiusmodi difficul:
tates deliberatum est vt omnes Commitatus ad illum Prin:
cipem cum omni iurisdicione sua pertineant quem Comes
aut Comites eorum supremi recognoscunt et in dominio ho:
noris eorundem Comittatuum etiam modo persistunt illi
vero Comitatus qui legittimo nunc carent Comite, nō
obstante eo quod Comites non habeant illi Principi subsint
seruiantqз. Cuius dicioni nunc et potestati de facto sunt
subiecti actunc Castra Ciuitates et Castella in illis ad:
iacencia, simul cum pertinenciis suis prenominatis, cuius:
cumqз partis sint, apud manus illorum remaneant, qui nunc
prout in articulo proxime precedenti declaratum est illa
possident illi vero Comitatus, in quibus tam ad partem
vnius qз alterius Principis Comites iampridem fuerunt cō:
stituti, in suo statu priori relinquantur Et quilibet
cum Nobilibus et ignobilibus dicioni sue subiectis, suum
Principem more hactenus consueto recognoscat et illi obsequat[ur]

in quo per neminem impediant cogaturque aut molestetur.

Item quod partes predicte in Comitatibus omnibus suis dicionibus modo prenotato subiectis prouentus Camere Regie oblataque subsidia ab incolis suis et suorum omnium possint tam ex integro quam particulari libere percipere. Ceteri etiam domini et Nobiles ac possessionati omnes, in bonis et possessionibus eorum que dudum possederunt, vel etiam modo antelato nunc libere possident prouentibus suis legittime et pacifice vtantur.

Item quod iudicia in causis hereditariis et aliis antiquis interim suspensa maneant in his vero que post susceptas Inducias ratione quarumcumque violentiarum emerserint, hoc modo procedatur, vt quando res agenda venit inter eos qui partium sunt diuisarum tunc is qui iniuriam patitur pro eo agat coram illo Comite in cuius Comitatu ambo resident, Comes tamen adiunget sibi alium Comitem vicinum, qui sit de parte querentis iusticiam. Inter eos vero qui vnius tantum modo partis sint fiant iudicia more consueto.

Item quod durantibus Induciis et Treugis presentibus nemo fidelium et subditorum alterius partis, cum Castris Castellis et quibusuis aliis fortaliciis ac ciuibus possessionariis, ad partem alteram defficere presumat, et neque per eam partem acceptari aut in suam dicionem allici vel seduci possit quouis modo.

Item quia plures fuerint ex subditis vtriusque Principis qui Inducias et Treugas inter ipsos et eorum subditos, anno superiori altis sub condicionibus et articulis firmatos ausu temerario violare presumserunt, Ne igitur presentes quoque Inducie pari forma per quempiam infringantur, Statutum et conclusum est, vt quicumque subditorum vnius aut alterius Principis, cuiusque status et condicionis et dignitatis existat prescriptos articulos

vel alterum eorundem, in toto vel in parte, violare, aut infringere attemptauerit, talis violator cum heredibus suis notam premissa perpetue infidelitatis, criminisqz lese Ma(ies)tis incurrat eo facto cui nullus Principum (etiam facta dei benignitate inter eos aliquando pace) gr(ati)am facere possit, sed per ambos Principes mutuis auxiliis in capite et bonis suis violator ipse cu(m) heredibus suis ita puniatur, vt eciam posteritas eius que per fugam euadere et superesse poterit, reatus illius pena(m) perpetuo deploret, et si alter Principum in eiusmodi punici: one negligens fuerit, alter eorum nichilominus illam exe: quendi plenariam habeat potestatis facultatem altero Pri: ncipe vel eius Capitaneo generali primo exinde requisito

Item quod iudiciarie deliberationes, litterecqz sentenciales Commis: sariorum vtriusqz Principis, Strigonii superiori anno du: rantibus, scilicet promissis annuatibus iudiciis constituto: rum, contra violatores earundem Induciarum pronunctiate et confecte per ambos Principes vel eorum alterum, altero exinde pariter requisito stantibus Induciis presentibus, exe: quucioni, demandentur.

Postremo quod omnes Commissarii prefati domini Joannis Regis pollicemur bona fide n(ost)ra, laboraturos apud ipsum Princi: pem nostrum, vt ipse quoque pari fide, item totis viribus, omniqz posse suo laborabit, ac instabit apud potentissimum Thurcaru(m) Caesarem, quod idem Caesar, premissis Induciis et earum articulis predeclaratis omnibus consenciet, easqz inuiolabiliter, per om: nes subditos suos obseruare faciet, infra tempus, Induciaru(m) ipsarum prenotatum.

Nos itaqz prenominati vtriusqz Principis Commissarii et Consi: liarii prescriptas Inducias, vnacum premissis condicionibus ac articulis vigore premissi pleni mandati, ratas et acceptas

habere atq; per omnes subditos Principum ipsorum observare fa:
cere promittimus, ac eosdem Principes nros, vt observari iube:
ant faciantq; obligatos esse decreuimus presentium literarum
nostrarum vigore testimonioq; median. quas Sigillis nris sub:
scriptioneq; manuum nrarum roboran testimonium premisso:
rum duximus conceden. Dat in Oppido Megier predicto
penultima die Decembris Anno. M°. D°. XXXii°

Petrus Eps Crac. Vicecancell.
Mathie Drzeuitio Archiepo Gnesn.

RME in Chro Pr et domine maior honorandme Vt is
Nuncius quod apud me fuerit quodq; me nomine D. vra
Rme salutauerit testimonium habeat presentes illi dare volui
quibus reuiso et resaluto D. vram Rmam, illi adeo optas
omnia que ipsa sibi sola vel maxime cuperet et optaret.
Accepi non vano rumore in Hungaria diligentissime quieti
commum intendi et tranquillitatem ab vtraq; parte reti:
neri ob spem perpetue pacis cito per Imperatorem Thurcarum
inter Reges dissidentes conciliande et publicande indies
enim expectantur: aduentus domini Gritti cui ea prouin:
cia per Imperatorem Thurcarum est commissa dominus etia
Palatinus Siradien in Kiezmargk venit, sed languere
aliquantulum dicitur, dominus Castellanus Bona Zarnouien pro:
pediem hinc exibit ad accipiendam sponsam que sibi Proro:
conie pro festo Sancti Martini dari debet. Non arbitror
Mtem Regiam pro futuro Conuentu venturam, cum enim
non est datus Saluus conductus à Duce Moskouie pro Mtis
sue Regie Oratoribus nisi his adiectis conditionibus vt
dominus Palatinus Vilnen solus et aliquot alii ex Procer:
ibus

ribus illius Ducatus Oratores ad se veniant utque in literis exprimatur se id ad preces Mtis sue fecisse. Mtas sua procuIdubio cogetur adhuc diutius illic immorari ut hisce in rebus consulat et dignitati sue et necessitati Ducatus illius. Ceterum literas quas ex Urbe Roma accepi dominationi vre inscriptas cum presentibus illi mitto. Comendo me amori et benevolencie D. vre Rme quam et sanam et foelicissimam in multa tempora esse ex animo opto. Datum Craconie die XXXa Octobris Anno dni Mo D XXXIIIo

Petrus Thomiczki Eps Crac. Vicecancell. Stefano Broderico Epo Sirmiensi

R
MEme in Christo Pr et domine amice honorande. Binas iam post reditum ex Gallia D. vra Rme accepi literas quarum alteras et quas mihi simul et dominis Castellanis Cracovien. rescripserat, reversionis sue rationem explicavit, Quare ego mirifice eram consolatus, pro eo enim amore et benevolencia qua sum devinctus D. vre Rme secundas quasque res et bonam illius valetudinem summa charitate et favore prosequor non vulgaremque ex eius fortunis capio voluptatem, alteris vero et posterioribus literis causam brevis Apostolici in negocio suo ad me missi mihi declaravit quam ego ita curandam suscepi ut nihil magis hoc tempore optaverim quam ut ea in re desiderio D. vre Rme satisfacere possim. At quoniam res hec que ad d. nem vram imprimis deinde alias octo personas per illam nominandas spectat mandatis eget procuratoriis. D. vra Rma erit cura octo personas nominare que absolui per me debent iuxta tenorem brevis Apostolici procuratoresque instituere

et mei officii tum demum optatis . D. vra Rme satisfacere
quando et persone per . D. vram nominande et mandata pro:
curatoria mihi erunt prout expedit cognita . Vt autem D.o
vra Rma et facultatem mihi in brevi concessam, et potestate
exceptionibus circumscriptam cognoscere possit, mitto illi ad
presentibus exemplum brevis ipsius Apostolici . cuius ar:
gumento perspecto . D.o vra Rma facultatem nominati:
onis suarum ita accommodabit vt cum facultate mea concor:
dare possit .

Ceterum quod attinet ad prohibenda maledicta que in Sermum
Regem Hungarie inimici serunt ego quantum in me est scrip:
tis quos potero hortabor et monebo . ne plus nimio modestia
sua in talibus abutantur, sed equidem vt . D. vra Rme
est cognitum paucorum ego aut ferme nullorum ex adversa illa
parte ita vtor familiaritate vt sine suspicione vel invidia de
huiusmodi rebus cum illis mihi agere liceret, si quid tamen
ea in re per me sine offensa prestari poterit, non patiar in
hoc officium meum vlla ex parte a . D. vra Rma desiide:
rari Cuius me amori et benevolentie fraterne plurimum
commendo et vt me Sermo domino suo et Rdis dominis Ar:
chiepiscopo Colocen Epo Transsiluanie domino Cancellario
et aliis dominis et amicis commendet vicissim ab illa rogo
quam et foelicem et bene saluam semper esse vehementer
opto Dat

Decretum regium de honore

Sigismundus primus Rex Polo[e]

Significamus tenore pntium quibus expedit vniuersis. Quia cu retulissent ad nos in querela Magcus Andreas Comes de Thanczin Pallatinus Cracouien ac Commissarii nri per nos ad facien lymites inter bona ville nre Vielanies ad Castrum nrm orziecz pertinent ab vna et ville hereditarie Grambiemicze famati Petri Crupek Ciuis nri Cracouien itemqz ville Syeze ad prebendam Eccle Sancti Martini Cracouien Venerabilis Mathie Lagiewniczkij spectantem partibus ab altera designati q ipsi Petrus Crupek et Mathias Lagiewniczki quandam protestacionem contra eos tanqz ipsi non secundum iusticiam sed pocius in fauorem pranominati Mgci Andree de Thanczin Palatini Cracouien et iuxta eius mandatum bona predicta limitassent coram Ministeriali et Nobilitate fecissent in offensionem fame honoris integritatis et bone existimacionis eorund Mgci Andree Palatini et Comissariorum nrorum non mediocre prefatis Petro Crupek et Mathia Lagiewniczki respondentibus et negantibus se eiusmodi protestacionem per quam fama honor integritas et bona existimacio ipsorum Mgci Andree Palatini et Commissariorum nrorum perstringi seu ledi videretur nedum vnqz fecisse sed ne id quidem cogitasse. Nos auditis parcium proposicionibus et responsis imprimis comperimus et censemus protestacionem predictam per Petrum Crupek et Mathiam Lagiewniczki factam et ad librum Castri nostri Crac inscriptam ad Mgcum Andream Palatinum Cracouien minime pertinere neqz ipius honori dignitati et bone existimacioni nocere illam debere vel

posse Quod autem attinet Commissarios nros de quibus in ea ipsa protestacione habita est mencio decrevimus et decernimus eiusmodi protestacionem ipsorum quo honori fame et bone existimacioni minime nocere debere neque posse et preterea ut illam prenominati Petrus Crupek et Mathias Lagiewniczki venc: sus circa librum cui inscribi eam fecerant cassent, in eiusmodique cassacione sua recognoscant se illam non sine lesione et minoritate quadam fame integritatis honoris et bone existimacionis eorundem Commissariorum nrorum fecisse. In cuius rei testimonium Sigillum nrm praesentibus est appensum.

Actum et Datum Cracovie die Sancte Elizabete Anno domini . M°. . D°. . XXXII°

Koronacija Zygmunta Augusta 449.

Polskie 99. 726. 909. 917. 919. 1027. 1030

Hier. Laski 123. 151. 186. 565. 955

Jana Kikloil. 403.

Wacław Pleban Grodien 416

1531. 431

Gritti. 488, 535, 540, 723, 858, 957. 963. 1013

Herberstein 583. 541. 1014. 1055.

Wierzba woiodow 552

Kapitol dr. 645 – 935.

1532 683.

Lubomirski. 818. 900

Nagrobek Janick 897



Въ сей рукописи нумерованныхъ листовъ пятьсотъ пятьдесятъ одинъ (551).

Хр. Лопаревъ,

25 октября 1905.

